

Episcopo obediens, & subjectus fit, & semper in cœna Domini rationem, & ordinem ministerii Episcopo reddat, & christma, & oleum petat. *Synod. Sueffonen.*

Jacob. 5.

C A P U T XI.

Secundum beati Jacobi Apostoli documentum, cui etiam decreta patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait: *Infirmitas quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, & oreant super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei.* Non est itaque parvipendenda hujusmodi medicina, quæ animæ corporisque medetur languoribus. *Cabilon. sub Carolo cap. 48. Capitul. lib. 7. cap. 69. in addit.*

C A P U T XII.

Statutum est, ut vel semel in anno, id est in quinta feria, quæ est in cœna Domini, unctionio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab Episcopis non negligatur, sicut nunc usque neglecta est, sed omni devotione, juxta traditionem Apostolicam, ac statuta decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 2. cap. 8.*

C A P U T XIII.

Presbyterorum, qui præsunt ecclesiæ Christi, ministerium esse videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Si (*aliquis*) infirmitate depreclus fuerit, ne confessione, atque oratione sacerdotali, necnon unctione sanctificati olei per ejus negligentiam careat. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 3. cap. 5.*

C A P U T XIV.

<sup>26. q. 7. c. 1.</sup> Ab infirmis in mortis periculo positis per presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innocescenda, &c. Et ideo secundum canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra cum unctione Dei animati, secundum statuta sanctorum Patrum, communione viajici refiantur. *Magunt. sub Raban. cap. 26. Burch. lib. 18. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 36. decret. Cæsar. lib. 15. cap. 25. Pœnit. Roman. tit. 9. c. 7.*

C A P U T XV.

Provideant ubique Archidiaconi, quod diligenter juxta formam concilii generalis eucharistia, christma, & oleum sanctum salva sub clavis recondantur, fideli custodiae deputata. *Oxonien. c. 16. vide Lateranen. sub Innoc. III. c. 20.*

T I T U L U S II.

DE LUGENDIS MORTUIS

M O D E R A T E.

C A P U T I.

**Q**uod de fratri vestri transitu vos contristari audivimus, non modico compulsi sumus moerore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut suæ vos græiæ aspiratione consoletur, vosque & a malignis spiritibus, & a perversis hominibus cælesti protectione custodiat. *Pontian. epist. 1. in med.*

C A P U T II.

Habent forsitan illi justâ longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc saeculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui novimus, qui credimus, & docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa sit. Nam dissidentia quodammodo genus est, contra quod quisque prædictor queritur iustitiam amans, dicente Apostolo: *Nolumus autem, vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.* Hac itaque ratione perspecta, studendum nobis est, ne de mortuis affligamur. *Anast. epist. 2. in med. Greg. lib. 7. ind. 2. epist. 3. Aregio Episcop. de Gallis. Burchard. lib. 19. cap. 129. Ivo part. 15. cap. 139. decret. Anselm. lib. 7. cap. 171.*

C A P U T III.

Qui ea infirmitatis nostræ natura est, ut non possimus de obeuntibus non dolere, fraternitatis vestræ doctrina tribulatis sit solamen; manlura illis bona, quæ promittuntur, insinuet, ut spe certissima roborati in comparatione futuri maneris discant de afflictione temporalium non dolere, &c. *Greg. Dominico Carthag. Episcop. lib. 8. registr. epist. 41.*

C A P U T IV.

Prohibet nos Apostolus lugere defunctos dicens: *De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri qui spem non habent.* Et Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit ærumnas reluscitandum. Si enim potest hoc Episcopus omnes christianos prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debeat censemus. *Tolet. III. cap. 22.*

T I T U L U S III.

DE PRECIBUS PRO MORTUIS  
ADHIBENDIS.

C A P U T I.

**P**RO parentibus vestris, de quibus consulitis, qui infideles mortui sunt, propter peccatum incredulitatis orare non licet, secundum illud Joannis Apostoli dicentis, *Est peccatum ad mortem, non dico, ut oretur pro eo: peccatum qui prope ad mortem est in eodem peccato morientibus.* *Joann. 3. Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 88.*

C A P U T II.

Qui in prælio defunctus fuerit, utrum reportandus ad propria sit, si parentes ejus, aut socii ejus voluerint, ex præcedente capitulo potestis colligere. Siquidem idcirco si voluerint propria, ad propria reportandus est mortuus, ut ejus tumulum intuentes e proximo recordentur ipsius, & pro eo Domino preces fundant. Nam & sanctum Josephi tale quid de ossibus suis morientrum mandasse, sacra prodit historia. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 100.*

C A P U T III.

Te, ut optimum decet filium, (*patri mortuo*) succurrere largis eleemosynarum subsidiis, & ecclesiistarum orationibus hortamur, &c. quatenus res, quæ tibi decus paterni ministrant regni, ma-

## 292 Juris Pontificii Veteris Epitome

**sibus pauperum delatae cælo, patris conferant auxilium requiei.** Greg. VII. lib. 5. registr. ep. 10.

### C A P U T IV.

**13. q. 2. c. 28.** Qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantum, & psallentium vocibus deberi ad sepulchra deferri, nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis christianorum, corporibus famulatus divinorum impenditur canticorum. *Tolet. III. cap. 22.*

### C A P U T V.

**Vid. 13. q. 1. cap. 6.** Reslat propter instantem necessitatem, ubique faculta rerum, & opportunitas temporum iuppetat, sepulturam morientium apud ecclesiam, ubi sedes est Episcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adjacentem alicujus importunitatis difficultatem, impossibile videatur, exspectet eum terra sepultura suæ, quo canonorum, aut monachorum, sive monialium congregatio sancta communiter degit, ut eorum orationibus commendatus occurrat, & remissionem deliciarum, quam meritis non obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quod si & hoc ineptum, & difficile aestimetur, ubi decimam per solvebat vivus, sepeliatur mortuus. *Tribur. cap. 15.*

### C A P U T VI.

**Vid. c. 2. do furt. ap. Gr. IX. & c. 4. eod. tit. in 1. coll.** Si quis inventus fuerit furtum, aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem mereatur incurrire, nullus pro eo presumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, sed execrabilis fordescat. *B. Augustinus de talibus horribilem profert sententiam, dicens: Nemo te post mortem tuam fideliter redimit, quia tu te redimere noluisti.* *Tribur. cap. 31.*

### C A P U T VII.

Si quis ab Episcopo suo excommunicatus, interfecus, aut obitu proprio mortuus absque reconciliatione fuerit, &c. neque pro eo oretur, nec facultas ejus in eleemosynam suscipiatur, quoque ab Episcopo absolvatur; simili modo si vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus poenitentiam ex corde petierit, &c. poenitentia ejus suscipiatur, &c. nullatenus tamen sepeliatur, neque post mortem pro eo oretur donec ab Episcopo absolvatur suo. *Lemovicen. act. 2. in med.*

*Vid. Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 99. tit. Non sepeliebantur olim corpora defunctorum in ecclesia.*

### T I T U L U S IV.

**PRO QUIBUS MORTUIS POSSIT MISSÆ SACRIFICIUM OFFERRI, ET PRO QUIBUS NON POSSIT.**

Vide in Partis II. Lib. XIII. Patt. Post. Tit. XIX.

**T I T U L U S V.**  
**NE OBLATIONES DEFUNCTORUM RETINEANTUR A LAICIS.**

Vide in Partis II. Lib. III. Tit. XXII.

### T I T U L U S VI.

**DE PÆNITENTIBUS, QUI EX HAC VITA MIGRARUNT.**

Vide in Partis II. Lib. XIV. Tit. XVII.

### T I T U L U S VII.

**CUM MORITUR EPISCOPUS VENIAT EPISCOPUS VICINUS AD MANDANDUM TUMULO ILLIUS CORPUS.**

### C A P U T I.

**Q**uia saepe sanctorum Antistitum per absens tiam commendatoris Episcopi exequiæ differuntur, ita ut veneranda Pontificis membra dum tardius funerantur, injuriæ subjaceant, Episcopus, qui post mortem fratri ad sepeliendum eum solet invitatus occurrit, infirmum admonitus visitare non differat, ut aut de revelatione consacerdotis amplius gaudeat, aut de ordinacione domus suæ fratrem ad noneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedente a sæculo post oblatum in ejus commendatione Deo sacrificium, mox sepultura tradat, & cetera faciat. Si Antistes repentina obitu decederit, & colligitanei sacerdotes de longinquominime adesse possint, uno die tantum cum sua noite examinatum corpusculum sacerdotis maneat, nec sine fratrum a religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione servatum, a presbyteris cum omni diligentia in loco conditum seorsum non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora invitato undecimque Pontifice, ab ipso, ut condecet, solemniter tumuletur, ut & injuriæ tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus observetur. *Valent. Hisp. cap. 4.*

### C A P U T II.

Nullus Episcopus ad sepeliendum Episcopum venire confusa occasione dissimulet, ne cujuslibet corpusculum diutius inhumatum negligentia interveniente solvatur. Is vero Episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, præter expensam necessariam, nihil pretii pro fatigazione exposcat. *Aurel. II. cap. 5.*

### C A P U T III.

Quæ competunt honestati, contingit saepe quorundam delicia non impleri. Notum est, dignitas in exequiis morientis Episcopi ex canonicis conservetur. Adiicimus, ut si quis sacerdotum, secundum statuta concilii Valentini ad humanda decedentis Episcopi membra venire communitus pigra voluntate distulerit, appellatis clericis obeuntis Episcopi, apud synodum, sive apud Metropolitanum Episcopum tempore anni unius, nec faciendi missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, sive cæteri clerci, quibus major honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis, aut jam mortui, aut continuo Antistitis morituri, ad commendandum Episcopum tardi inveniantur, aut per quamcumque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad poenitentiam in monasteriis deputentur. *Tolet. VII. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 216. Ivo part. 5. cap. 330. decret.*

Vide

*Vide Rhegiens. c. 5. & 6. Valent. Hisp. cap. 2. Aurel. II. c. 6. Tolet. IX. c. 9. Troslej. c. 14. quæ omnia sunt in lib. IV. tit. 83. Ne quisquam bona Episcopi defuncti surripere audeat.*

TITULUS VIII.

NE QUISQUAM BONA EPISCOPI DEFUNCTI SURRIPERE AUDEAT.

*Vide in Part. I. Lib. IV. tit. LXXXIII.*

TITULUS IX.

DE IIS, QUI CIBOS OFFERUNT MORTUIS.

CAPUT I.

*De conf. d. 1. c. Non oportet. 29. in fin.* NON licet christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis. *Mart. Brac. c. 70. Burch. lib. 10. c. 38. Ivo part. II. c. 63. decret.*

CAPUT II.

Sunt qui in festivitate cathedralæ Petri Apostoli cibos \* mortuis offerunt, & post missas redeuntes ad domos proprias ad gentilium revertuntur errores, & post corpus Domini sacratas dæmoni eccas accipiunt, &c. *Turon. II. c. 23.*

TITULUS X.

NON SEPELIEBANTUR OLIM CORPORA DEFUNCTORUM IN ECCLESIA.

CAPUT I.

*13. q. 2. c. 27.* Si est christianus intra ecclesiam sepeliendus, inquiritis. Hanc sanctus Papa Gregorius questione absolvit, dicens: „[Cum gravia peccata non depriment, hoc prodest mortuis, si in ecclesiis sepeliantur, quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca convenient, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia depriment, non ad solutionem, potius quam ad majorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesiis ponuntur.“ *Nicol. ad consult. Bulg. c. 99. Gr. lib. 4. dialog. c. 50. Burch. lib. 3. cap. 153. Ivo part. 3. c. 216. decret.*

CAPUT II.

Corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sanctorum sepeliantur; si necesse est, deforis circa murum basilicæ usque adeo non abhorret. Nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus sit humatum \*, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere. *Brac. cap. 36. Burch. lib. 3. cap. 157. Ivo part. 3. cap. 220. decret.*

CAPUT III.

Non licet in baptisterio corpora sepelire. *Antif. c. 13.*

CAPUT IV.

Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio servetur, quæ ab antiquis patribus constituta est. *Arelat. sub Carolo c. 21.*

CAPUT V.

*13. q. 2. c. 18.* Nullus mortuus intra ecclesiam sepeliatur nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici. *Magunt. c. 52. Burch. lib. 3. c. 233. Ivo part. 3. c. 274.*

CAPUT VI.

Nemo quemlibet mortuum in ecclesia, quasi jure hereditario, nisi quem Episcopus, aut presbyter pro qualitate conversationis, & vita dignum duxerit, sepelire presumat. *Meld. cap. 72. Burch. lib. 3. c. 158. Ivo part. 3. cap. 221. decret.*

CAPUT VII.

Secundum statuta sanctorum Patrum, & experimenta miraculorum prohibemus, & præcipimus, ut deinceps nullus laicus in ecclesia sepeliatur. Quidam mirabilis doctor nostræ definitioni consentiens inquit: „Nemo enim in ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut alterius justi hominis, qui per vitæ meritum tam vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit. Corpora antiquitus in ecclesia sepulta nequaquam proiiciantur, sed pavimento desuper facto nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesia reverentia conservetur. Ubi vero hoc præ multitudine cadaverum difficile sit facere, locus ille cœmeterium, & polyantrum habeatur, ablato inde altari, & constituto, ubi religiose sacrificium Deo valeat offerri.“ *Tribur. c. 17. Additur miraculum relatrum a B. Greg. lib. 4. dialog. c. 53. vide Burch. lib. 3. c. 155. Ivo part. 3. c. 218. decret.*

CAPUT VIII.

Prohibendum, secundum majora instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in portico, aut extra ecclesiam. Infra ecclesiam vero, aut prope altare, ubi corpus Domini, & sanguis conficitur, nullatenus habeat licentiam sepeliendi. *Nannet. c. 6. Burch. lib. 3. cap. 159. Ivo part. 3. c. 222.*

CAPUT IX.

Antiquus in his regionibus in ecclesia sepelendorum mortuorum usus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offrendas Deo hostias, præparata cœmeteria, sive palynodica facta sunt. Unde volumus, ut ab hac re deinceps abstineatur, & nemo in ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet justi hominis, qui per vitæ meritum tam vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit. Corpora vero, quæ antiquitus in ecclesiis sepulta sunt, nequaquam proiiciantur, sed tumuli, qui apparent, profundius in terram mittantur, & pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesia reverentia conservetur. Ubi vero tanta est multitudo cadaverum, ut hoc facere difficile sit, locus ille pro cœmeterio habeatur ablato inde altari & in eo loco constructo, ubi religiose, & pure Deo sacrificium offerri valeat. *Theodulph. ad presbyteros. Aurel. cap. 9. Tribur. cap. 17. Burch. lib. 3. cap. 151. Ivo part. 3. cap. 213. decret.*

TITULUS XI.

NE CORPORA MORTUORUM PALLIS, AUT VESTIBUS SACRIS TE-

GANTUR.

*Vide in Part. II. Lib. V. Tit. III.*  
TITULUS XII.  
QUIBUS DE CAUSSIS PRIVETUR QUIS SEPULTURA ECCLESIASTICA.

CA-

## 294 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T I.

*4. 19. de de-*  
*cum. Gr. IX.* **S**I quis receperit decimas a laicis, & ecclesiæ non tradiderit, christiana sepultura privetur. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 14.*

### C A P U T II.

*De torneam.* Torneamenta, in quibus milites ex condicto e. 1. Gr. IX. & in 1. coll. venire soleant, fieri prohibemus, &c. Quod si quis eorum ibidem (*in torneamento*) mortuus fuerit, quamvis ei postenti venia non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura. *Alexand. III. in concil. Later. c. 20.*

### C A P U T III.

*De usur. c.* Usurarii manifesti nec ad communionem ad-  
*3. Gr. IX.* mittantur altaris, nec christianam, si in hoc pec-  
*& c. 2. eod.* cato decesserint, accipiant sepulturam, &c. Qui  
*sit. in 1. coll.* eos christianæ tradiderit sepulturam, &c. donec fa-  
tisfecerit, ab officiis suis maneat executione suspen-  
sus. *Alexand. III. in concil. Later. c. 25.*

### C A P U T IV.

*De heret. c.* Hæreticos, & defensores eorum, & receptores  
*8. Gr. IX.* & anathemati decernimus subiungere, &c. Si autem  
*& c. 6. eod. tit.* in hoc peccato decellerint, nec sub nos sordum  
*in 1. coll.* privilegiorum cui libet induitorum obtentu, nec  
sub alia quamcumque occasione, aut oblatio fiat  
pro eis, aut inter christianos recipient sepulturam.  
*Alexand. III. in concil. Later. c. 27.*

### C A P U T V.

*De her. c.* Sane clerici non exhibeant hujusmodi pesti-  
*13. Gr. IX.* lentibus (*hæreticis, & fautoribus hæreticorum*)  
*& c. 2. eod.* ecclesiastica sacramenta, nec eos christianæ præ-  
sumant sepulturam tradere, nec elemosynas, nec  
*sit. in 4. coll.* oblationes eorum accipient. *Innoc. III. in concil.*  
*Later. c. 3.*

### C A P U T VI.

*De pœnit. c.* Omnis utriusque sexus confiteatur saltem se-  
*12. Gr. IX.* mel in anno, & suscipiat eucharistie sacra-  
*& c. 2. eod.* mentum in paschate, &c. Alioquin & vivus ab ingressu  
*sit. in 4. coll.* ecclesiæ arceatur, & moriens christiana careat  
sepultura. *Innoc. III. in concil. gener. Later.*  
*cap. 21.*

### C A P U T VII.

*De torneam.* Detestabiles illas nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condicto convenire solent, & ostentationem virium suarum, & audaciæ temere congregantur, unde mortes hominum, & animalium pericula saepe proveniunt, omnino fieri interdicimus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei postenti pœnitentia, & viaticum non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura. *Innoc. II. in synod. Rom. c. 10. Eug.*  
*III. in concil. Rhem. c. 12.*

### C A P U T VIII.

Nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, vel cuiuslibet ordinis Abbas, vel quis in ordine & clero, nisi cum summa cautela usurarios recipere presumat, sed in tota vita infames habeantur, nisi resipuerint, christiana sepultura priventur. *Innoc. II. in synod. Rom. cap. 13. al. cap. ult.*

### C A P U T IX.

*23. q. 8. c.* Pessimam, & depopulatricem, & horrendam  
*32. Incen-* incendiariorum malitiam auctoritate Dei, &  
*diariorum.* beatorum Apostolorum Petri, & Pauli omnino detestamur, & interdicimus, &c. Si quis igitur

post hujus nostræ constitutionis promulgationem, malo studio, sive pro vindicta ignes apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur. Et si mortuus fuerit incendiarius, ecclesiastica careat sepultura. *Innoc. II. in synod. Rom. c. 14. Eug. III. in concil. Rhem. c. 15. post Iovonis panorm. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 17.*

### C A P U T X.

Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonice nominantur, & irregulariter vivunt, &c. vitam suam in melius corrigant, & emendent, superfluitatem, & inhonestatem vestium deserant, & in claustris assidue permanentes communis refectorio, & dormitorio sint contentæ, &c. Quod si usque ad proximum Apostolorum festum non adimpleveriat, ex tunc in earum ecclesiis, donec hoc nostrum mandatum adimpleant, divina prohibemus officia celebrari, & si quæ ipsarum mortua fuerit, christianorum careat sepultura. *Eug. III. in synod. Rhem. c. 4.*

### C A P U T XI.

Nullus advocatus praeter jus, & beneficium antiquitus constitutum, aliquid sacri arripere, vel usurpare presumat. Subiuvatos vero, & exatores eorum modis omibus ab ecclesiis infestationibus removeri præcipimus. Quod si quis contra hanc prohibitionem a nobis promulgatam de cætero attentare presumperit, christianorum careat sepultura. *Eugen. III. in synod. Rhem. cap. 6.*

### C A P U T XII.

Si sit sepeliendus, qui seipsum occidit, vel si sit pro eo sacrificium offerendum, requiritis. Sepeliendus est quidem, ne viventium odoratu molestiam ingerat, non tamen est, ut aliis pavorem incutiatur, solito cum obsequiis more ad sepulchra ferendus. Sed & qui sunt, qui ejus sepulturam studio humanitatis obsequuntur, sibi, non illi, qui sui exitit homicida, praestare videntur. *Ni-*  
*col. ad consulta Bulg. cap. 98.*

### C A P U T XIII.

Ille, qui occisus fuerit, (*loquitur de singula-*  
*ri certamine*) tamquam sui homicida, & propter mortis spontaneus appetitor, a dominice oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadaver ejus, juxta sanctorum canonum decretum, cum psalmis, & orationibus ad sepulturam ducatur, &c. *Valent. sub Lothar. cap. 12.*

### C A P U T XIV.

Si quis ab Episcopo suo excommunicatus, interfecitus, aut obitu proprio mortuus absque reconciliatione fuerit, nullatenus christianorum sepultura sepeliatur, nisi Episcopus satisfaciensibus pro eo amicis, vel parentibus solutionem, & licentiam ex hoc concesserit, &c. Simili modo, si vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus pœnitentiam ex corde petierit, pœnitentia ejus suscipiatur, &c. nullatenus tamen sepeliatur, donec ab Episcopo absolvatur suo. *Lemovic. act. 2. in med.*

### C A P U T XV.

Sub anathemate prohibemus, ne clericis fructus bene-

beneficiorum ecclesiasticorum spuriis suis, vel concubinis suis dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præsumperint, in signū suæ perditionis ecclesiastica careant sepultura. *Conc. habitum in Germania sub Conrad. Card. c. 5.*

## TITULUS XIII.

*DE PÆNA ILLIUS, QUI SEPULCHRUM VIOLAT.*

## CAPUT I.

**S**Yaodium tempore pia recordationis sexti Stephani Papæ decessoris videlicet nostri celebratam, in qua venerabile corpus Formosi venerabilis Papæ de seputura violata per terram tractum est, & quasi ad judicium deductum judicari, & damnari præsumptum est, quod numquam decessorum nostrorum temporibus fuisse auditum est, oenitus abdicamus, & ne ulterius præsumatur fieri interdicimus. *Syn. Ravenn. sub Joann. IX. part. 1. cap. 1.*

## CAPUT II.

Violatores, seu corruptores sacri tumuli ejusdem domini Formosi Papæ, qui sub foedere conspirationis, ad capiendum thesaurum corpus illius trahentes in fluvium Tiberim jactare non timuerunt, divina audioritate, synodalique nostro consulti nisi resipuerint, sint a sancti, Dei ecclesiaz liminibus separati. *Ravenn. sub Joann. IX. part. 1. cap. 9.*

## CAPUT III.

*6. q. 1. Inf. 6. p. 67. phan. epist. 1. in med.*

## CAPUT IV.

Si quis clericus in de noliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, & poenitentiaz triennio deputari. *Tolet. IV. cap. 45.*

## CAPUT V.

Nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulchro suo eiiciat, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quoquo modo violet, sed unumquemque in loculo sibi a Deo præparato, atque conceclo, adventum sui judicis præstolari concedat, maxime cum non solum divinæ leges, sed etiam humanæ apud humanam rem publicam sepulchorum violatores reos mortis dijudicent. *Melden. cap. 7.*

## CAPUT VI.

Qui sepulchra effodit, undecim annis carebit communione. *Basil. ad Amphib. cap. 65.*

## CAPUT VII.

Sepulchrum effosso ipsa quoque dividitur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur, si enim mortuorum parcens religioni, & teclum corpus intactum relinquens, ut nec sola ostendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis, qui ante sepulchrum projecti sunt, ad aliquod opus construendum usus est, nec hoc quidem est laudabile, sed ut esset dignum venia, effectis consuetudo, quando ad aliquid melius, & reipublicæ utilius. materia traducta sit, sed carnis in terram redactæ pulverem perlustrari, & ossa movere, spe aliquem ex defossis lucri faciendi orna-

tum, id eorum iudicio condemnatum est, quo simplex fornicatio quemadmodum in præcedente oratione divisio facta est, considerante scilicet œconomico, seu dispensatore ex ipsa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam ut spatum a canonicibus præstitutum possit contrahere. *Greg. Nyssen. epist. canonica ad Letojum.*

## TITULUS XIV.

*NE PECUNIA ACCIPIATUR SEPULTURA CAUSSA TAMQUAM PRETIUM.*

## CAPUT I.

**P**RO sepultura nulla cujusquam pretii exactio intercedat. *Turon. sub Alexand. III. c. 6. post Later. concil. part. 2. cap. 10.*

## CAPUT II.

In quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro sepulturis, & exequis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid exigatur, &c. Putant plures ex hoc sibi licere, quia legem mortis de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, &c. Ne igitur hoc de cætero fiat, & vel pro mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, seu etiam aliis sacramentis aliquid exigatur, distictius inhibemus, &c. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 7.*

## CAPUT III.

Plerique sicut accepimus regulares, & clerici saeculares interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt in præjudicium parochialium ecclesiarum, paclum adiiciunt, ut conductores, & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de avaritiaz radice procedat, paclum hujusmodi poenitus reprobamus, statuentes, ut quidquid fuerit occasione hujusmodi paclii perceptum, ecclæsiæ parochiali reddatur. *Inn. III. in concil. gen. Later. c. 56.*

## CAPUT IV.

Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiamsi nihil loco religioso reliquerit, difficultates (*quidam Episcopi*) ingerunt & malitia, donec aliquid muneris manus contingat eorum, &c. Exactiones hujusmodi inhibemus, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 63.*

## CAPUT V.

Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequis mortuorum, & benedictione nubentium, & limibus pecuniam exigunt, &c. pravas exactiones super his fieri prohibemus, &c. Statuentes, ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta, sed per Episcopum loci veritate cognita compelcantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 66.*

## CAPUT VI.

Nullus deinceps sepulturam exigat. *Urban. II. in concil. gener. Claromont. cap. 8.*

## CAPUT VII.

Illud quoque præcipimus, ut pro chrismate & baptismo, & sepulturis, nihil umquam exigatur. *Urban. II. in concil. Placent. c. 14. al. in concil. Claromontis.*

Cas

## C A P U T VIII.

Illud quoque adiuentes præcipimus, ut pro chrismatis, olei sacri, & sepulturæ acceptance nul lum venditionis pretium exigatur. *Innoc. II. in concil. Roman. cap. 18. Eugen. III. in concil. Rhem. cap. 16.*

## C A P U T IX.

<sup>13. q. 2. c.</sup> <sup>12.</sup> Questa nobis est Nereida scemina clarissima, quod ab ea centum solidos, pro filia sua sepultura fraternitas vestra velit exigere. Quod si ita se veritas habet, quia grave nimis, & procul est a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini querere, & de alieno velle facere luctu compendium, ab hac se petitione fraternitas vestra contineat, &c. Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad Episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus, & pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores, quia dum Abraham a filiis Emor, hoc est Ephron filio Seor sepulchri terram pretio ad humandum corpus conjugis postularer, pretium accipere renuit, ne commodum videretur ex cadavere consecutus. Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde ne hoc avaritiæ vitium, vel in alienis denuo tentari præsumatur, admoneo. Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus, peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus, ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis fortasse, quod absit, dicitur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studatis querere quolibet modo compendiū. *Greg. lib. 7. indict. 2. epist. 55. Januario Episcopo. Meldens. cap. 72. Ivo part. 3. cap. 201. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 56.*

## C A P U T X.

Nullus de agro ecclesiastico, & manso, ac mancipiis, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquis largites ecclesiae fuerit, neque de decimis, & oblationibus fidelium, cuiquam presbytero \* aliquem censem per solvere cogat. *Meldens. cap. 63. Burch. lib. 3. cap. 53.*

## C A P U T XI.

Neque pro loco sepulturæ, ut verbis sancti Gregorii utamur, pretium de terra concessa putredini querere, & de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo (*quispiam*) tentet. Si quando autem proximi, vel hæredes sponte aliquid offerre in ecclesia voluerint in eleemosynæ defuncti, accipi non vetamus, peti vero, aut aliquid exigi omnino prohibemus, ne quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicitur ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet querere. *Melden. cap. 72. vide Gregor. lib. 7. registr. epist. 55.*

## C A P U T XII.

De uno manlo, & de terris pro sepultura datis, & pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione nullus census deinceps exigatur, & pro se-

pultura nullum pretium detur. *Metense cap. 2.*

## C A P U T XIII.

Abhorrendus, & Christianis devitandus mos <sup>13. q. 2. c.</sup> <sup>16.</sup> iniquus subrepit, sepulturam mortuis debitam sub pretio vendere, & gratiam Dei venalem facere, cum hoc nusquam sub evangelica gratia meminimus nos invenisse, vel legisse. In Ecclesiastico namque libro scriptum est: *Mortuo non Eccl. c. 7. prohibens gratiam, sciens, quia omnes moriemur.* Et item: *Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertuntur.* Quid terra terram vendis? *Ecc. 40. Gen. 3.* Memento quoniam terra es, & in terram ibis, & quoniam mors tibi futura est, appropriat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra, sed ut Psalmista commemorat: *Domini est terra, & qui habitant in ea.* Si terram vendis, invasione alienæ rei reus tenebaris: gratis accepisti a Deo, gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare, nisi forte proximi, & amici defunctorum propter nomen Domini, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid donare veliat. *Tribur. cap. 16. Ivo part. 3. c. 215. decret.*

## C A P U T XIV.

Præcipendum est, secundum canonum auctoritatem, ut de sepulchris, & hominibus sepelendis nihil muneris exigant, nisi forte, qui sepelitur vivens jussiter ecclesiae, in cuius arrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem ipsius illi, quibus commissum est eleemosynam facere de rebus illius, aliquid dare sponte voluerint. Tamen nullatenus a presbyteris ecclesiae illius aliquid exigatur, sive ab illis, qui locis, & villis præsunt. *Nannet. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 159. Ivo part. 3. c. 222. decret.*

## C A P U T XV.

Nullus pretium pro sepultura accipiat, nisi quod fideles sponte dare, vel offerre voluerint. *Bitur. c. 12. apud Lemov. act. 2.*

T I T U L U S XV.  
COMMUNIA DE FUNERIBUS, ET SEPULTURIS.

## C A P U T I.

Fratrum, & coepiscoporum nostrorum vehe- *De privileg. Gr. IX. &* ponunt, quod ecclesiæ recipiant (*Templarii, & Hospitalarii*) de manibus laicorum, excommunicatos, & interdictos ad ecclesiastica sacramenta, sepulturam admittant, &c. ad locum interdictum saepius accedentes, indulgentia privilegiorum in celebrandis officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas ecclesiæ sepelire præsumunt, &c. Si Templarii, sive Hospitalarii ad ecclesiasticum interdictum venerint, non nisi semel in anno ad ecclesiasticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora sepeliant defunctorum. *Alexand. III. in concil. Later. c. 9.*

## C A P U T II.

Sane quibusdam regularibus sedes Apostolica *De privileg. c. 24. Greg. IX. cap. 7.* indulsit, ut iis, qui eorum fraternitatem assumpti, si forsan ecclesiæ, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdictæ, ipsoisque mori *eod. tit. in 4. coll.* contingat, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi

nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, suosque confratres, quos ecclesiarum prælati apud ecclesiæ suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesiæ suas deferant tumulandos, &c. Qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium, vel aliorum non interdictas ecclesiæ, in quibus elegeant sepulturam. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 57.*

## C A P U T III.

Quotidiana (*Petri Apostoli*) prædicatio inter cetera divina mandata hæc erat, &c. „ Infirmos visitare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare, & eleemosynas dare, dolentes consolari, & suis bonis refovere,“ &c. *Clem. epist. I. antefixa Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21.*

## C A P U T IV.

*24. q. 2. De communione c. 1.* Quibus viventibus communicavimus, mortuis communicare non possumus. *Ieo epist. 90. c. 6. ad Rusticum Narbon. Episc. Ivo lib. 5. tit. 4. cap. 4. panorm. C part. 14. cap. 60. decret. Cæsar. lib. 5. c. 90.*

## C A P U T V.

Si defunctus de rebus suis disposuit, & debita disponere prætermisit, nisi de solutione debitorum, dummodo sit solvendo, ab hæredie vel consanguineis defuncti sufficiens cautio detur, corpus ejus, postposita appellatione, ecclesiasticæ sepulturæ, non tradatur. *Alexand. III. Cantuar. Episc. post Later. concil. part. 43. c. 3.*

## C A P U T VI.

Monachi corpora hominum tam vivorum, quam mortuorum ad ecclesiæ suam deferre non audeant sine consensu, & petitione ejus ecclesiæ, quæ ei dum viveret, consuluit, & consulendo viaticum suum administravit. Quod si fecerint, veluti in valores sanctæ ecclesiæ sub disticta anathematis interpositione, quoisque satisfaciant ecclesiæ fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occasione. *Greg. Augustino Anglorum Episcopo referuntur ab Alexand. III. part. 43. post concil. Later. c. 4.*

## C A P U T VII.

*De conf. d. 1. c. Sacra-menta, 48.* Si Episcoporum, vel aliorum depositio defunctorum sit post meridiem, foliis orationibus celebretur, qui faciunt, jam pransi sunt. *Carthagin. cap. 41. G. Carthag. III. cap. 29. L. Afric. cap.*

8. *Anjelm. lib. 9. cap. 3. Cæsar. lib. 13. cap. 4.*

## C A P U T VIII.

De degeneribus servis, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii deputantur, placuit, ut sub qua ab auctoribus fuerint conditio ne dimitti, & sive hæreditibus, sive ecclesiæ pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si ecclesia eos de Fisci functionibus in omni parte defendet, tam illi, quam posteri eorum ecclesiæ defensione in omnibus potiantur, & occursum impendant. *Paris. c. 9.*

## C A P U T IX.

Comperimus multos, necdum marcidatis mortuorum membris, sepulchra referare, & mortuos suos superimponere, & aliorum, quod nefas est, pro mortuis suis religiosa loca usurpare, sine voluntate scilicet Domini sepulchorum, ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat; quod si factum fuerit, secundum legem superimposita corpora de eisdem tumulis rejetentur. *Matifc. II. c. 17.*

## C A P U T X.

Non licet mortuum super mortuum mitti. *Antisiod. c. 15.*

## C A P U T XI.

Presbyterorum, qui præsunt ecclesiæ Christi, ministerium esse videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Si (*aliquis*) infirmitate depresso fuerit, ne confessione, atque oratione sacerdotali, &c. per ejus negligentiam careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet christianam animam Domino &c. corpusque sepulturæ, non ut mos est gentilium, sed sicut christianorum. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 3. cap. 5.*

## C A P U T XII.

Xystus tertius corpus Bassi (*eius accusatoris*) cum linteaminibus, & aromatibus manibus suis tractans recondidit, & sepelivit ad B. Petru Apóstolum in cubiculo parentum ejus. *Ex Pontific.*

## C A P U T XIII.

Symmachus fecit cœmeterium Jordanorum in melius propter corpus Alexandri. *Ex Pontific.*

## C A P U T XIV.

Deus dedit dimisit pro exequiis ad omnem clericum rogam \* unam integrum. *Ex Pontific.*

\* idest, ero-gationem.

## L I B E R D E C I M U S S E X T U S.

## De Sacramento Ordinis.

## T I T U L U S I.

## DE MINISTERIO SACRAM. ORDINIS.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XLIX. & Lib. VIII. Tit. XIV. quibus adde:

## C A P U T I.

**N**ullus in ecclesiæ præsumat presbyteros constituere, nisi qui & sacerdotalem gradum dare licite potest, &c. *Synod. Roman. sub Leon. IV. cap. 42.*

*Tom. VI.*

## C A P U T II.

Si qui clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiæ ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & judicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis ecclesiæ perseverent. Aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita. *Leo ad Rustic. Narbonens. Episcopum, epist. 90. cap. 1.*

*P p*

*I. q. I. c. 40.*

*Bur-*

## 298 Juris Pontificii Veteris Epitome

Burchard. lib. I. cap. II. Ivo part. 5. cap. 65.  
C A P U T III.

De Episcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum qualiter fuit, placuit juxta instituta sanctorum patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant, sine iussione Episcopi, cuius parochia est, & si hoc facere presumperint, ab officio suspendantur, &c. *Synod. apud Palatium Vernis*, cap. 13. *Vormac. c. 62.*

### T I T U L U S II.

#### EPISCOPUS NON ORDINET IN ALIENA DIŒCESI.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. LIV.

### T I T U L U S III.

#### NE EPISCOPUS CLERICUM ALIENUM ORDINET SINE SCIENTIA EPI- SCOPI, AD QUEM PERTINET.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. L.

### T I T U L U S IV.

#### EPISCOPUS SERVET CANONUM STA- TUTA IN CONFERENDIS ORDINIBUS.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. LI.

### T I T U L U S V.

#### NE LAICUS STATIM EPISCOPUS, AUT PRESBYTER ORDINETUR, SED PRIUS ORDINES INFERIORES SUSCIPIAT.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. III. Lib. VI.  
Tit. VI. Lib. VII. Tit. IV. & Lib. VIII. Tit.  
XIII. quibus adde:

### C A P U T I.

JAM non satis est laicos ordinare, quos nullus ordo fieri permittit, sed etiam illi, quorum crima longe, lateque per omnes pene sunt nota provincias, ordinantur. *Cælestinus ep. I. c. 3.*

### C A P U T II.

Dif. 77. c. Si de laicis quispiam ecclesiasticis est aggredandus officiis, tanto sollicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis, quia utique convenientia ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis, quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur, ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, ne per occasionem supplendæ penuriaæ clericalis via potius divinis cultibus intulisse, non legitimæ familiæ computemur \* procurasse compendia, quorum promotioni super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus, quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam, & de laicorum conversione venientem. Quæ tamen eatenus indulgentia creditus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserint, ministeria renoventur, quatenus his, Deo propitio, restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur, nec contra eos ulla ratione prævaleat,

\* confute-  
mur.

quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege proponitur, cæteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. *Gelas. epist. I. cap. 4.*

### C A P U T III.

Hominem laicum non promovendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sar-dicense concilium ait, ut de laicis non eligerentur Antistites cap. 13. &c. Et Gelarius non solum Episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiâ presby-teros, ne talia præsumerent, vetuit in decretorum suorum cap. 3. *Nicol. in epist. ad Michaelem Imper. ante med. lecta in synodo VIII. CP. sub Hadrian. II. action. 4. post princ.*

### C A P U T IV.

Nulli laicorum liceat ad ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia, aut per consensiones cleri, vel plebis, vel per electionem, assensionemque Pontificum ad summum sacerdotium aspirare, vel pro-vehiri, sed cum per canonum conscripta tempora ecclesiasticos per ordines spirituali opere desu-dando, probatae vitæ adminiculo comitante, con-scenderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitatis vita responderit, auctore Domino pro-vehatur, ita tamen, ut duobus, aut tribus, quos consentitus cleri, & plebis selegent, Metropoli-tani judicio, ejusque coepiscopis præsentatis, quem fors præente Episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedi-ctio consecrationis accumulet. Aliter deinceps, quod absit, præsumptum, & ordinatores, & ordinatos proprii honoris depositio subsequatur. *Barcin. II. cap. 3.*

### C A P U T V.

Quod sacerdotes viri nequaquam ad ministe-rium ecclesiæ assumantur, auctoritas Apostolica docet, & dicit: *Manus cito nemini imposueris*; <sup>I. Tim. 3. d.</sup> & iterum: *Non neophytum, ne in superbiam elatus*, putet se non tam ministerium humilitatis, quam administrationem sacerularis potestatis ade-patum, & in condemnationem superbiae, sicut dia-bolus per jaætantiam deiiciatur, quonodo enim valebit sacerularis homo sacerdotii magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam cognovit? aut quid docere potuit, cum ipse non didicerit? *Isidor. lib. 2. cap. 6. de eccles. officiis apud Aquiſgran. cap. 9.*

Vide *Syri. epist. 3. cap. 3. tit. De neophytis non ordinandis*, cap. Quod semel. *Cælestin. ep. 2. cap. 6. De digamis non ordinandis*, cap. Absti-neantur.

### T I T U L U S VI.

#### DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM.

### C A P U T I.

Q uoniam quidam Metropolitanorum quan-tum comperimus, negligent commissos sibi greges, & ordinationes Episcoporum facere differunt, placuit sanctæ synodo intra tres men-ses ordinationes Episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis cogat tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni eccl-

Dif. 75. c. 2.

*ecclesiasticæ subjacebit. Chalced. cap. 25. Vor-*  
*mat. cap. 76. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5.*  
*cap. 135. decret. Anselm. lib. 6. cap. 35. Cæsar.*  
*lib. 3. cap. 28.*

## C A P U T II.

In multis conciliis hoc statutum est, etiam & nunc confirmatum est a vestra prudentia, sanctissimi fratres, ut primi, quarti, septimi, & decimi mensis sacerdotum debeant fieri ordinaciones, aliqui enim ex nostris per incuriam ignorantes annorum seriem, illicitam fecerunt ordinationem. *Synod. Roman. sub Zachar. cap. 11. vide Carth. III. c. 44.*

## C A P U T III.

Ne fiant ordines, nisi quatuor certis temporibus, & sabbato mediante Quadragesima, & tunc protrahatur jejunium usque ad vesperas, & si fieri potest usque ad crastinum, ut magis appearat in die Dominico ordines fieri. *Urban. II. in conc. Claromont. c. 24.*

## C A P U T IV.

Miror, quid caussæ, aut occasio emerserit, ut virum catholicæ fidei, & Nestorianis, atque Eutychianis hæreticis constanter etiam adversum Archidiaconum sub honoris specie (*Anatolius*) degradaret, & dispensationem totius caussæ & curæ ecclesiasticæ in Andream Eutychianistam repente transferret, adeo nimia commotione turbatus, ut consecrationem, quam pro injuria dabat, sexta sabbati, traditionis Apostolicæ aut neficius, aut oblitus, inferret, quasi non ad Episcopum magis, quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertineret. *Leo epist. 55. post princ.*

## C A P U T V.

*Difl. 75. c. 4.*  
*¶ 5.*  
*A. 13.*

Quod a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non paßim diebus omnibus sacerdotalis, vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati ejus noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia diligentur, hoc est, sub lege divini officii substituantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunis, & a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantia erit, si mane ipso dominico die, continuato sabbati jejunio, celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in pascha Domini declaratur, pertinere, non dubium est. Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes, & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus quanta & dantum, & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur implementum. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicis more gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his, qui consecrandi sunt, numquam benedictiones nisi in die resurrectionis Dominicæ tribuantur, cui a vespe-

ra sabbati initium constat ascribi. *Leo ep. 79. c. 1. ad Diocorum Episcopum Alexand. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 6. panorm. ¶ part. 6. cap. 70. ¶ 71. decret. Anselm. lib. 7. cap. 37. Tarrac. lib. 3. cap. 47.*

## C A P U T VI.

Nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in prima sabbati, vel ipso Dominico die fuerit ordinatus (*loquitur de ordinatione Episcoporum*) solum enim maiores nostri resurrectionis Dominicæ diem honore dignum judicavere, ut sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. *Leo epist. 87. ad Episc. Viennen. provinc. ante fin.*

## C A P U T VII.

Priscis igitur pro sui reverentia manentibus *Difl. 55. c.*  
*confitutis, quæ ubi nulla vel rerum, vel tempo-*  
*rum perurget angustia, regulariter convenit cu-*  
*stodiri, eatenus ecclesiis, quæ vel cunctis sunt*  
*privatae ministris, vel sufficientibus usque adeo*  
*despoliatæ servitiis, ut pleibus ad se pertinenti-*  
*bus divina munera supplere non valeant, tam in-*  
*stituendi, quam promovendi clericalis obsequi: \* officii.*  
*spatia dispensanda concedimus. Gelas. epist. 1. c.*  
*2. Ivo part. 3. cap. 142. decret.*

## C A P U T VIII.

Ordinations presbyterorum, & diaconorum *Difl. 75. c.*  
*nisi certis temporibus, & diebus exerceri non de-*  
*beant, id est, quarti mensis jejunio, septimi, &*  
*decimi, sed etiam quadragesimalis initii, ac me-*  
*diana quadragesimæ die, sabbati jejunio circa ve-*  
*speras noverint celebrandas. Nec cujuslibet uti-*  
*litatis caussa, seu presbyterum, seu diaconum*  
*his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati. Ge-*  
*las. epist. 1. c. 13. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 18. pa-*  
*norm. ¶ part. 6. c. 74. decret. Anselm. lib. 7.*  
*cap. 38. Tarrac. lib. 3. cap. 48. vide Gregor. II.*  
*epist. 3.*

## C A P U T IX.

Ordinations presbyterorum, seu diaconorum *Difl. 75. c.*  
*non nisi quarti, septimi, & decimi mensum je-*  
*juniis, sed & ingressu quadragesimali, atque me-*  
*diante vespere sabbati (Episcopus vester) noverint*  
*celebrandas. Greg. II. epist. 3. ad clericum Thu-*  
*ringiæ, in med:*

## C A P U T X.

De ordinatione etiam presbyterorum, & diaconorum, cogente necessitate, & paupertate ro-gantium non legitimis temporibus, & diebus a te promoveri, si aliquam haberes ex hoc offenditionem, insinuasti, &c. Bene nosti, quod sacri canones docent, apud temporibus sacerdotes ordinandos; attamen in eo, quod a te propter zelum fidei actum est, a Domino Deo nostro indulgentiam postulemus. *Zachar. epist. 5. ante fin. ad Bonif. Episcop.*

## C A P U T XI.

Si cum quisque nostrum mortalium ad sacerdotale promovetur officium, nullatenus pati-mur, ut in reliquis diebus, nisi tantum Dominicis festivitatibus hi, qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur ecclesiastico, quanto magis, ut sancta deificata templo, quæ ab ho-

minibus fidelibus censentur honorificanda, sine diebus Dominicis perhibeantur consecranda. *Cæsar. lib. III. c. 1.*

## C A P U T XII.

Decrevimus presbyterorum, diaconorum, & cæterorum graduum inferiorum ordinationes statutis temporibus fieri debere. *Cabilon. sub Carolo cap. 23.*

## C A P U T XIII.

Revoluta sunt patrum statuta, & inventum, quia graduum ordinationes restae fiunt per mensem Martium, & Junium, Septembrem quoque, atque Decembrem, sabbato videlicet in duodecim lessionibus, quando jejunia quatuor temporum aguntur, ubi si tanta multitudo fuerit ordinandorum, ut sabbato non possit omnes Episcopus consecrare, in crastina Dominica ulque ad horam sextam a mane qui superfuerint, debent ordinari, alias autem nullo modo, nisi cauila grandis necessitatibus, de diaconatu tantum, vel presbyteratu oportet ordinationes agi, & hoc in nulla festivitate, nisi Dominica die, quam tamen jejunium generale in sabbato præcesserit, nam & ipse Episcopus ordinari non potest, nisi dominica die circa horam dii tertiam. De sancto autem Gregorio constat, quia numquam, nisi in mense Martio ordinationes egit. Beatus vero Petrus Apostolus in mense Decembri, & non alibi, &c. *Lemovicen. action. 2. ante fin.*

## C A P U T XIV.

Gregorius fecit ordinationes duas, unam in quadragesima, & aliam in mense septimo. *Ex Pontif.*

## T I T U L U S VII.

*DE CÆREMONIIS, QUÆ IN ORDINATIONE PRESBYTERI, ET RELIQUORUM CLERICORUM OBSERVARI SOLENT.*

## C A P U T I.

*Dif. 23. c. 8.* **P**resbyter, cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi, super caput illius teneant. *Carth. IV. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 6. panorm. C part. 6. c. 12. decret. Anselm. lib. 7. c. 53. Cæsar. lib. 8. c. 20.*

## C A P U T II.

*d. 23. c. 11.* Diaconus, cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedit, manus super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. *Carth. IV. c. 4. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 7. panorm. C part. 6. cap. 13. decret. Anselm. lib. 7. c. 52. Cæsar. lib. 8. c. 21.*

## C A P U T III.

*d. 23. c. 15.* Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuam, de manu vero Archidiaconi, urceolum cum aqua & manile, & manutergium. *Carth. IV. c. 5. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 8. panorm. C part. 6. c. 14. C c. 9. in fin. decret. Anselm. lib. 7. c. 51.*

## C A P U T IV.

*d. 23. c. 16.* Acolythus, cum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat,

sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat le ad accendenda ecclesiæ lumina- ria mancipari. Accipiat & urceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. *Carth. IV. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 9. panorm. C part. 6. c. 15. decret. Anselm. lib. 7. cap. 50.*

## C A P U T V.

*d. 23. c. 17.* Exorcista, cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente libi Episcopo: *Accipe, C commenda memoriae, C habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum. Carth. IV. c. 7. Raban. lib. 1. cap. 10. de instit. cler. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 10. panorm. C part. 6. cap. 16. decret. Anselm. lib. 7. cap. 49.*

## C A P U T VI.

*d. 23. c. 18.* Lector, cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vi- tam, atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei codicem, de quo lectorus est, dicens ad eum: *Accipe C esto lector \* verbi Dei habitu- rus, si fideliter, C ueliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverunt. Carth. IV. c. 8. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 11. pa- norm. C part. 6. cap. 17. decret. Anselm. lib. 7. cap. 48.* \* *relator.*

## C A P U T VII.

*d. 23. c. 19.* Ostiarius, cum ordinatur, postquam ab Ar- chidiacono instrutus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi, tradat ei Episcopus claves ecclesiæ de altario dicens: *Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus reclu- duntur. Carth. IV. c. 9. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 12. panorm. C part. 6. c. 18. decret. Anselm. lib. 7. cap. 47.*

## C A P U T VIII.

*d. 23. c. 20.* Psalmista, id est cantor, potest absque scien- tia Episcopi, sola iuisione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: *Vide ut quod ore cantas, corde credas, C quod cor- de credis, operibus comprobes. Carth. IV. c. 10. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 13. panorm. C part. 6. c. 19. decret. Anselm. lib. 7. c. 46.*

## C A P U T IX.

Leuctores, dum ordinantur, primum de eorū con- versatione Episcopus verbum facit ad populu, deinde corā plebe tradit eis codicem apud cum divino- rum ad verbum Dei annuntiandum. Qui autem ad hujusmodi provehitur gradum, iste erit do-ctrina, & libris imbutus, sensumque, ac verbo- rum scientia perornatus. *Isidor. lib. 2. cap. 11. de eccl. offic. apud Aquisgr. cap. 3. Raban. lib. 1. c. 11. de instit. cleric.*

## C A P U T X.

Exorcistæ, cum ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu Episcopi libellum, in quo scri- pti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super energumenos, (sive baptiza- tos) sive catechumenos. *Isidor. lib. 2. c. 13. de eccl. offic. apud Aquisgr. c. 4. Raban. lib. 1. c. 10. de instit. cleric.*

CA-

C A P U T XI.

*Vide d. 23. c. 15. Subdiaconus.* Subdiaconi, cum ordinantur, sicut sacerdotes, & levitæ manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum, & calicem de manu Episcopi, & ab Archidiacono scyphum aquæ cum aqua manili, & manutergium accipiunt. *Isidor. lib. 2. c. 10. de eccles. offic. apud Aquisgr. c. 6.*

T I T U L U S VIII.

*ORDINENTUR CLERICI MULTIS PRÆSENTIBUS, NON TAMEN INTERSINT CATECHUMENI.*

C A P U T I.

*S*ilvester Episcopus dixit: „A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, comonemus, ut nulli Episcopo liceat quemlibet gradum clericorum ordinare, aut consecrare, nisi cum omni adunata ecclesia.“ *Silv. in concil. Rom. CCLXXV. Episc. cap. ult.*

C A P U T II.

*Difl. 67. c. 1.* Reliqui sacerdotes (*præter Episcopum*) a proprio ordinantur Episcopo, ita ut cives, & alii sacerdotes assensum præbeant, & jejunantes orationem celebrent, similiter, & diaconi ordinantur, ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet probatione, sufficere potest. *Anaclet. epist. 2. post princ. Burchard. lib. 1. c. 15. O' part. 5. c. 69. decret. Anselm. lib. 6. cap. 47.*

C A P U T III.

*Difl. 75. c. 3.* Ordinationes presbyterorum, & levitarum tempore congruo, & multis coram altantibus solemniter agite, & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate, & adjumento plurimum gaudeatis. *Zephir. epist. 2. in fin. Burch. lib. 2. c. 3. Ivo part. 6. cap. 23. O' 47. decret. Anselm. lib. 7. cap. 36. Cæsar August. lib. 4. c. 107. Tarrac. lib. 3. c. 46.*

C A P U T IV.

Non licere ordines in præsentia auditorum (catechumenorum, L.) fieri. *Laod. cap. 5. al. 4. Burchardus lib. 2. cap. 7. Ivo part. 6. cap. 27. decret.*

C A P U T V.

Ordinatio non fiat clanculum, Ecclesia enim pacem habente, decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesia. *Thophil. Episc. Alex. in commonitorio cap. 6.*

C A P U T VI.

Zephirinus constituir, ut præsentibus clericis, & laicis fidelibus, sive clericus, sive levita, sive sacerdos ordinetur. *Damas. in Zephir.*

T I T U L U S IX.

*QUA ÆTATE CLERICI POSSINT SACRIS INITIARI.*

*Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. X. & Libro VI. Tit. VIII. & Lib. VII. Tit. V. & XXXV.*

C A P U T I.

*De elec. c. 7. Greg. IX. c. 20. eod. tit. in 1. coll.* CUM in sacris ordinibus, & mysteriis ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia litterarum sit inquirenda, multo fortius hoc in Episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in se ipso debet

ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conversari, &c. præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi trigesimum ætatis annum egerit, &c. inferiora ministerio, ut puta decanatus, archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialium ecclesiarum regimen, nisi qui jam xxv. ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconem, & decani, & reliqui admoniti non fuerint præfixo canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, &c. Nec profit illis appellationis diffugium, &c. *Alexand. III. in concil. Later. c. 3.*

C A P U T II.

*Difl. 78. c. 3. & difl. 61. c.* Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari. *Leo ep. 85. c. 1. Anselm. lib. 6. c. 30. vel 34. Ivo part. 5. cap. 105. decret.*

C A P U T III.

*I.g. 1. e. 126.* Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosis cadant, quanto citius condescendere ad altiora festinant. *Greg. lib. 2. indict. 11. epist. 47. Columbo Episcopo. Anselm. lib. 7. c. 39. vel 46.*

C A P U T IV.

*I.g. 1. e. 119.* Estote præcipue in ordinatione solliciti, & ad sacros ordines aspirare, nisi proiectores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis, ne forte semper esse desinant, quod immature esse festinant. *Greg. lib. 2. indict. 11. ep. 48. Adeodato Episc. Tarrac. lib. 1. c. 107.*

C A P U T V.

Item placuit, ut lectores populum non saluent, & ut ante vigintiquinque annos nec clerici ordinantur, nisi primum divinis scripturis instruti, vel ab infancia erudit propter fidei professionem, vel assertionem. *Hipponen. c. 2.*

C A P U T VI.

Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est xxx. ætatis annum, sed priusquam ad consecrationem presbyteratus accedit, maneat in Episcopio discendi gratia officium suum tamdiu, donec possint & mores, & actus ejus animadvertis, & tunc fidignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur. *Turon. sub Carolo cap. 12.*

C A P U T VII.

Quod a xxx. annis sacerdos (*id est Episcopus*) efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem exorsus est prædicare. Hac enim ætas profectu non indiget jam parvolorum, sed plena est, & robusta, & ad omne disciplinæ exercitium præparata. *Isidor. lib. 2. c. 5. de ecclesiast. offic. apud Aquisgr. c. 9.*

*Vide Tolet. IV. c. 18. tit. Quales debeant esse qui sacris initiantur, cap. Qui non promoveantur.*

TI.

## 302 Juris Pontificii Veteris Epitome

### T I T U L U S X. DE ILLICITIS ORDINATIONIBUS.

#### C A P U T I.

**N**emo absolute ordinetur presbyter, diaconem, vel alius ecclesiastici ordinis, nisi in ecclesia urbis, vel vici, vel martyrio, vel monasterio ordinatus (*clericus*) publicetur \*. Sintinus, irrita sit ordinatio, nihilque agere possit propter contumeliam ordinatis. *Chalc.* cap. 6. *Capitul.* lib. 1. c. 25. *Burch.* lib. 2. c. 6. *Ivo lib.* 3. tit. 2. cap. 20. *panorm.* *G* part. 6. cap. 26. *decreta.* *Anselm.* lib. 7. cap. 95.

#### C A P U T II.

Si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam stare non possunt. *Cælest.* epist. 2. cap. 6.

#### C A P U T III.

Ordinationes illicitas irritas denotamus, nisi per satisfactionem, quæ ad pacem pertinent, componantur. *Turon.* cap. 10.

#### T I T U L U S XI.

**Q**UALES DEBEANT ESSE, QUI ORDINANTUR, ET NE QUISQUAM SINE EXAMINE ORDINETUR.

#### C A P U T I.

**S**i qui presbyteri sine examine sunt provecti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod irreprensibile est, catholica defendit ecclesia. *Nicæn.* c. 9. *Mart.* *Brac.* c. 24. *Raban.* c. 1. de pœnit. *Burch.* lib. 2. cap. 13. *Ivo part.* 6. c. 33. *decret.* *Anselm.* lib. 8. cap. 13.

#### C A P U T II.

**D**e elect. c. 7. **G**reg. IX. c. 16. eod. tit. in 1. coll. Cum in sacris ordinibus, & ministeriis ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia litterarum sit inquirenda, multo fortius hoc in Episcopo oportet inquiri, &c. *Alex.* III. in conc. gener. *Later.* c. 3.

#### C A P U T III.

**D**e elect. c. 44. **G**r. IX. & ult. eod. tit. in 4. coll. Episcopi tales ad sacros ordines, & ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si & ipsi canoniam cupiunt effugere ultiōnem. *Innoc.* III. in conc. *Later.* gener. c. 26.

#### C A P U T IV.

**D**iff. 54. Pœ. 33. 9. & 3. Bigami, vel inficii litterarum, aut aliqua membranentes, brorum defectu damna perpetrati, vel hi, qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvet. Sed, & quod quis commisit illicite, aut adecessoribus suis invenit commissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit, nos enim in nullo volumus severitatem ultiōnis exercere. Sed qui in caussis Dei vel contumacia, vel aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecerit, abolere non luerit, in se, quidquid in alio non refecarit, inveniet. *Hilar.* in synod. *Rom.* c. 2. 3. 4. *Anselm.* lib. 7. cap. 13.

#### C A P U T V.

**D**iff. 32. c. 12. Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatae sit castitatis, &

qui usque ad subdiaconatum unicam virginem uxorem habuerit. *Urban.* II. in synod. apud Melfiam, cap. 3.

#### C A P U T VI.

Addominica mysteria elegantur, qui ante ordinationem conjuges suas non noverint \*. Clem. epist. 2. post princ. *Ivo part.* 6. c. 87. decreta. *Cæsar.* lib. 8. cap. 59.

#### C A P U T VII.

Tales ad ministerium elegantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare, melius est enim sacerdotii paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multis inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. Clem. epist. 2. ante med.

#### C A P U T VIII.

Quod consulueristi sedem Apostolicam, qui sint infames, aut qui ad gradus ecclesiasticos non sint admittendi. [ Infames esse eas personas dicimus, qui pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes, qui christianæ legis normam abiiciunt, & ecclesiastica statuta contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui adversus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter incestuosos, homicidas, perjuros, raptiores, maleficos, & veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt injuste, qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticae, vel sæculi leges infames pronunciant. Hos vero non ad sacros ordines licet promovere, nec servos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos, qui curiaz deserviunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur. Hi omnes nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec restam fidem, vel dignam conversationem non habentes summos sacerdotes possunt accusare. *Steph.* epist. 1. ante fin. *Burchard.* lib. 1. cap. 173. *Ivo lib.* 4. tit. 7. cap. 14. *panorm.* *G* part. 5. cap. 291. *decret.* *Deusded.* cap. 3. *Anselm.* lib. 3. cap. 5. *Cæsar.* lib. 5. cap. 28. *Tarrac.* lib. 2. cap. 8.]

#### C A P U T IX.

Quicumque se ecclesiæ vorit obsequiis a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiae usque tricesimum\* ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam <sup>\* vicefum, al.</sup> virginem communī per sacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, acolythus, & subdiaconus esse debet, post quæ ad diaconatus gradum, si se ipse primitus, continentia præeunte dignum probari, accedit. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrari, congrue pre-

presbyterium consequatur, exinde post decepcionem Episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per haec tempora integritas vitae, ac fidei ejus fuerit approbata, &c. *Syric. Himer. Tarrac.* *Epi/cop. ep. I. cap. 9.*

#### C A P U T X.

Videt vestra sinceritas in sacris ministeriis, aut in ordinationibus vestris quantum magna cura, & diligens sollicitudo debeat observari. Denique *1. Tim. 5.* ad Timotheum loquitur (*Apostolus*) *Manus citato nemini imposueris, neque communica veris peccatis alienis.* Quod propterea memoratur, ut examine habito, & probitate morum, & ecclesiastico labore sit commendatio, qui vocatur in medium, ut summum sacerdotium possit accipere, probatus judicio, non favore, suscepitus veritate, non gratia, Apostolico ordine functus\*, non præcipiti voluntate, &c. *Syriacus ad Orthodoxos ep. 3. in princ.*

#### C A P U T XI.

*Difl. 35. c. 6.* Laici, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in natio vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, haerent, & si non concubinam, non pellicem noverint, si in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus sortem assumi. *Innoc. ep. 4. c. 4. Tarrac. lib. I. cap. 129. Anselm. lib. 7. cap. 29. al. 34. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 4. panorm. C part. 6. cap. 95. decret.*

#### C A P U T XII.

Quales vero eligendi sunt in ordine clericorum evidens forma declarat, id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio faciati, vel si maiores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipaverint, & si uxores habuerint, quærendum, si uxorem virginem habuerint, quia scriptum est in veteri testamento: *Uxorem virginem accipiat sacerdos.* Et alibi: *Sacerdotes mei semel nubant.* Neque qui duas uxores habuerint, quia Paulus Apostolus ait, *Unius uxoris virum.* Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione pravi errores opponunt, & afferunt quod ante baptismum omnia dimittuntur, &c. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat unius uxoris virum sive ante baptismum esse nominatum, sive post baptismum, &c. *Innocent. epist. 23. cap. 5. 6. ad synod. Tolet.*

#### C A P U T XIII.

*Difl. 54. c. 21.* Admittuntur paßim ad ordinem sacram, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tamquam servilis vilitas hunc honorem jure capiat, provehundur, &c. Ab his abstineant sacerdotes, & ab aliis, qui aut origini, aut alicui conditioni obligati sunt, nisi eorum petitio, aut voluntas accelererit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis, &c. Qualis vero unicuique natalium honestas, & morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio est sociandus, & Apostolo nos docente, & divina præceptione didicimus, & canonum

regulis, &c. Constat ad sacerdotium pervenisse viduarum maritos, & quibus fuerunt numerosa conjugia, & ad omnem licentiam vita liberior, &c. contra Apostoli vocem, *unius uxoris virum,* *Levit. 21.*

& antiquæ legis præceptum „Sacerdos virginem „uxorē accipiat, non viduam, non repudiata“. Hos ergo quicumque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis, & a sacerdotali nomine, Apostolicae sedis auctoritate jubemus arceri, &c. cum capaces non fuerint, &c. Nec ignorare licuit sacerdotem, quod canonum fuerat regulis definitum. *Leo ep. 1. cap. 1. C 2. Episcopis per Campaniam. Tribur. cap. 29. Burch. lib. 2. cap. 22. Ivo part. 6. cap. 64. decret. Anselm. lib. 7. c. 23. Tarrac. lib. 4. cap. 19.*

#### C A P U T XIV.

Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatis *Difl. 78. c. 2.* maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? *Leo ep. 85. cap. 1. ad Episcopos Africæ. Anselm. lib. 6. cap. 30. Ivo part. 5. cap. 105. decret. Cæsar. lib. 5. cap. 24.*

#### C A P U T XV.

Si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit, imprimis ejus vita præteritis aëta temporibus inquiratur. Si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam non habuit uxorem, nec a marito rejectam sortitus ostenditur, si poenitentiam publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus appareret, si servili, aut originaria non est conditioni obnoxius, si curia jam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras. *Gelas. epist. 1. cap. 3. Ivo part. 3. cap. 143. decret.*

#### C A P U T XVI.

Nec fas esse confidat quisque Pontificum bigamus, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, *Difl. 50. Non confidat, 39.* sive quoslibet, post poenitentiam, vel sine littoris, vel corpore viaticos, vel conditionarios, aut curia, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare ministeriis\*, neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere, ablque sedis Apostolicæ justæ dispensationis mandato. *Gelas. ep. 1. cap. 5. Anselm. lib. 7. cap. 15. Tarrac. lib. 3. cap. 38.*

#### C A P U T XVII.

Si quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata strenuitate pensatur, si vita jam proposito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepant, quorum quodlibet si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. [ *Et si illa non numquam finenda sunt, quæ si cæterorum consistet integritas, sola nocere non valeant, illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa, quæ nullo detimento aliquoties indulgentia creduntur, vel rerum, temporumque cogit intuitus, vel acceleratae provisionis respectus excusat, quanto magis illa, nullatenus mutilanda sunt,* *2. q. 7. c. 23.*

## 304 Juris Pontificii Veteris Epitome

sunt, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas? *Gelas. epist. 1. c. 11.*  
*Tarrac. lib. 1. cap. 116.*

### C A P U T XVIII.

Qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa, ad fæcere conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effetti. Qui autem ab hujusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum scient se sine dubitatione subiiciendos. Nec facile ad fæcere permittantur accedere, quibus & gradus, & tempora constituta sunt, per quæ ad hanc dignitatem debeat aspirare, &c. *Symmac. epist. 1. cap. 2.*

### C A P U T XIX.

*Difl. 61. c. 2.* Ut in fæcere ordinandis, quæ sunt a patribus proscripta, & definita, cogitatis, quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi autem Vicarii fæcetes, sic & in eligendis his curam oportet esse perspicuum. Irreprehensibiles enim esse convenient, quos præesse necesse est, corrigendis, nec quidquam illi deesse personæ, penes quam est religionis summa, & substantia disciplina. Estimet quis pretium Domini gregis, ut sciat, quod meritum constituendi deceat esse pastoris. *Hormisa ad Episcop. Hispan. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 19. Tarrac. lib. 3. cap. 13.*

### C A P U T XX.

*Difl. 50. c. Si post, 12.* Si tales querimus ad sacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis si post ordinacionem suam quispiam in lapsum ceciderit, omnino prohibendus est cum manibus luctulentis mysterium nostræ salutis tractare? &c. *Mart. epist. unic. ante med.*

### C A P U T XXI.

*Difl. 34. c. 10.* Præcipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum, aut qui virginem non est fortitus uxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos hujusmodi repereris, non audeas promovere: „[ Afros passim ad ecclesiasticos ordines præ- „ tendentes, nulla ratione suscipiat, quia aliqui „ eorum Manichæi, aliqui rebaptizati saepius „ sunt probati “, &c. *Greg. II. ep. 3. in princ. Greg. lib. 2. ep. 25. reg. Anselm. lib. 7. cap. 25. Ivo part. 8. c. 288. Tarrac. lib. 3. c. 41.*

### C A P U T XXII.

Estote præcipue in ordinatione solliciti, & ad sacros ordines aspirate, nisi proventiores ætate, & mundos opere, nullatenus permittatis, ne forte semper esse desinant, quod immature esse festinant, eorum enim, qui in sacro sunt ordine collocandi, prius vitam, moreisque discutite, & ut dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarumlibet surrepatur personarum, &c. Si quando igitur de his tractare necesse est, graves, expertoque viros consiliis vestris \* adhibete participes, & cum eis com-

muni de hoc deliberaione pensate, &c. *Greg. Adeodato Episcop. Numid. lib. 2. indit. 11. epist. 48.*

### C A P U T XXIII.

Ne umquam ii, qui ordinati sunt, pereant, provideri deberet, quales ordinentur, ut prius aspiciatur, si vita eorum continens in annis plurimi fuit, si studium orationis, si eleemosynæ studium habuerunt. Quærendum quoque est, ne forte fuerit bigamus. Videndum etiam ne sine litteris, aut obnoxius curiæ compellatur post sacram ordinem ad exactiōnem publicam redire. Hæc itaque omnia diligenter fraternitas vestra inquirat, ut dum diligenter quilibet exquisitus ordinatur, non celeriter post ordinationem deponatur, &c. *Greg. Januario Caralitan. Episc. lib. 3. regist. epistola 26.*

### C A P U T XXIV.

Quod ad sacros ordines rectæ fidei viri perducuntur, omnipotenti Deo sine cessatione gratiæ solvendæ sunt, &c. *Greg. Isicio Episc. Hierosol. lib. 9. regist. epist. 40.*

### C A P U T XXV.

Fratrem nostrum Bonifacium vobis ordinavimus fæcetem, cui dedimus in mandatis, ne umquam ordinationes præsumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non est fortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad sacros ordines permittat accedere, sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere: „[ Afros passim ad ecclesiasticos ordines præ- „ tendentes, nulla ratione suscipiat, quia aliqui „ eorum Manichæi, aliqui rebaptizati saepius „ sunt probati “, &c. *Greg. II. ep. 3. in princ. Greg. lib. 2. ep. 25. reg. Anselm. lib. 7. cap. 25. Ivo part. 8. c. 288. Tarrac. lib. 3. c. 41.*

### C A P U T XXVI.

Nullus ordinetur clericus non probatus vel *Difl. 24. c. 2.* Episcoporum examine, vel populi testimonio. *Carth. III. c. 23. Anselm. lib. 7. c. 89.*

### C A P U T XXVII.

Ut Episcopus sine consilio clericorum suorum *D. 24. c. 6.* clericos non ordinet, ita ut civium assensum, & conniveniam, & testimonium querat. *Carth. IV. c. 22. Cæsar. lib. 4. c. 77.*

### C A P U T XXVIII.

Non nisi unius uxoris viri, iudicemque virginibus copulati diaconi, vel presbyteri ordinentur. *Andegau. c. 12.*

### C A P U T XXIX.

De clericorum præmittenda conversione id omnimodis observetur, ne ullus ex laicis ante annalem conversionem, vel ætatem legitimam, id est xxv. annorum diaconus, & xxx. presbyter ordinetur. Ne autem duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam professus, aut senius \* corpore, aut qui publice aliquando arrestus sit, promoveatur. Si sciens Episcopus id egerit, qui ordinatur, suscepit juxta anteriores canones privetur officio, ille sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur. Si tunc missas facere præsumperit, anno integro omnium fratrum charita-

\* consiliis  
vestri.

*De big. c. 1.  
in t. coll. &  
Greg. IX.*

\* debilis, f.

ritate privetur. De quorum promotionibus, si quis clericus aut civis testis extiterit, quorum testimonio, dum creditur, frequenter pontificis ignorantia prævenitur cum agnatum fuerit, ordinationem illicite celebratam anno integro a communione pellatur, qui si in infirmitate deciderit, ei viaticum non negetur. *Aurel. III. c. 6.*

## C A P U T XXX.

*D. 51. c. 5.* Qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum: „[Qui in aliquo crimen detec*ti* sunt. Qui infamia nota alpersi sunt. Qui scelerata aliqua per publicam pœnitentiam se admisso confessi sunt. Qui in heresim lapsi sunt. Qui in heresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur. Qui semetipos abscederunt, aut naturaliter defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habere noscuntur. Qui secundæ uxoris conjugationem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverunt. Qui viduam, vel a marito reliquam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt. Qui concubinas, aut fornicarias habuerunt. Qui servili conditioni obnoxii sunt. Qui ignoti sunt. Qui neophyti, vel laici sunt. Qui seculari militiae dediti sunt. Qui curiæ nexibus obligati sunt. Qui insciæ litterarum sunt. Qui nondum ad xxx. annos pervenerunt. Qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt \*. Qui ambitu honorem querunt. Qui maneribus honorem obtainere moluntur. Qui a deincepsibus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nee clerici, nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum assensus non exquisivit “. Quicumque deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, & in his exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus probabilis vita, atque doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta cum omnium clericorum, vel civium voluntate ab universis provincialibus Episcopis, aut certe a tribus in sacerdotem die dominica consecrabitur, convenientibus ceteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia Metropolitani. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus egerit. Metropolitanus autem in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta verita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet. IV. cap. 18.*

## C A P U T XXXI.

*D. 77. c. In veteri, 7. 1. Tom. 3.* Viginti quinque annorum ætatis leviter concentrunt, & xxx. presbyteri ordinantur, ita ut secundum præceptum Apostoli probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. *Tolet. IV. c. 19. Burch. lib. 2. c. 12. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 4. panorm. & part. 6. c. 32. decret.*

## C A P U T XXXII.

In Armenia clerici ordinantur, qui ex genere sacerdotum sunt, juxta Judaicos mores, cantores quoque, & lectors sine tonsura ordinant. Sed nolumus deinceps genus inspici ad promoven-

*Tom. VI.*

dum, sed an digni sint juxta canones ecclesiasticos, &c. *Trull. c. 33.*

## C A P U T XXXIII.

Ut quicunque ad gradus ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, unusquisque intelligeret, qualiter secundum possibilitatem intellectus sui in eo gradu, ubi constitutus est, Deo militare, & se ipsam valeret custodire. *Rhem. c. 3.*

## C A P U T XXXIV.

De clericis laicorum, unde nonnulli conqueri videntur, eo quod quidam Episcopi ad eorum preces nolint in ecclesiis suis eos, cum utiles sint ordinare, &c. Si laicus idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab Episcopo line certa ratione repellatur, & si reiiciendus est, diligens examinatio, & evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 22. Capitul. lib. 5. cap. 178.*

## C A P U T XXXV.

Qui ex nostris parochiis, aut ad titulum, aut absolute ordinari petuntur, nullatenus ordinantur, nisi aut in clero certo, & religioso, vel etiam in civitate, & saltem uno anno immorentur, ut de vita, & conversatione, atque doctrina illorum certitudo possit agnosciri, & nemo absolute quemquam ordinare presumat sicut sancti sanxerunt canones. *Meldens. cap. 52. Burch. lib. 2. cap. 4.*

## C A P U T XXXVI.

Judicatum est a synodo secundum sacros canones, sicut scriptum est: „Ut qui presbyteri sine examinatione per ignorantiam, vel ordinantium dissimulationem sint proiecti, cum fuerint cogniti, deponantur, quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia“ *Syn. apud S. Medard. in fin.*

## C A P U T XXXVII.

Ut presbyteri non ordinantur, priusquam examinentur. *Vormat. c. 56.*

## C A P U T XXXVIII.

*D. 24. c. 5.* Episcopus quando ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, una cum archipresbyteris, qui eos representare debent. Et tunc Episcopus e latere suo dirigere debet sacerdotes, & alios prudentes viros gnatos legis divinae, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus afferere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, caveare debent, ne aut favoris gratia, aut cujuscumque muneris cupiditate illecti, a vero devient, ut indignum, aut minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari removebitur, & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies examinentur, & sic sabbato,

*Quando E. piscopus.*

Q q

qui

## 306 Juris Pontificii Veteris Epitome

qui probati inventi sunt, Episcopo repræsententur. *Nannet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 1. Ivo part. 6. c. 21. decret. Cæsar. lib. 4. c. 106.*

### C A P U T XXXIX.

Eos, qui olim ecclesiæ ministrabant, consuetudo, quæ ex ecclesiis versabatur, diligentissime, & accuratissime probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agenda ratio curiose inquirebatur, an non essent maledici, an non ebriosi, an non prompti ad pugnas, an suam juventutem recte erudirent, ac castigarent, ut possent satisfactionem recte gerere, sine qua nemo Dominum accipiet. Et quidam examinabant presbyteri, & diaconi, qui cum eis versabantur. Referebant autem ad Chorépiscopos, qui vere testificantibus suscepitis suffragiis, & eorum admonitis Episcopis, ita ministrum in sacerdotalem numerum cooptabant, &c. Scribo ad vos, ut ad me mittatis indicem ministrorum uniuscujusque pagi, & a quo unusquisque introductus sit, & in quo sit libro. Habere autem & ipsi apud vos indicem, ut vestræ litteræ cum iis, quæ apud nos repositæ sunt, conferantur, & nemini liceat se ipsum quando velit, inscribere. Sic itaque post primam inductionem, si qui a presbyteris introducti sunt, ad laicos relificantur, de integro autem fiat eorum a nobis examinatio, & si sint quidem nostro digni suffragio, suscipiantur. Purgate etiam ecclesiam, indignos ab ea expellentes, & deinceps quidem examineate, & suscipe, in numerum autem ne referte priusquam ad nos retuleritis, vel scitote, quod erit laicus, qui sine nostra sententia in ministerium admissus est. *Basil. ad Chorépiscopos.*

### C A P U T XL.

De iis, qui ordinandi sunt, hæc erit forma, ut quidquid est sacerdotalis ordinis, consentiat, & eligat, & tunc Episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet, præsente populo, & Episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum, ecclesia enim pacem habente, decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesia. In regione autem si qui sunt, qui eorum, qui communicarunt, animis communicaverint non aliter ordinentur, quam iis, qui sunt orthodoxi clerici, examinantibus præsente rursus Episcopo, & præsente populo alloquente solummodo, ne fiat aliqua surreptio. *Theophil. Episcop. Alexand. in commonit. c. 6.*

### C A P U T XLI.

Quoniam ad ædificationem populorum omnia a nobis facienda sunt, hæc vestra observet pietas, & si est quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non, & quoniam modo duxit, & abstinuit, & si non est aliquis ex iis, qui ejectedi sunt a sanctissimo Episcopo, vel ex monasterio, tunc si inculpatus inventus fuerit, ordinet, ita enim, & nostram conscientiam puram conservabimus, & inculpatum sacram, ac venerabile mysterium. *Cyrillus Episcop. Alex. ad Epi/copos quodam.*

### T I T U L U S XII.

#### DE NEOPHYTIS NON ORDINANDIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VI. Lib. X. Tit. XIII. quibus adde:

### C A P U T I.

**N**ulli Episcopo liceat sine cuncta ecclesia a novissimo gradu usque ad primum ordinare neophytum. *Silvest. in concil. Rom. CCLXXV. Episcop. c. 6.*

### C A P U T II.

Neophytus si baptizatus fuerit jam ætate legitima, non continuo licebit eum ad ecclesiasticum ordinem promoveri, quia oportet illum prius doceri, quod possit docere, & multo tempore post baptismum probari, & bene probatus veniat ad clerum secundum præceptum Apostoli dicentis: *Non Neophytum, ne forte in superbiam elatus, 1. Tim. 3. in judicium incidat, & laqueum diaboli. Mart. Brach. c. 22. Nicæn. c. 2.*

### T I T U L U S XIII.

#### DE DIGAMIS NON ORDINANDIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VII. quibus adde:

### C A P U T I.

**M**ulierem, id est viduam, clericus non ducat uxorem. *Syric. in synod. Rom. ep. 4. c. 4. apud concil. Telen.*

### C A P U T II.

Is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. *Syric. in synod. Rom. ep. 4. cap. 5. apud concil. Telen.*

### C A P U T III.

Ne ad facros gradus quispiam, qui uxorem non virginem duxit, aspireret. Repellendus est etiam quisquis in secundæ uxoris nuptias contra Apostolica præcepta convenit. *Hilar. in synod. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 9. panorm. Anselm. lib. 7. c. 12.*

### C A P U T IV.

Interdicimus, ut nullus Episcorum audeat juxta sanctorum canonum instituta, quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad facros ordines promovere, &c. *Synod. Rom. sub Zach. c. 11.*

### C A P U T V.

Ad facros ordines non licet promovere bigamos. *Steph. ep. 1. antefin. vide tit. Quales debent esse, qui Sacris initiantur, c. Quod consulisti.*

### C A P U T VI.

Didicimus, licenter, ac libere inexplorata vi-  
tæ homines, quibus etiam fuerat numerosa con-  
jugia, ad præfatas dignitates, prout cuicumque  
libuerit, aspirare. Quod non tantum illis, quan-  
tum Metropolitanis specialiter Pontificibus im-  
putamus, quidum inhibitis ausibus connivent,  
Dei nostri quantum in se est, præcepta con-  
temnunt, &c. Deus per Moysen constituit,  
*Sacerdotes meis em nubant.* Et alio loco: *Sa-*  
*cerdos uxorem virginem accipiat, non viduam,*  
*nec repudiaram, nec meretricem,* quod fecerunt  
Apostolus ex persecutore prædicator unius uxori  
virum tam sacerdotem, quoniam diaconum fieri  
debere mandavit, &c. Quid ab universis post hac  
ecclesiis sequendum sit, quid vitandum generali  
pronuntiatione decernimus. Quicumque ita se *Dif. 77. c.*  
ecclesiæ voverit obsequiis, a sua infantia ante pu-  
ber-

*Dif. 34. c.  
Curandum,  
9.*

*Levit. 21.  
Ezech. 44.*

*1. Tim. 3.*

bertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari, qui ab accessu adolescentiae usque ad tricesimum aetatis annum, si probabilitate viixerit, una tantum, & ea, quam virginem communis per sacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, & subdiaconus esse debebit, postea que ad diaconii gradum, si se ipse primitus continentia praeunte dignum probaverit, accedit, &c. Qui vero jam aetate grandevus &c. desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi, eo quo baptizatur tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur. Si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet uxorem, &c. Syric. ep. 1. ad Himerium Tarrac. Episcop. c. 8. 9. & 10. Ivo part. 6. cap. 91. & 92. decret.

#### C A P U T VII.

Difl. 84. c. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa, quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat. Syric. ep. 1. cap. 15. Ivo part. 6. c. 51. decret. Anselm. lib. 8. c. 5. Tarrac. lib. 3. c. 28.

#### C A P U T VIII.

Difl. 50. c. Quicumque 56. Quicumque vide maritus ad sacram militiam indebet, & incompetenter irrepit, hac sibi conditione, a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si ademptra sibi omni spe promotionis, in hoc, quo inventur ordine, perpetua stabilitate permaneat. Syric. epist. 1. cap. 15. Anselm. lib. 7. cap. 17. & lib. 8. cap. 6.

#### C A P U T IX.

Levit. 21. Ezech. 44. Viduam clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam.* Utique qui ad sacerdotium labore suo, & vita probitate contendit, cavere debet, ne hoc præjudicio, impeditus pervenire non possit. Innoc. ep. 2. c. 4.

#### C A P U T X.

I. Tim. 3. ad Tit. 1. Levit. 21. Deditam nec consuli debuit, quod manifesta lectio Apostoli, *Unius uxoris virum*, ad sacerdotium, sive ad clericatum, admitti debere, & ipsam tamen si virginem accepit, nam ea, quæ haberit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clero postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit, quia in lege cautum, non viduam, non abjectam habere posse conjugem sacerdotem. Innoc. ep. 2. c. 4.

#### C A P U T XI.

Ibid. Eos, qui viduas accepisse suggestuntur uxores, non solum clericos effectos agnovi, verum etiam usque ad infulas summi sacerdotii pervenisse, quod contra legis esse præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyses legislator clamaret: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, neque ejectam*, &c. contra quod præceptum divina auctoritate subnixum, nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra, quæ ut ipsis fatemini, ex ignorantia, non ex Apostolica traditione, & ratione integra constituta est. Nos

autem omnesque per orientem occidentemque ecclesiæ, noverit dilectio vestra, haec pœnitus non admittere, nec ad ultimum ecclesiastici ordinis locum, tales assumere, & si reperti fuerint, submovere. Innoc. epist. 22. c. 1.

#### C A P U T XII.

Is, qui ordinandus est, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed quam tibi viduam copularit, sacerdotum enim tam excellens est electio, ut haec, quæ in aliis ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Leo ep. 82. c. 3. ad Anastas. Thessalon. Episc. Burch. lib. 1. c. 5. Ivo part. 5. c. 59. decret. Anselm. lib. 6. c. 15.

#### C A P U T XIII.

Ordinatos Episcopos hac ratione firmamus, si nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec in secundæ conjugis nuptias, ac vota convenierit, sicut & legalia constituta præcipiunt, dicendo: *Sacerdos Levit. 21. virginem uxorem accipiat.* Secundum quod etiam beatus Apostolus Paulus magister gentium de his, qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit, dicens: *Unius uxoris vi-* Ezech. 44. rum. Hilar. ep. c. 4. 1. Tim. 3.

#### C A P U T XIV.

Ejus, qui ad clericale munus accedit, vita inquiratur, &c. si secundam non habuit fortasse Si quis, 8. uxorem, nec a marito reliquat, &c. Gelas. ep. 1. c. 3. Ivo part. 3. c. 143. decret.

#### C A P U T XV.

Nec fas esse confidat quisquis Pontificum b. Difl. 50. Non con- gamos, aut conjugia fortientes ab aliis derelicta dat, c. 59. divinis servituros applicare mysteriis. Gelas. ibid. c. 5. Anselm. lib. 7. c. 15. Tarrac. lib. 3. c. 38.

#### C A P U T XVI.

Secundas nuptias sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale finitor venire collegium, alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita, divinarum rerum servitio dedicata. Gelas. ep. 1. c. 24.

#### C A P U T XVII.

Præcipimus, ne umquam illicitas ordinationes Difl. 34. c. facias, ne bigamum, aut qui virginem non est fortitus uxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere; sed si quos hujusmodi repereris, non audeas promovere. Greg. lib. 2. regist. ep. 25. Vide lib. 2. ep. 8. Ivo part. 8. cap. 288. decret. Anselm. lib. 7. c. 35. al. 42.

#### C A P U T XVIII.

Ordinatio illicita bigami, aut qui virginem non est fortitus uxorem. Greg. II. ep. 3. ad cle- rum Thuringiae in princ.

#### C A P U T XIX.

Si quos repererit Episcopos tua fraternitas presbyteros, aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, &c. Qui se neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimonii abstinent, &c. quales se esse

## 308 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Levit. 21.* sacerdotes existimant, dicente Deo: *Sacerdotes mei semel nubant.* Et Apostolo: *Unius uxoris virum, & hoc ante susceptum sacerdotium licitum est, nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt &c.* Sacri canones neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis permittunt. *Zachar. ep. 6.*

suggestio iniqua subrepatur, necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere, &c. *Arelat. III. cap. 3.*

### C A P U T XXVIII.

Si qui lector adulteræ mulieris voluerit miseri, vel adhærere confortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. Simili sententia ostiariorum lascivia punietur. *Tarrac. c. 9.*

### C A P U T XXIX.

Ne secundæ uxoris, aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde sufficere ab Apostolo constitutum, &c. Qui scienter eum contradicta ordinaverit, reus fratribus fiat. Qui contra fas honorem prohibitæ benedictionis ambierit, nihil clericalis ministerii præsumat. *Epaun. cap. 2.*

### C A P U T XXX.

Ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, &c. ad ordines promoteatur, &c. *Aurel. I. Greg. IX. III. cap. 6. Burch. lib. 2. cap. 33. Ivo part. 6. c. 1. 2. ed. tit. 134. decret. C. lib. 3. tit. 5. c. 1. panorm. in 1. coll.*

### C A P U T XXXI.

De iis, qui ex concubinis filios habent, & *De bigam.c. uxores legitimas post habuerint, aut defunctis 1. in 1. coll.* uxoribus sibi concubinas publice crediderint sociandas, eos qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemos, sed statuimus ne ulterioris ordinentur. *Aurel. III. cap. 9. Burch. lib. 2. c. 19. Ivo part. 6. c. 39. decret.*

### C A P U T XXXII.

Si quis Episcoporum faciens bigamum, aut internuptæ maritum ad officium leviticæ dignitatis, tive presbyteri contra jus canonum promovere præsumplerit, sciat se unius anni spatio ab omni officio sacerdotii esse suspensum. Cui si forte sententiæ subjacere contemplerit, a communione ejus usque in aliam synodus se fraternitas universa suspendat; illi vero, qui illicite promoti sunt, degradentur. *Aurel. IV. cap. 10.*

### C A P U T XXXIII.

Viduarum mariti non ordinentur diaconi. *Hispalen. II. cap. 4.*

### C A P U T XXXIV.

Si quis viduam, aut ab alio dimisam duxerit, *Dift. 50. c. 8.* non admittatur ad clericatum, &c. *Mart. Brac. cap. 26. Anselm. lib. 7. c. 198.*

### C A P U T XXXV.

Digamos canon omnino a ministerio exclusit. *Basil. epist. ad Amphiboch. cap. 12.*

### T I T U L U S XIV.

*NE DIGAMUS CLERICUS ORDINETUR,*  
*LICET POST DIGAMIAM FUERIT*  
*BAPTIZATUS.*

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. XIV. Baptismus non tollit digamiam.

### T I T U L U S XV.

*DE PUBLICE PÆNITENTIBUS NON*  
*ORDINANDIS.*

### C A P U T I.

*Q* uicumque ex lapsis per ignorantiam ordinati sunt, aut etiam scientibus, qui ordinaverunt, non præjudicant regulæ ecclesiasticae, nam cum primum compertum fuerit, depontentur. *Nican. c. 10.*

CA-

*Dift. 34. c.* Laicus, cuius uxor adulterium fecerit, clericus  
*31. Si cuius.* fieri non potest, si eo clero constituto adultere  
*312. Si lai-* raverit, aut dimittat eam, aut non administret.  
*ce.* *Neocæs. c. 8. Mart. Brac. c. 28.*

### C A P U T XXI.

Sedit, neminem post hanc synodum, qua hujsmodi illicitis vel fero succurritur, de digamis, aut internuptarum maritis ordinari clericos posse, nec requirendum, utrum ne initiati sacramentis divinis, an ne gentiles hac te infelicitis fortis necessitate maculaverint, cum divini præcepti casta sit forma. *Valent. Gallie c. 1.*

### C A P U T XXII.

*Dift. 50. c.* Ex pœni-  
*tentibus, 54.* Si sciens Episcopus (*pænitentem*) ordinave-  
rit, &c. ordinandi potestate privetur, simili ten-  
tientia subjacebit Episcopus si sciens ordinaverit  
clericum eum, qui viduam, aut repudiata uxori-  
rem habuit, aut secundam. *Carth. IV. c. 68. C.*  
*69. L. Caesar. lib. 15. c. 32.*

### C A P U T XXIII.

*Dift. 34. c.* Constituit sancta synodus, ut lector fidelis,  
*18. Lector.* si viduam alterius uxorem acceperit, amplius ni-  
hil sit, sed semper lector habeatur, aut forte sub-  
diaconus. *Tolet. I. c. 3. Mart. Brac. c. 43. qui*  
*#addit.* similiter, & si bigamus fuerit.

### C A P U T XXIV.

*Dift. 34. c.* Subdiaconus defuncta uxore, si uxorem aliam  
*17. Se sub-* duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, re-  
moveatur, & habeatur inter osliarios, vel lec-  
tores, ita ut Evangelium, & Apostolum non le-  
gat, propterea, ne qui ecclesiæ servierit, publi-  
cis officiis servire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum est, acceperit, abstentus bien-  
nio, postea inter laicos reconciliatus per pœni-  
tentiam communicet. *Tolet. I. c. 4. Mart. Brac.*  
*cap. 44.*

### C A P U T XXV.

Placuit de bigamis, aut internuptarum mari-  
tis, ut qui hucusque ordinati sunt, habita mife-  
ratione, presbyteri, vel diaconi nomen tantum  
obtineant, officium vero consecrandi presbyteri,  
& ministrandi hujusmodi diacones non præ-  
sumant. *Agath. c. 1.*

### C A P U T XXVI.

Nullus pœnitens clericus ordinetur: qui jam  
sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut biga-  
mi, aut internuptarum mariti locum teneant.  
*Agath. cap. 43.*

### C A P U T XXVII.

*Dift. 55. c. 2.* Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus  
viduarum maritos in prædictis honoribus (*pre-  
sbyterii diaconatus, &c.*) audeat ordinare, & licet  
hoc jam prope omnium canonum instituta con-  
tineant, tamen ne cuiquam sacerdotum suppli-  
cantum, sicut jam diximus, importunitas, vel

## C A P U T II.

*Si quis post remissionem peccatorum cingulum militiae secularis habuerit, ad clerum admitti non debet. Syric. in synod. Rom. ep. 4. apud conc. Telen. cap. 3. Innoc. ep. 2. c. 2.*

## C A P U T III.

*Dif. 55. c. 3. Hi, qui ex poenitentibus sunt, ad sacros ordines adspirare non audeant. Hilar. in syn. Rom. cap. 3.*

## C A P U T IV.

*6.9.1. Infas- Ad sacros ordines non licet promovere poenitentes. Stephan. epist. 1. post med. Burch. lib. 1. mes, 17. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. C part. 5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. cap. 5. Deusd. cap. 3. Caesar. lib. 5. cap. 28. C lib. 2. c. 8.*

## C A P U T V.

*Dif. 50. II. Sicut poenitentiam agere cuiquam non conce- lud, c. 66. ditur clericorum, ita & post poenititudinem, ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debere gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vi- tiorum. Syric. epist. 1. cap. 14. Burch. lib. 19. cap. 49. Ivo part. 6. cap. 54. C part. 15. c. 63. decret. Anselm. lib. 7. cap. 19.*

## C A P U T VI.

*Dif. 50. c. 56. Quicumque poenitens, bigamus, viduae maritus ad sacram militiam indebit, & incompetenter irreperitur, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo invenitur, ordine per- petua stabilitate permaneat. Scituri posthac omnia provinciarum summi Antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones, & interdicta nostra provexerint, congruam ab Apostolica sede promendam esse sententiam. Syric. epist. 1. cap. 15. Anselm. lib. 7. c. 17. C lib. 8. c. 6.*

## C A P U T VII.

*Dif. 50. c. 66. Multa in provincia contra canones ecclesiasticos, decretaque majorum usurpari a plurimis relationes diversorum retulerunt, &c. Episcopum aut amicis, aut obsequientibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt, ac sic evenit ut indigni quique ho- nores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur, sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est. Quendam multis cri- minibus involutum, propter quae etiam poenitentiam egisse dicitur, non solum clericum effecitum, quod non licet, verum etiam ad Episco- patus apicem eum tendere cum [canones apud Nicæam constituti poenitentes etiam ab infirmis officiis clericorum excludant. Innoc. epist. 6. Ni- cœn. cap. 10.*

## C A P U T VIII.

*1.9. 1. Ven- tum, c. 18. Ubi poenitentia remedium necessarium est, illuc ordinatio honorem locum habere non posse decernimus, &c. At dicitur vera, ac justa le- gitimi fæderotis benedictio auferre omne viti-*

um, quod a vitioso fuerat injectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, &c. Nullus sit poenitentia locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit? Sed nostra lex ecclesiae est, venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum subrogare. At vero hi, qui a catholica fide ad heresim transierant, quos non aliter oportet, nisi per poenitentiam suscipi, apud vos non solum poenitentiam non agunt, ve- rum etiam honore cumulantur, &c. Si quis de catholica ad heresim transiens, aut fidelis ab apostasia revertens, & resipiscens redire voluerit, numquid eadem ratione poterit ad clerum admitti? cuius commissum non nisi per longam poenitentiam poterit aboleri, nec post poenitentiam clericum fieri, ipsi canones sua auctoritate per-mittunt. Innoc. epist. 22. cap. 3. 4. 5. Tarragon. lib. 6. cap. 141.

1.9. 4. Ho-  
mini, c. 9. §.  
Cum ergo.

## C A P U T IX.

Poenitens clericus non fiat. Zosim. ep. 1. c. 3.

## C A P U T X.

Prospiciendum est, ne ex poenitentibus ali- quis ad facrum ministerium prorsus finatur acce- dere. Hilar. ep. 1. cap. 4.

## C A P U T XI.

*Dif. 55. c. 1. Si quis ad clericale munus accedat, imprimis ejus vita inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, &c. Si poenitentiam publicam non gessit. Gelas. ep. 1. cap. 3.*

## C A P U T XII.

Nec fas esse confidat quisque Pontificum bi- *Dif. 50. c. Non confi- gamos aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, dat, 59.* fine quoslibet post poenitentiam, vel sine litte- ris, &c. divinis servituros applicare mysteriis. Ge- las. ep. 1. cap. 5. Anselm. lib. 7. c. 15.

## C A P U T XIII.

Sed nec de poenitentibus quisquam quidem ad *Dif. 61. c. Non nega- hujusmodi gradū prophanus temerator adspiret, m- satis illi postulanti sit venia. Quia conscientia ab- solvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim quem paulo ante vidit ja- centem, veneretur Antistitem? præferens mis- randi criminis labem, non habet lucidam facer- dotii dignitatem. Hormisd. ep. 4. c. 1. Anselm. lib. 6. cap. 19.*

## C A P U T XIV.

*Dif. 34. c. 10. Præcipimus, ne umquam illicitas ordinatio- nes facias, ne bigamum, &c. vel poenitentem ad sacros ordines permittas accedere, sed si quos hujusmodi repereris, non audeas promovere. Gregor. lib. 2. regist. ep. 25. Ivo part. 8. c. 288. decret. Anselm. lib. 7. c. 35. alias 42.*

## C A P U T XV.

Bonifacio Archiepiscopo dedimus in manda- tis, ne ex poenitentem audeat promovere. Greg. II. epist. 3. ad Clerum & plebem Thuring.

## C A P U T XVI.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tri- bus jam vicibus scripsimus, ut nullus homicida, &c. sacrum ministerium debeat atrectare, sed ne- que poenitens, aut talis, qualem facri canones pro-

# 310 Juris Pontificii Veteris Epitome

prohibet esse sacerdotem. *Zach. ep. 4. ante med.*

## C A P U T XVII.

*Difl. 50. c. 69.* Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad fæculum redeunt, & postmodum poenitentia remedia non requirunt, sine poenitentia communionem poenitus non accipiant, quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. *Arelat. II. c. 25. Rab. cap. 33. de pœnit. Capit. lib. 6. c. 139. Burch. lib. 19. c. 67. Ivo part. 15. c. 81. decret.*

## C A P U T XVIII.

*Difl. 50. c. 55.* Ex poenitentibus, quamvis sit bonus, clericus non ordinetur. *Carth. IV. c. 68. Cæsar. lib. 15. cap. 32.*

## C A P U T XIX.

*Difl. 50. c. 55.* Ex poenitentibus, quamvis sit bonus clericus, non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talēm, etiam ipse ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur. *Carth. IV. cap. 68. C. 69. Burch. lib. 2. cap. 35. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 19. panorm. C. parte 6. cap. 136. C. parte 15. cap. 5. decret. Anselm. lib. 7. cap. 20. Cæsar. lib. 15. cap. 32.*

## C A P U T XX.

*Difl. 56. c. Placuit. 68.* Poenitentes non admittantur ad clerus, nisi tantum si necessitas, aut usus exegerit, inter ostiarios deputentur, vel inter lectors, ita ut evangelia, aut Apostolum non legant. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habentur, ita ut manum non imponant, nec sacra contingent. De eo vero poenitente didicimus, qui post baptismum, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis, publicam poenitentiam sub concilio \*, divino fuerit reconciliatus altrario. *Tolet. I. c. 2. Mart. Brac. c. 23. Burch. lib. 2. c. 57. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 20. panorm. C. parte 6. c. 138. decret. Anselm. lib. 7. c. 26.*

## C A P U T XXI.

Nullus poenitens clericus ordinetur, ut sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, & qui jam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut interruptarum mariti locum teneant. *Agath. c. 43.*

## C A P U T XXII.

*Difl. 55. c. 2. de big. c. III. cap. 3. Burch. lib. 2. c. 33. Ivo lib. 3. tit. 5. 1. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 1. coll.* Nullus poenitentem audeat ordinare. *Arelat.*

## C A P U T XXIII.

Poenitentiam professi ad clericatum poenitus vocentur. *Epaun. c. 4.*

## C A P U T XXIV.

*Difl. 50. Is vero, vel Si c. 57.* Is, qui ægritudinis languore depresso poenitentia benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum convalescens, caput poenitentia in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerus. *Gerund. c. 9.*

## C A P U T XXV.

Ne poenitentiam professus ad ordines promoveatur. *Aurel. III. c. 4.*

## C A P U T XXVI.

Non promoveantur ad sacerdotium, qui scelerata aliqua per publicam poenitentiam se admisere confessi sunt. *Tolet. IV. c. 18.* *Difl. 51. Qui in aliquo, c. 5.*

## C A P U T XXVII.

Hi, qui in discrimine constituti poenitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, hujusmodi, si revaluerint, possunt etiam pro morum probitate ad gradus ecclasticos pervenire. Qui vero ita poenitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum se perpetrasse publice fateantur, ad clerus, vel honores ecclasticos pervenire nullatenus poterunt quia confessione se propria notaverunt. *Tolet. IV. c. 35.*

## C A P U T XXVIII.

Vos credimus etiam legisse, nec nos ignoramus, quod qui publice poenitentiam profitetur, Episcopalem cathedram nec tenere, nec regere potest. *Cabil. in ep.*

## C A P U T XXIX.

Si regulæ præcedentium patrum eos, qui poenitentiam in discrimine mortis accipiunt, & nulla de se manifesta scelera confitentur, si tamen in his, & talibus probitas est morum, ad ecclasticos gradus pervenire permittunt, quanto magis ut ii, qui in ipso sacerdotio constituti poenitentiam accipiunt, a sui ordinis officio retrahantur? tantum si se ipsi mortalium criminum professione propria non notarunt. *Toletan. XIII. cap. 10.*

## C A P U T XXX.

Quoniam studiose, & ecclastice interrogasti de his, qui propter necessitatem quidem tracti sunt, & voluisti me ea scribere, quæ de ipsis in synodis, & ubique visa sunt. Scias, quod in principio quidem cum vis, quæ facta est, cessasset, facta est lynchus præsentibus ex paribus exterris Episcopis, facta est autem & apud factores comministros, qui habitant in Græcia, nihilo feci autem & apud eos, qui habitant in Hispania, & Gallia, & placuit hoc, quod hic, & ubique ut iis quidem, qui lapsi sunt, impietati autem præsumt, venia quidem detur poenitentibus, ac resipiscientibus, eis autem locus cleri non detur. His autem, qui impietatis auctores non fuerunt, sed vi, & necessitate tracti sunt, visum est dari veniam, habere autem etiam locum in clero, maxime quia probabilem defensionem attulerunt, & visum est hoc quodammodo oecumenico quodam concilio factum esse. *Athanaf. in ep. ad Rufinian. post princ. vide Anc. c. 1. 2. C. 3.*

## C A P U T XXXI.

Quoniam ad ædificationem populorum omnia a nobis facienda sunt, hæc vestra observet pietas, & si est quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non, & quoniam modo duxit, & abstinuit. Et si non est aliquis ex iis, qui ejecti sunt a sanctissimo Episcopo, vel ex monasterio, tunc si inculpatus fuerit, ordinetur. *Cyrill. Alex. ep. ad Episcop. Lybie, C. Pentapolis.*

## C A P U T XXXII.

Novi & meretrices, & telones per poenitentiam

tiam receptos, verum nullum ex his in sacerdotii dignitatem numeratum, nisi forte id ante baptismum commiserit. Novi & monachos aliquot, cum in mundo essent, omni libidine conspurcatos, cum autem solitarie viverent, tanquam facies in orbe resplenduisse, nullum tamen ex his in sacerdotem ordinatum. Quod si autem id semel, atque iterum factum est, non tamen confessim legem in ecclesia prescribit. *Tharaf. CP. in epist. ad Joann. presbyt. in med. ante VII. synod.*

T I T U L U S XVI.

*DE HÆRETICIS AD FIDEM CONVERSIS NON ORDINANDIS EXCEPTIS NOVATIANIS, ET ALIIS QUIBUSDAM.*

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXI.

T I T U L U S XVII.

*DE HOMICIDIIS NON ORDINANDIS.*

C A P U T I.

*De pænit. c. 12. Greg. 9 in 4. coll. c. 2.* **I**N quibusdam provinciis ecclesiarum patroni, seu vicedomi, & advocati se in tantam insolentiam exerunt, quod non solum cum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de possessionibus, & aliis bonis ecclesiasticis pro sua voluntate presumunt, & quod horrendum est dicere in necem Prælatorum prorumperere non formidant, &c. Prohibemus expresse, ne patroni, vel advocati, seu vicedomi super præmissis de cætero plus usurpent, quam reperitur in jure permisum, & si contra præsumplerint, canonica districione compescantur. Sacri nihilominus concilii provisione statuimus, quatenus si patroni, vel advocati, aut feudatarii, seu vicedomi, seu alii beneficiati alicujus ecclesiæ restorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumplerint, patroni jus patronatus, advocati advocationem, feudatarii feudum, vicedomi vice-dominatum, beneficiati beneficium prorsus amittant, &c. & non solum de præmissis nihil perveniat ad hæredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus assumantur, nec in regulibus domibus alicujus prælacionis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum. *Innoc. III. in concil. gen. c. 45.*

C A P U T II.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus scripsimus, ut nullus homicida sacrum ministerium debeat attrectare. *Zach. ep. 4. ante med.*

C A P U T III.

Quidam, qui Stephanum Episcopum dolo occidit, cum non inveniret pro tanto crimen pœnitentiam, Cluniacum cœnobium petiit, monachus ibi effectus est, qui legere & cantare tanquam peritus clericus sciens ab Odilone Abbatte cogitabatur offerri Episcopo ad gradus altaris, ac providenter tractans venerandos Abbas litteris directis ad Papam Romanum consultum expostulat, & crimen monachi intimat, cui Apostolicus talia remandat, impossibile est tales ad aliquem gradum provehi, neque etiam offerre oblationem ad manum sacerdotis, ne forte pro eo uno in plu-

res furor Domini descendat. *Lemovicenf. act. 2. ante fin.*

C A P U T IV.

Si quis homicidii aut facti, aut præcepto, aut *Dif. 50. c. 8.* consilio, aut defensione post baptismum conscientius fuerit, & per aliquam surreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, & in finem vitæ suæ communionem recipiat. *Mart. Brac. c. 26. Anselm. lib. 7. c. 198.*

*Vide Stephan. ep. 1. ante fin. tit. Quales debent esse, qui sacris initiantur, cap. Quod consulisti.*

T I T U L U S XVIII.

*DE INCONTINENTIBUS NON ORDINANDIS.*

C A P U T I.

**A**dulterio non ordinetur. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. c. 19.*

C A P U T II.

Qui duas sorores, aut fratris filiam duxit, clericus esse non potest. *Apost. c. 18. G. 19. L.*

C A P U T III.

Si quis accusetur de fornicatione, vel de adulterio, vel de alio crimine, convictus in clericum non introducatur. *Apost. c. 60. al. 61.*

C A P U T IV.

Nullum facere subdiaconum presumant Episcopi, nisi qui se vieturum caste promiserit, &c. *Dif. 28. c. 1.* nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. *Greg. lib. 1. regis. ep. 42.* *Dif. 31. c. 1. Ante triennium.*

C A P U T V.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus scripsimus, ut nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat attrectare. *Zach. ep. 1. ante med.*

C A P U T VI.

Subdiaconem eum ordinari non debere, qui adolescentia sua fuerit mœchatus eo quod postmodum per surreptionem ad altiore gradum non sit promovendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur. *Elib. c. 30.*

C A P U T VII.

Hi qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio generunt filios ne ad majores gradus ordinum permittantur. *Taur. c. 7.*

C A P U T VIII.

De his, qui prius, quam ordinati fuerint, in hoc ipsum inciderint, (*& incontinentes erga uxores sint*) Taurinatis synodi sequendam esse sententiam, qua jubentur non ulterius promovere. *Araus. c. 24.*

C A P U T IX.

Si qui post hoc interdictum a prædictis familiaritatibus (*extraneorum feminarum*) se revocare noluerit, nequaquam gradu altiori donabitur, & si jam ordinatus fuerit, non ministret. *Andegaven. cap. 5.*

C A P U T X.

A patribus nostris fuit constitutum, ut qui cumque sacerdos, vel levita filiorum procreatio operam dare fuisse convictus, a communione dominica abstineret; nos tamen decrevimus, ut ad altiore gradum non ascendas, neque sacrificia

ficia Deo offerre , vel plebi ministrare præsumat , a communione tamen non efficiatur alienus. *Turon. cap. 2.*

## C A P U T XI.

De his , qui ex concubinis filios habent , & uxores legitimas habuerunt , aut defunctis uxoriibus sibi concubinas publice crediderint sociandas , id observandum esse censuimus , ut sicut eos , qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati , non removemus , ita statuimus , ne ulterius ordinentur. *Aurel. III. cap. 9.*

## C A P U T XII.

*Difl. 50. c. 1. 15. q. 8. c. 2.* Hi , qui altario Dei deserviunt , si subito in flenda carnis fragilitate corruerint , & Domino respiciente digne poenituerint , itaut mortificato corpore , cordis contriti sacrificium Deo offerant , &c. si officiorum suorum loca recipient , ne possint ad altiora officia ulterius promoveri , &c. *Ilerd. c. 5. Raban. c. 1. de pœnit. Burch. lib. 19. c. 74. Ivo part. 15. c. 87. decr.*

## C A P U T XIII.

*Difl. 34. c. 8.* Si quis de laicis , post uxorem , aliam cuiuscumque conditionis cognoverit mulierem , in clero nullatenus admittatur. *Gerund. c. 8. Burch. lib. 2. c. 38. Ivo part. 6. c. 139. decr.*

## C A P U T XIV.

In scortatione , aut adulterio si quispiam post baptismum fuerit deprehensus , divini canones illum ad sacerdotium non admittunt , quin etiam si quispiam promotus ad sacerdotium tale aliquid fecerit , confessim eiicitur. *Tharaſ. ante VII. syn. vid. epist. ad Joann. presbyt. in med. vid. Apost. cap. 25.*

## T I T U L U S XIX.

## DE FILIIS PRESBYTERORUM , ET DE ALIIS EX ILLICITO CONCUBITU NATIS NON ORDINANDIS.

Vide in Partis I. Libro VI. Tit. XLV. & Lib. VII. Tit. XXI. quibus adde :

## C A P U T I .

**F**iliis presbyteri , & adulter , & quicumque bastardus non ordinetur. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 19.*

## C A P U T II.

Nulli filii concubinarum ad ordines , vel aliquos honores ecclesiasticos promoveantur , nisi monachaliter vel canonice vixerint in ecclesia. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 11.*

## C A P U T III.

Confrater noster Sancius Aragonensis Episcopus multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens deferendi Episcopatum a nobis suppliciter licentiam postulavit , quod eum morbo confessus , & pene consumptus diutius competenti ministerio regere , & custodire non posset , atque ut hoc facilius impetraret , indicavit nobis de duobus clericis , quorum alterum in Episcopatum eligi , tuam , & sui ipsius voluntatem , atque consilium fore nunciavit , de quorum vita , & conversatione eum interrogantes , alia omnia , præter quod de concubinis nati erant , bona fatis , & honesta accepimus , & quia venerandi canones ad sacerdotii gradum tales provehi contra-

dicunt , probare eos non satis cautum fore putavimus , ne quidquam a nobis contrarium sanctis patribus in exemplum , & auctoritatem posteris relinquatur. *Greg. VII. lib. 2. registr. epist. 50.*

## C A P U T IV.

Filiis ex hujusmodi ( loquitur de his , qui virginem , vel viduam rapuerunt ) vituperabili coniunctione ante conjugium etiam minus laudabili procreati , ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo provehantur , nec de tali conjugio generati ecclesiasticis ordinibus applicentur , nisi forte eos , aut maxima ecclesiæ utilitas , vel necessitas postulet , vel evidens meritorum prærogativa commendet. *Melden. cap. 64.*

## C A P U T V.

Qui autem de aliquo \* gradu ecclesiastico ad \* alio , f. laicalem ordinem ex toto reversi sunt , & conjugium legitimum acceperunt , & postea agentes pœnitentiam dignam , ad pristinum gradum reversi sunt , eorum filii legitimi sunt , qui in laicali ordine de legitimo conjugio procreati sunt , nec dici possunt filii clericorum , sed laicorum , ut etiamsi laici permanserint , idem est. *Bituricen. cap. 10. apud Lemovicen. act. 2.*

## C A P U T VI.

Statutum est , ut Episcopi quando fecerint ordines , vel clericos audiente populo , excommunicent , ut nullus eis offerat ad clericatum filium presbyteri , neque diaconi , neque subdiaconi , neque servos , neque collibertos aliorum , nisi libertate donatos. Et si ipsi se per semetiplos contulerint nullus scienter eos ibi telet. Et si cuiquam de talibus sacrum ordinem , aut clericatum ignoranter tribuerit Episcopus , ut mox cognitus fuerit , Archidiaconus deponat eos , quia irrita est illicita ordinatio , sicut sancti patres dixerunt , & in talibus ecclesia Dei despœctui patet. *Bituricen. cap. 11. apud Lemovicen. act. 2.*

## T I T U L U S XX.

## DE ORDINANDIS HOMINIBUS IMPERITIS.

Vide in Partis I. Lib. IV. & VI. Tit. IX. quibus adde :

## C A P U T I .

**C**UM sit ars artium regimen animarum , *De etat. & qual. c. 4. Greg. IX. c. 4. eod. tit. in 4. coll.* stricte præcipimus , ut Episcopi promovendos in sacerdotes diligenter instruant , & informent , vel per se ipsos , vel per alios viros idoneos super divinis officiis , & ecclesiasticis sacramentis , qualiter ea rite valeant celebrare. Quoniam si ignaros , & rudes de cetero ordinare præsumperit , quod quidem facile poterit deprehendi , & ordinatores , & ordinatos gravi decrevimus subjacere ultioni. Sanctius est enim maxime in ordine sacerdotii paucos bonos , quam multos malos habere ministros , quia si cœcus cœcum duixerit , ambo in foveam dilabuntur. *Innoc. III. in concil. Lateran. gen. c. 27.*

## C A P U T II.

Cavendum multopere est , ne quilibet ex vobis audeat inhonestas , turpesque , & superfluas ordinationes mensibus congruentibus facere , neque litterarum inscios , neque plus quam auctoritas jubet canonica , per loca congruentia consti-tuere

tuere sacerdotes. *Synod. Rom. sub Leone IV. in præfat.*

## C A P U T III.

*Difl. 36. c. 1.* Illiteratos quoque, & nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, & Apostolicæ sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil proorsus Deo offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. [Si qui vero suscepisti sunt, in eo gradu tantum permaneant. *Gelas. ep. 1. c. 18. Tribur. c. 33. Burch. lib. 2. cap. 19. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 6. pan. C part. 6. c. 37. C 75. decret. Caesar. lib. 4. cap. 109.*

## C A P U T IV.

Presbyter, vel diaconus sine litteris, vel si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur. *Aurel. II. cap. 15.*

## C A P U T V.

Nulli cujuscumque dignitatis ecclesiasticæ deinceps percipient gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum usualium, & hymnorum, sive baptizandi perfecte noverint supplementum. Illi sane, qui jam honore dignatum funguntur, hujuscem tamen ignorantiae cæxitate vexantur, aut sponte sumunt intentionem necessaria perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur invitati, &c. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria tractanda veniat indoctus, ignorantiae tenebris cæcutiens, &c. *Tolet. VIII. cap. 8.*

*Vide Gelas. epist. 1. cap. 3. C 3. tit. Quales debeant esse, qui sacris initiantur, cap. Si quis etiam, C cap. Nec fas esse. Hilar. in syn. Rom. cap. 3. ibid. cap. Bigami. Tolet. IV. cap. 8. ibid. Greg. II. ep. 3. in princ. cap. Fratrem. Nannet. cap. 11. ibid. cap. Episcopus quando. Greg. lib. 2. epist. 25. De digam. non ordin.*

## T I T U L U S XXI.

*DE HIS, QUEBUS ALIQUOD MEMBRUM DEEST, NON ORDINANDIS.*

Vide in Parte I. Lib. IV. Tit. XI. quibus adder-

## C A P U T I.

*Difl. 35. c. 7. & 9. Si quis, vide c. 3. de corp. vitiis. c. 1. cod. tit. in 1. coll.* **S**i quis a medicis propter languorem defectus est, aut a barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se ipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc clarèt, quod de iis, qui hanc rem affectant, audentque semetipos abscindere dicendum est, sic eos, quos aut barbari, aut domini castraverunt, si inveniuntur alias digni, tales ad clerum suscipit regula. *Nicæn. cap. 1. Tribur. c. 33. Mart. Brac. c. 21. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 15. pan. C part. 6. c. 374. decret. Anselm. lib. 7. c. 31. Caesar. lib. 4. cap. 110.*

## C A P U T II.

Ne Episcopus ordinet eos, quos parte membrorum aliqua maculatos\* repererit, nec non & cæteros, quos ecclesiastica omnimodis damnat sententia. *Synod. Rom. sub Leone IV. in præfat.*

## C A P U T III.

*Eunuchus. Difl. 31. c. 8. Eunuchus. & c. 4. Si quis,* Si eunuchus per vim factus est, fieri potest

*Tom. VI.*

(*Episcopus*) si dignus est, si seipsum incidit clericus non fiat, sui enim homicida est, & divinæ fabricæ inimicus. *Apost. 20. C 21. G. 21. C 22. L. Tarrac. lib. 3. cap. 37.*

## C A P U T IV.

*Qui partem cujuslibet digitii sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cum vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abiici. Innoc. epist. 4. cap. 1. vide Tribur. c. 33. Burch. lib. 2. cap. 14. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 2. panorm. C part. 6. cap. 58. decret. Anselm. lib. 7. cap. 30. Tarrac. lib. 3. cap. 32.*

## C A P U T V.

*Illiteratos, & nonnulla parte corporis immunitos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium, &c. De cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. [Si qui vero vel temeritate propria, vel incuria præsidentium tales ante suscepti sunt, in iis, quibus constituti sunt, locis eatenus perseverent, ut nihil umquam promotionis accipiant. Gelas. epist. 1. cap. 18. Tribur. cap. 33. Burch. lib. 2. cap. 18. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 6. panorm. C part. 6. cap. 37. C 75. decret. Caesar. lib. 4. cap. 109.*

## C A P U T VI.

*De his, qui se ipsos abscindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt, dicunt enim talia perpetrantes, ut mox, ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi, &c. Gelas. ep. 1. cap. 19.*

## C A P U T VII.

*Si qui se carnali vitio repugnare nescientes abdicant, ad clerum pervenire non possunt. Arelat. II. c. 7.*

## C A P U T VIII.

*In Nicæno sancto, & universali concilio statutum est, cap. 1. Ut si quis a medicis per languorem defectus est, &c. Hanc autoritatem sanctorum patrum confitemur, & confirmamus, sequimurque ita, ut si quis a medicis per languorem defectus est, vel per aliquam infirmitatem claudus effensus est, iaveniatur alias dignus, permaneat clericus, & sacro ordini aptus. Tribur. c. 33. vid. Nicæn. cap. 1. vid. Burch. lib. 2. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 1. panorm. C part. 6. cap. 34. decret.*

## C A P U T IX.

*Si quis pro ægritudine naturalia a medicis habuit secta, similiter & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoveri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis, & abstinentiæ, sed per abscissionem plamati a Deo corporis existimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castravertit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si jam ante fuerit promotus ad clerum prohibitus, a suo ministerio deponatur. Mart. Brac. c. 21. Nicæn. cap. 1. Ivo part. 6. c. 374. decret.*

*R r*

*Vii*

*Vide Gelas. epist. 1. c. 3. tit. Quales debeant esse, qui sacris initiantur, c. Si quis etiam. Et epist. 1. c. 5. eod. tit. cap. Nec fas. Stephan. ep. 3. ante fin. ibid. cap. Quod consulisti. Hilar. in syn. Rom. e. 2. ibid. cap. Bigami. Toler. IV. cap. 18. ibid. cap. Qui non promoveantur. Greg. II. epist. 3. in princ. ibid. cap. Fratrem. Aurel. III. c. 6. cap. De clericorum. ibid. vid. Gr. lib. 2. epist. 25. de digam. non ordin.*

**T I T U L U S XXII.**  
**DE HIS, QUI REBAPTIZATI SUNT,**  
**AUT AB HERETICIS BAPTIZATI,**  
**NON ORDINANDIS, EXCEPTIS INFANTIBUS.**

*Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXI. & in Part. II. Lib. X. Tit. XXVII.*

**T I T U L U S XXIII.**  
**DE MILITIBUS, ET CURIALIBUS NON**  
**ORDINANDIS.**

#### C A P U T I.

**U**T magnæ ecclesiæ clerici, qui in subjectis ordinibus morati sunt, ad majores gradus ascendant, &c. nullatenus autem habeant potestatem, qui Principum domorum, seu suburbani rerum curam gesserint, inter clerum magnæ ecclesiæ colligi, vel constitui. *Synod. VIII. gen. CP. sub Hadr. II. c. 13.*

#### C A P U T II.

Cavendum est, ne servilis conditionis, aut curialium officiorum obnoxii ab Episcopis promoveantur in clerum. *Urban. II. in syn. apud Melfiam, c. 11.*

#### C A P U T III.

*d. 50. c. 60.* Si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sacerularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet. *Innoc. ep. 2. ad Victoric. c. 2. Syric. ep. 4. in syn. Rom. apud concil. Tel. c. 3. Anselm. lib. 7. cap. 10. Tarrac. lib. 1. cap. 123. C' 138.*

#### C A P U T IV.

*d. 51. c. 3. Præterea.* Quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus postea major tristitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de ascitis, constat enim eos in ipsis minimis etiam voluptates exhibere, quas a diabolico inventas esse non dubium est, & ludorum, vel munerum \* apparatibus, aut præesse, aut forsitan interesse, &c. *Innoc. ep. 2. c. 11. Ivo part. 6. cap. 349.*

#### C A P U T V.

*d. 51. c. 2.* De laicis, quos canones ordinare prohibent, certum est quidem hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum, neque enim clerici nasci, & non fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si caussas egerit, hoc est, postulaverit, si administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam & si inveniantur hujusmodi viri, qui debent clerici fieri, tamen quoniam saepius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem,

quæ saepe de his ecclesiæ provenit. *Innoc. epist. 4. c. 3. Anselm. lib. 7. c. 9. Ivo part. 6. c. 95. decret. Tarrac. lib. 3. c. 33.*

#### C A P U T VI.

De orationibus, quas pravæ consuetudinis viatio Hispanenses Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quamplurimas ecclesiis moveremus, quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum ea, quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus judicio. Quantos enim ex eis, *d. 51. c. 1.* qui post acceptam baptismi gratiam in forensi Aliquantos exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciâ suscepserunt, ascitos ad sacerdotium esse comperimus, e quorum numero Rufinus, & Gregorius prohibitentur? Quantos ex malitia, qui cum potestatibus obedierunt, severa necessario præcepta sunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt? Quantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii pervenisse? Quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenisse, &c. Ne deinceps similia committantur, dilectionis vestrae maturitas prodere debet, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. *Innoc. epist. 23. cap. 1. 2. ad syn. Toler.*

#### C A P U T VII.

Neque quisquam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint, neque de curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium, quod dicitur, sustinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nā & hoc de curialibus est cavendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, possunt. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus custodiri. *Innoc. epist. 23. cap. 4.*

#### C A P U T VIII.

Legem, quam piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi, qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum cauillarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur, vestrae studi fraternitati transmittere, hoc maxime exhortans, quod hi, qui saceruli actionibus implicati sunt, in clero ecclesiæ propere suscipiendi non sunt, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter, quam vivent, vivunt, nequaquam student sacerulum fugere, sed mutare. *Greg. lib. 7. epist. 11. Ivo part. 10. c. 124.*

#### C A P U T IX.

Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumpererit, aut cingulum ad necandos fidèles, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum ad-

admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.  
Tolet. I. c. 8.

## C A P U T X.

Bonifacius constituit, ne servus clericus fieret, nec obnoxius curia, vel cuiuslibet rei. Ex Pontif.

Vide Gelas. ep. I. c. 3. & 5. tit. Quales debent esse qui ordinantur, c. Si quis etiam, &c. Nec fas esse. Steph. ep. I. ante fin. ibid. c. Quod consuluisti. Tolet. IV. c. 18. ibid. c. Qui non promoveantur. Greg. II. epist. 3. in princ. ibid. cap. Fratrem. Greg. lib. 2. epist. 25. De digam. non ordin.

## T I T U L U S XXIV.

DE ENERGUMENIS NON ORDINANDIS.

Vide in Partis I. Lib. X. Tit. XVII.

## T I T U L U S XXV.

DE IIS, QUI MORBO OPPRESSI BAPTIZANTUR, NON ORDINANDIS.

## C A P U T I.

**D**iff. 57. Si quis, c. 1. **I**N infirmitate baptizatus presbyter non fiat, cum non voluntate, sed necessitate credidit, nisi ex sequentibus fides, & studium appetat, & alii rari sint. Neoc. c. 12. Paris. lib. I. c. 8. vid. Laod. c. 47. Burch. lib. 4. c. 33. Ivo part. I. c. 227. & part. 6. c. 101. decret.

## C A P U T II.

Sicut in plerisque & hæc auctoritas a nonnullis saepe violatur canonica, quando scilicet hi, qui in ægritudine baptismatis suscipiunt sacramenta, ad gradus ecclesiasticos contra fas provehuntur. Is usus, quia auctoritati canonicae resultat, oportet, ut corrigatur, quoniam hujuscemodi baptizatos, quos vulgaris sermo grabatarios vocat, canonica auctoritas a gradibus ecclesiasticis patenter repellit, unde in concilio Neocæl. cap. 12. legitur, &c. „ Quod si hi, qui in ægritudine baptizantur, a gradibus arcentur ecclesiasticis, „ multo magis illi arcendi sunt, qui aut per cupiditatem, aut per temeritatem contempta canonica auctoritate baptizantur, & postea similiter ad gradus ecclesiasticos provehuntur“. Paris. sub Ludru. & Lothar. lib. I. c. 8.

## C A P U T III.

Cum privata quadam gratia diligeretur ab Episcopo Novatus, & vellet eum ordinare presbyterum, clerus vero omnis, & quamplurimi ex laicis prohiberent dicentes, non licere clericum fieri cum, qui in necessitate positus in lecto gratiam consecutus sit: Episcopus ab omnibus speciale gratiam poposcit, ut sibi de isto uno concederetur. Cornel. apud Euseb. lib. 6. c. 33.

## T I T U L U S XXVI.

DE SERVIS NON ORDINANDIS.

## C A P U T I.

**C**avendum est, ne homines servilis conditionis promoveantur in clerum. Urban. II. in syn. apud Melfiam, c. 1.

## C A P U T II.

Servi in clero non ordinentur sine domini consensu; si quis vero dignus, est qualis Onesimus fuit, domino consentiente, & libertatem ei concedente, & extra domum suam emitente, in eum gradum alcendat. Apost. c. 82.

## C A P U T III.

Admittuntur passim ad ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla morū dignitas suffragatur, & qui a dominis suis libertatem consequi

minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tamquam servilis vilitas hunc honorem jure capiat, provehuntur, &c. Ab his itaque fratres charissimi omnes vestræ provinciæ abstineant sacerdotes, & non tantum ab his, sed & ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati sunt, c. i. eod. diff. volumus temperari: nisi forte eorum petitio, aut voluntas acceperit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis, debet enim esse immunis ab ahiis, qui divinæ militiae fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur. Leo epist. I. c. 1. Tribur. c. 29. Burchard. lib. 2. cap. 22. Ivo part. 6. c. 64. decret. Anselm. lib. 7. cap. 23. Tarrac. lib. 4. c. 19.

## C A P U T IV.

Propemodum caussantur universi passim servos, & originarios dominorum jura, possessio numque fugientes sub religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria se se conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniventibus quoque Præfulibus indifferenter admitti, quæ modis omnibus est admovenda pernicies, ne per christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti. Præcipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari convenientat dignitatem, &c. Quisquis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps, vel ecclesiastice servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum fe honoris proprii non ambigant, communionisque subituros. Gelas. ep. I. c. 16. Ivo part. 6. c. 100. & part. 16. c. 47. decret. Cæsar. lib. 9. c. 18.

## C A P U T V.

**D**iff. 54. c. 19. Si servus absente, vel nesciente domino Episcopo sciente, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, Episcopus eum domino duplii satisfactione compenset. Si vero Episcopus nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simul redhibitioni teneantur obnoxii. Aurel. c. 8. al. 10. Vormat. c. 40. Burch. lib. 2. c. 24. Ivo part. 6. c. 145. decret.

## C A P U T VI.

Ut nullus servilibus, coloniariisque conditionibus obligatus, juxta statuta sedis Apostolicæ, ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut testimonio, aut per tabulas eum legitime constituerit absolutum. Quod si quis Episcoporum ejus, qui ordinatur, conditionem sciens, transgredi per ordinationem indebitam fortasse voluerit, anni spatio missas facere non presumat. Aurel. III. c. 25.

## C A P U T VII.

Servum, qui libertatem a dominis propriis non

R r 2

# 316 Juris Pontificii Veteris Epitome

\* convinci-  
tur.

non acceperit, aut etiam jam libertum nullus Episcoporum absque ejus voluntate, cuius servus est, & eum absoluisse dignoscitur, clericum audiat ordinare. Quod si quisquam fecerit, is, qui ordinatus est, a domino revocetur, & ille collator ordinis, si sciens fecisse probatur, sex mensibus misias tantum facere non presumat. Si vero saecularium servus esse cognoscitur \*, qui ordinatus est, benedictione servata, honestum in ordine domino suo impendat obsequium. Quod si saecularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut sacro ordini inferre injuriam videatur, duos servos, sicut antiqui canones habent, Episcopus, qui eum ordinavit, domino saeculari restituat, & Episcopus eum, quem ordinavit, ad ecclesiam suam revocandi habeat potestatem. *Aurel. V. cap. 6.*

## C A P U T VIII.

*De serv. non ordin. c. 2. Greg. IX. cap. 4. eod. tit. in 1. coll.* De familiis ecclesiæ constituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudine, & probitas morum commendat. Ea tamen ratione, & antea manumissi libertatem status sui percipient, & denuo ad ecclesiasticos honores succedant, est enim irreligiosum obligatos existere servituti, qui faci ordinis suscipiunt dignitatem. *Tolet. IV. c. 63.*

## C A P U T IX.

*Dif. 54. c. 4.* Qui ex familiis ecclesiæ servituri devocantur in clerum, ab Episcopis suis libertatis, necesse est, ut percipient donum. Et si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis, &c. *Tolet. IX. c. 11. Ivo part. 6. cap. 373.*

## C A P U T X.

*Dif. 54. c. 23.* Secundum decreta sanctorum patrum præjudicamus, & nos id acturos profitemur, ut nullum servum Episcopus ordinare presumat, antequam perfecta ditetur ingenuitate, quia non debet vilis persona fungi sacerdotii dignitate, &c. *Triburicen. c. 29. refertur. Greg. in decretis suis c. 7.*

## C A P U T XI.

Multos ex ecclesiastica familia novimus, ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant conservari. Si festinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimur quædam negare, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut ab humano servitio liber recedat, qui divini obsequii districtam subire appetit servitutem. Sancta synodus dixit: „Praefinita patrum statuta inviolabilem habeant firmitatem“. *Tribur. c. 29. Greg. in synod. c. 5. lib. 4. e. 88. vel ep. 44. Olib. 12. c. 33. reg. Anselm. lib. 7. cap. 175. Tarragonens. lib. 4. c. 21.*

## C A P U T XII.

Nullus fervorum, vel collibertorum, amodo clericus fiat, nisi prius libertatem de dominis suis habuerit sub idoneis testibus. *Bituricen. cap. 9. apud Lemovicen. att. 2.*

## C A P U T XIII.

Ne Episcopus servos ordinet. *Bituricen. c. 11. vide tit. De filius presbyt. non ordin. cap. Statutum est.*

## C A P U T XIV.

Ut filii presbyterorum, &c. ad sacros gradus non promoveantur, &c. sed neque servi nisi a dominis suis libertate donentur. *Pictavien. c. 8. IX. cap. 1. de filiis presbyt. Gr. coll.*

## C A P U T XV.

Bonifacius constituit, ne servus clericus fieret, nec obnoxius curiae, vel cuiuslibet rei. *Ex Pontif.*

*Vide Gelas. epist. 1. cap. 3. O 5. tit. Quales debeant esse, qui sacriss initiantur, cap. Si quis etiam. Idem Gelas. cap. 5. eod. tit. cap. Nec fas esse Stephan. epist. 1. ante fin. ibid. cap. Quod consuluisti. Tolet. IV. cap. 18. ibid. cap. Qui non promoveantur. Gregor. II. epist. 3. in princ. cap. Fratrem. Mart. Brac. cap. 56. tit. sequenti, Deliberris non ordinandis, c. Si quis obligatus.*

## T I T U L U S XXVII.

*DE LIBERTIS NON ORDINANDIS SINE CONSENSU PATRONI.*

## C A P U T I.

*L*iberti, quorum patroni in saeculo fuerint, ad clerum non promoveantur. *Eliber. cap. 80. bendum.*

## C A P U T II.

Clericos, si obligati sunt, vel pro aequatione, vel de genere alicujus domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patroni consensus accesserit. *Tolet. I. cap. 10. Mart. Brac. cap. 46.*

## C A P U T III.

Libertos, quos sacerdotes, vel diaconos de ecclæsia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus. *Agathen. c. 49. Ivo part. 3. cap. 161. decret.*

## C A P U T IV.

Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti, si sine criminè capitali sunt, ad clericatus ordinem libere suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando volauerint eorum domini, fiant ex clericis servi. *Tolet. IV. cap. 72. Burch. lib. 2. c. 25. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 5. panorm. O part. 6. cap. 126. decret.*

## C A P U T V.

Si quis obligatus est tributo servili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit. *Mart. Brac. cap. 46.*

*Vide Steph. epist. 1. ante fin. tit. Quales debeant esse, qui sacriss initiantur, cap. Quod consuluisti. Leo epist. 1. cap. 1. eod. tit. cap. Admittuntur. Greg. II. epist. 3. in princ. eod. tit. c. Fratrem. Bituric. cap. 9. tit. De servis non ord. cap. Nullus fervorum. Bituricen. cap. 11. tit. De filiis presbyt. non ordinandis, c. Statutum est.*

## T I T U L U S XXVIII.

*DE QUIBUS DAM NON ORDINANDIS PROPTER VARIA CRIMINA, AUT PROPTER ALIAS CAUSSAS.*

*Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VIII. quibus adde:*

CA-

C A P U T I.

*Nec inv. vel  
monach. c. 3.  
Gr. IX. eod.  
tit. in 1. coll.* **S**tatuimus, ut nullus omnino post votum religionis, post famam in aliquo religioso loco professionem ad physicam legesve mundanas legendas permittatur exire, si vero exierit, & ad claustrum suum in duorum mensium spatium non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus evitetur, &c. & nisi ex misericordia fortasse Apostolicae sedis, totius spem promotionis amittat. *Alex. III. in conc. Turon. c. 8.*

C A P U T II.

Qui duas uxores duxit, vel fratri filiam, clericus esse non potest. *Apol. c. 19.*

C A P U T III.

Comperimus horrendis quibusdam criminibus implicatos, torta discretione submota, non solum de factis atrocibus, necessariam penitutinem non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente ad divinum ministerium, honoremque contendere, &c. cum & Apostolus clamet: *Nemini cito manus imponendas, &c.* Hujusmodi, etiam si forte subrepserint detectos oportere repellи. *Gelas. ep. 1. c. 20.*

C A P U T IV.

Hi, qui post sanctam religionis professionem apostataunt, & ad saeculum redeunt, &c. ad clericatus officiu non admittantur, &c. *Arel. II. c. 25.*

C A P U T V.

*Difl. 54. c. 3.  
de oblig. ad  
ration. c. 1.  
Greg. IX. &  
in 1. coll.* **M**agnus Episcopus Astyagensis dixit: „Quid dilectioni vestrae videtur? Procuratores, & auctores, etiam per se tutores pupillorum si debant ordinari?“ Gratus Episcopus dixit: „Si post deposita universa, & redditia ratiocinia, actus vita ipsorum fuerint probati in omnibus, debent, & cum laude cleri, si postulati fuerint, honore munerari, si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur“. *Carth. c. 8. Burch. lib. 2. c. 30. Ivo part. 6. c. 137. decret.*

C A P U T VI.

Si clerici, vel diaconi noluerint obedire Episcopis, eos ad majoris honores promoventibus, nec eo quidem gradu fruantur, quem noluerunt relinquere. *Carth. c. 31. G.*

C A P U T VII.

Episcopi, diaconi, & presbyteri non ordinentur antequam omnes, qui in domo eorum sunt, christiani orthodoxi sint. *Carth. cap. 36. G. Carth. III. c. 18. L. Afric. c. 3. L.*

C A P U T VIII.

*Difl. 46. c. 7.* Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vizio est, non promoveatur. *Carth. IV. c. 54. Burch. lib. 2. c. 16. Ivo part. 6. c. 35. decret.*

C A P U T IX.

*Difl. 46. Ad  
accusatores,  
cap. 4.* Episcopus accusatores fratrum excommunicet, & si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. c. 55. Cæsar. lib. 4. c. 112.*

C A P U T X.

*Difl. 46. c. 8.* Seditionarios numquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores. *Carth. IV. c. 67. Agath. 69. Burch. lib. 2. c. 17. Ivo part. 6. c. 36. decret.*

C A P U T XI.

Ad officia potiora non provehuntur, qui alta- *Difl. 50. De*  
rio ministrant, & humano sanguine, etiam hosti- *his, c. 36.*  
li non abstinent. *Ilerd. c. 1.*

C A P U T XII.

Qui contra canonum statuta ordinati sunt, nullo tempore promoveantur. *Ilerd. c. 12.*

*Vide Stephan. ep. 1. ante fin. tit. Quales debeant esse, qui sacris initiantur c.* Quod con-  
fuluisti.

T I T U L U S XXIX.

*QUI BAPTIZATI, AUT NATI SUNT IN  
PROVINCIIS REMOTIS NON FACILE  
ORDINENTUR.*

C A P U T I.

**C**onsituit Silvester nulla ratione transma- *Difl. 98.  
Nullus, c. 1.*  
rinum hominem penes nos in clericatus gra-  
du suscipi, nisi quinque Episcoporum designatus  
sit chirographis. *Silvest. in epitom. concil. Rom.*  
*in fin. Anselm. lib. 7. cap. 19. Tarrac. lib. 3.  
cap. 39.*

C A P U T II.

Transmarinos homines in clericatus honore *Difl. 98. c. 2.*  
nolite suscipere, nisi quinque, aut eo amplius E-  
piscoporum chirographis sint designati, quia mul-  
ta per subreptionem solent evenire, & ideo haec  
summopere sunt cavenda. *Anastas. epist. cap. 2.  
Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 22. panorm. Anselm. lib.  
7. c. 12. al. 22. in addit. Tarrac. lib. 3. c. 40.*

C A P U T III.

Bonifacio dedimus in mandatis, ut Afros pas-  
sim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla  
ratione suscipiat. *Greg. II. ep. 3. in princ.*

C A P U T IV.

Omnis, qui peregre fuerint baptizati, eo quod *Difl. 98. c.  
et uts.*  
eorum minime sit cognita vita, placuit ad cle-  
rum non esse promovendos in alienis provinciis.  
*Elib. c. 24. Ivo part. 6. c. 352. decret.*

*Vide Greg. lib. 2. ep. 25. tit. Quales debeant  
esse, qui ordinantur, c. Præcipimus, & Greg.  
II. c. Fratrem.*

T I T U L U S XXX.

*NON ORDINENTUR, QUI UXORES HA-  
BENT, NISI CASTITATEM SE SER-  
VARE PROMISERINT.*

Vide in Part I. Lib. IV. Tit. XXXVII. Lib.  
VI. Tit. XXIX. & Lib. VII. Tit. XVII. qui-  
bus adde:

C A P U T I.

**A**suum aliquem ad sacerdotium non posse in *Difl. 28. c. 6.*  
conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit  
promissa conversio. *Arelat. II. c. 2.*

C A P U T II.

Si conjugati juvenes consenserint ordinari, *Difl. 77. Epi-*  
etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut *scopus, c. 6.*  
sequestrato mansio cubiculo, religione pro-  
missa, postea quam pariter conversi fuerint, or-  
dinentur. *Agath. cap. 16. Ivo part. 5. cap. 365.  
decret.*

T I T U L U S XXXI.

*NE QUISQUAM PER SIMONIAM CON-  
FERAT AUT SUSCIPAT ORDINES,  
ET DE ORDINATIS A SIMONIACIS.*

# 318 Juris Pontificii Veteris Epitome

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LII. Llib. VI.  
Tit. XLVII. & XLVIII. & Lib. VIII. Tit.  
XXXVI.

## C A P U T I.

*I. q. 5. c. 1.* **Q**uicumque sane cupiditate parentum, cum  
*\* beneficia.* adhuc parvuli essent, ecclesias vel eccl-  
esiuarum partes\* per pecunias adepti sunt, post-  
quam eas omnino dimiserint, si canonice in eis  
vivere voluerint, pro magna misericordia ibidem  
eos esse concedimus: neque pro hoc facto a fa-  
cias ordinibus illos removemus, si alias digni in-  
veniantur\*. *Urban. II. in concil. Placent. c. 5. al.*  
*\* intentum.* *in concil. Clarimontis. Cæsar. lib. 4. c. 33.*

## C A P U T II.

Illi vero, qui per se ipsos cum jam majoris es-  
sent ætatis, nefanda cupiditate duci eas emerunt,  
si in aliis ecclesiis vivere canonice voluerint, ser-  
vatis propriis ordinibus pro magna misericordia  
ibi eos ministrare permitimus. Quod si ad alias  
*\* fontasse.* fortassis\* transferri non potuerint\*, & in eisdem  
*\* poterunt.* canonice vivere promiserint, minoribus ordinib-  
*\* accedant.* us contenti ad sacros ordines non ascendant\*,  
salva tamen in omnibus Apostolicæ sedis au-  
toritate. *Urban. II. in concil. Placent. cap. 6. al. in*  
*\* ejusmodi.* *concil. Clarimontis.*

## C A P U T III.

*Ibid.* Si qui tamen ante emptionem catholice ordi-  
nati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint, &  
vitam canonicam egerint, in suis gradibus per-  
mittantur, nisi forte hujusmodi\* ecclesia sit, ut  
ibi primum locum debeat obtinere. *Urban. II.*  
*in concil. Placent. c. 7. al. in concil. Clarimont.*

## C A P U T IV.

*Ibid.* Primum enim, vel singularem, vel præpositu-  
ræ, vel officii locum in emptis ecclesiis eos habere  
non patimur. *Urban. II. in concil. Placent. cap.*  
*8. al. in concil. Clarimontis.*

## C A P U T V.

*I. q. 1. s. 10.* Sanctorum patrum exempla sequentes, & of-  
ficii nostri debito innovantes, ordinari quem-  
quam per pecuniam in ecclesia Dei, vel promo-  
veri, auctoritate sedis Apostolicæ modis omni-  
bus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordina-  
tionem, vel promotionem taliter adquisierit, ad-  
quisita prorsus careat dignitate. *Callist. II. in*  
*concil. Roman. cap. 1.*

## C A P U T VI.

*I. q. 1. c. 110.* Nulla sit in ordinatione venalitas, potentia,  
vel supplicatio personarum, nihil adversus hæc,  
quæ prohibemus, obtineat, nam proculdubio  
Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam  
non ex merito, sed ex favore, quod absit, aut ex  
venalitate provehitur. *Greg. lib. 2. indict. 11.*  
*epist. 47. Columbo Episc. Anselm. lib. 7.*  
*cap. 39. vel 46.*

## C A P U T VII.

*I. q. 1. c. 119.* Eorum, qui in sacro sunt ordine collocandi,  
prius vitam, moresque discutite, & ut dignos  
huic officio adhibere possitis, non vobis potentia,  
aut supplicatio quarumlibet subrepat persona-  
rum. Ante omnia autem cautos vos esse oportet,  
ut nulla proveniat in ordinatione venalitas, ne,  
quod absit, & ordinatis, & ordinantibus pericu-  
lum magis immineat. Si quando igitur de his

tractari necesse est, graves expertosque viros con-  
siliis vestris\* adhibete participes, & cum eis com-  
muni de hoc deliberatione pensate. *Greg. lib. 2.*  
*indict. 11. epist. 48. Adeodato Episcopo.*

## C A P U T VIII.

Euphemium, & Thomam, qui pro deferenda  
accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem pri-  
vatos ordinibus esse, atque ita sicut sunt depositi,  
volumus permanere. *Greg. lib. 4. epist. 50. seu*  
*cap. 94. ad Joannem Corinth. Episcop. Anselm.*  
*lib. 8. cap. 39.*

## C A P U T IX.

De ordinationibus aliquid accipere sub distri-  
cta interdictione vetuimus, oportet ergo ut ne-  
que per commodum, neque per gratiam, aut  
quorumdam supplicationem aliquos ad sacros  
ordines consentiatis, vel permittatis adduci. *Greg.*  
*lib. 4. epist. 55. seu cap. 99. Anselm. lib. 6. cap.*  
*82. al. 90.*

## C A P U T X.

Quibusdam narrantibus agnovi, quod in illis  
partibus nullus ad sacrum ordinem sine commo-  
di datione perveniat. Quod si ita est, flens dico,  
gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo  
intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit.  
Scimus quippe ex evangelio, quid Redemptor  
noster per semetipsum fecerit, quia ingressus in  
templum cathedras vendentium columbas ever-  
tit, columbas quippe vendere est, de sancto Spi-  
ritu, quem sibi consubstantialem Deus omnipotens  
per impositionem manuum hominibus tri-  
buit, commodum temporale percipere. Ex quo,  
ut prædixi, innuitur quid sequatur: quia qui in  
templo Dei columbas vendere præsumperunt,  
eorum Dei judicio cathedræ ceciderunt, qui vi-  
delicet error in subditis cum augmento propaga-  
tur, nam ipse quoque, qui ad sacrum ordinem  
perducitur, jam in ipsa proiectus sui radice vitia-  
tus, parator est aliis vendere, quod emit. Et  
ubi est, quod scriptum est: *Gratis accepisti, Matt. 12.*  
*gratis date.* Et cum primum contra sanctam ec-  
clesiam simoniaca hæresis sit exorta, cur non per-  
penditur, cur non videtur, quia eum, quem quis  
cum pretio ordinat, provehendo agit, ut hære-  
ticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus vestrum  
denuo hoc fieri patiatur, sed neque gratia alicuius,  
neque supplicatione aliquos ad sacros ordi-  
nes audeat promovere, nisi eum, quem vitæ, &  
actionis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit:  
nam si aliter factum denuo senserimus, di-  
stricta, & canonica illud noveritis ultione com-  
pisci. *Greg. lib. 4. epist. 56. seu cap. 100. G*  
*epist. 51. G 55. G lib. 5. epist. 7. Burch. lib. 1.*  
*cap. 21. Ivo part. 5. cap. 108. decret.*

## C A P U T XI.

Ego & vestræ dilectioni providens, & meæ  
animæ omnipotentis Dei judicium pertinacens,  
ejusdem Maximi caussam subtiliter exquiri de-  
sidero, si nullus criminibus pressus, quæ sacro  
ordini contradicunt, si non per simoniacam hære-  
sim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præ-  
bendo, ad sacerdotiale pertingere officium cona-  
tur, tunc enim liber pro vobis apud Dominum  
intercessor erit, si non obligatus de suis, ad lo-  
cum

cum intercessionis venerit. *Greg. lib. 5. epist. 26.*  
*Anselm. lib. 6. cap. 76.*

C A P U T XII.

Vehementi tædio mœroris afficimur, si in ecclæsticis officiis quemquam habeat locum pecunia, & fiat sacerdare, quod sacrum est. [ Qui cumque ergo hoc pretii studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo concupiscit, &c. [ Sicut autem is, qui invitatus renuit, quæsusus refugit, est sacris altaribus admovendus, sic qui ultro ambit, vel importune se ingerit, est procul-dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora descendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? Itaque, frater carissime, si in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura præferatur electio, ut ad summa sacerdotii non suffragio venditorum proiectus, sed Dei credatur esse iudicio, &c. Cum liqueat hanc hæresim ante omnes radice pestifera surreplisse, atque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur? cur non perpenditur? quia illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus promovetur. Unde etiam illud certum est, quia & si monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacræ ordinibus datur, construantur, mercedi non proficit, &c. Nimis ergo declinandum est, sub obtentu eleemosynæ peccata simoniaæ hæresis perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere. *Greg. in epist. ad Syagrium Augustinuens. Episc. C ad Etherium Lugdunens. Episcop. lib. 7. registr. epist. 110. al. 108. cap. 1. Ivo lib. 2. tit. 15. cap. 5. panorm. C part. 5. cap. 112. Anselm. lib. 5. cap. 31.*

C A P U T XIII.

Omnino execrabile, & esse gravissimum detestamur, quod illic sacri ordines per simoniacam hæresim, quæ prima contra ecclæsiæ orta, & disticta, damnata maledictione est, conferatur. Hinc ergo agitur, ut sacerdotii dignitas in despetu, & sanctus sit honor in crimen. Perit utique reverentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare, committit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotii ducitur in depravatione censura. Nam quis denuo veneretur, quod vendit? aut quis non vile esse putet, quod emitur? Unde valde contristor, quia dum Spiritum sanctum, quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, divino munere habere despiciunt, sed præmiis assequuntur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitrор, &c. Petimus, ut synodus fieri vestra jussio constituat, ubi subdistricti anathematis interpositio-ne debeat interdici, ne ullus ex laico habitu su-bit ad Episcopatus audeat gradum accedere, neque pro ecclæsticis ordinibus quilibet quidquam dare, vel sit ausus accipere. *Gregor. ad Brunnich. Reginam lib. 7. epist. 113. al. 111.*

C A P U T XIV.

Fertur simoniaca hæresis quæ prima contra

Dei ecclæsiæ diabolica plantatione subrepit, & *AN. 4.* in ipso ortu suo, zelo Apostolicæ ultionis percusa, atque damnata est, in regni vestri finibus dominari, cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, beato Jacobo attestante qui ait: *Fides Jacob. i. sine operibus mortua est.* Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur obtinere per præmium, &c. Hinc igitur non solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam excellentiæ vestra regnum, Episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus juvari debuerat, prægravatur, si enim dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præriorum copia suffragatur, restat, ut nihil sibi in ecclæsticis honoribus gravitas, nihil defendat industria, sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum virtutia remunerantur honore, in locum ultoris, qui fortasse fuerat ulciscendus adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius judicantur. Vulnerato namque pastore, quis curans ovibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui jaculis se hostilibus seriendum exponit? aut qualem defensione fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Major ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam provocant, quam per semetiplos populis placare debuerant. *Gregor. lib. 7. epist. 114. al. 112. Theodorico C Theodoberto Regib. Franc. Ivo part. 5. cap. 111. Anselm. lib. 6. c. 71. vel 73. Terrac. lib. 3. cap. 19.*

C A P U T XV.

Episcopum, qui per præmia ordinatus fuerit, statuimus removendum. *Aurel. V. cap. 10.*

C A P U T XVI.

Reperiuntur quamplurimi negotio muneris pertinuti mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium donant, ut Pontificalis ordinis sublime culmen accipient, oblii verborum Petri, qui dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri, &c.* Quicumque deinceps propter accipiendum sacerdotii dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse: ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque a participatione Christi corporis & sanguinis alienum, &c. Si aliquis extiterit, qui cum accuset, is suscepit honoris gradu privetur, & in monasterio sub perenni penitentia religetur. Munerum acceptores, si clerici fuerint, honoris amissione mulcentur, laici anathemate perpetuo condemnentur. *Tolos. VIII. cap. 3. Anselm. lib. 6. cap. 78. Ivo part. 5. cap. 83. deeret.*

C A P U T XVII.

Nullus Episcopus, neque presbyter, vel Abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat. *Cabilon. cap. 16.*

C A P U T XVIII.

Cum quisque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti exa-

ctio-

etione astringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris nulli personæ cujuslibet præmii collationem, vel aliquando dedisset, vel dare procuret in futurum, sicque mundus consecrationem accipiat, aut publicato hoc scelere manifeste denudatus coram ecclesia, & ad honorem quem mercari voluerit, non accedat. Quos autem post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuit, sub definitis pœnitentia legibus, ut vere simoniacos ab ecclesia separandos, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactione, vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquerere, & reparare intendant. Unde si digna eos satisfactio pœnitentia commendaverit, peracto indicie pœnitentia tempore, non tantum communioni, sed & loco, & rotius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt. *Tolet. XI. cap. 9. Ivo part. 5. c. 127. decret.*

## C A P U T X I X.

Monemus, ut quandocumque Deo dispensante quilibet Episcopus ad Dominum migraverit, submota funditus peste simoniaca hæreleos, sine dilatione juxta auctoritatem canonicam sedes vacans Episcopum a vobis regulariter designatum, & gratia sancti Spiritus consecratum accipiat. *Concilium habitum in Theodosonis villa, apud synod. Melden. cap. 8.*

## C A P U T X X.

Episcopi de sacris ordinibus munus non accipiunt, nec aliquis loco eorum, neque aliquis de subjectis eorum, sicut pro scribendis nominibus, ordinandorum solebant scriptores pretium accipere. *Bitur. c. 3. apud synod. Lemovic. act. 2.*

## T I T U L U S XXXII.

DE HIS, QUI MAGNIS SCELE  
RIBUS OBSTRUCTI ORDINES  
SUSCEPERUNT.

## C A P U T I.

**S**i qui presbyteri sine examine sunt provecti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. *Nicæn. c. 9. Burch. lib. 2. cap. 13. Anselm. lib. 8. cap. 13. Ivo part. 6. cap. 33. decret.*

## C A P U T II.

Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem, hoc ecclesiastica non præjudicat regulæ cogniti namque deponuntur. *Nicæn. c. 10.*

## C A P U T III.

Comperimus horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretione submota, non solum de factis atrocibus pœnitudinem non habere, sed nec aliqua correctione poenitus non succidente, ad divinum ministerium, honoremque contendere: non nullos autem etiam in ipsis ordinibus constitutos, gravibus delinquentes facinoribus non repelli, cum & Apostolus clamet, nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis, & majorum veneranda

*V. Tim. 3.*

constituta pronuntient, hujusmodi, etiam si forte subrepserint, tam qui ante peccaverunt, detestos oportere repelliri, quam sacræ professionis oblitos, prævaricatores sancti propositi proculdubio submovendos. *Gelas. epist. 1. cap. 20.*

## C A P U T IV.

Si quis forsitan cum levi culpa ad sacerdotium *Dif. 68. c. 1.* venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tandem ordo servari. *Greg. lib. 2. epist. 32. Joanni Episc. Ravenn. Ivo part. 6. c. 82. Anselm. lib. 7. cap. 92. al. 104.*

## C A P U T V.

Qui semel post suam ordinationem in lapsum *Dif. 50. c. 2.* ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci; sed sufficiat ei lamentationibus fletibusque assiduis, quo ad usque advixerit, in eadem pœnitentia perdurare, ut commissum delictum divina gratia extinguere valeat. *Mart. epistola unic. in med. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 9. panorm.*

## C A P U T VI.

Si quos presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus causis obvoluti, cælantes peccatum suum, ordinati sunt, postmodum vero manifestata est eorum iniqua actio, hos sacerdotali habitu privatos pœnitentia submittit: non enim odit Deus peccantem, & conscientem, sed peccantem & negantem. *Zachar. epist. 5. ad Bonifacium Episcop. ante fin.*

## C A P U T VII.

Presbyter, si præoccupatus corporali peccato, *15. q. 8. c. 1.* provehatur, & confessus fuerit de te quod ante ordinationem deliquerit, non offerat manens in reliquis officiis propter studium bonum, nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem poile dimitti. Quod si de te non fuerit ipse confessus, & argui manifeste nequiverit, potestatis suæ judicio relinquatur. *Neocæsar. cap. 6. Mart. Bracar. cap. 25. Riban. de pœnit. c. 1. Burch. lib. 2. cap. 49. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 19. panorm. C part. 6. cap. 150. decret.*

## C A P U T VIII.

Simili modo etiam diaconus, si eodem pecca- *ead. c. 1.* to succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur. *Neocæsar. cap. 10. Mart. Brac. ubi sup.*

## C A P U T IX.

Si quis diaconum se permiserit ordinare, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit eum acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem, si aliud detexerit, post quinquennium acta pœnitentia accipere communionem laicam debere. *Eliber. c. 76.*

## C A P U T X.

Quicumque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyteri, vel Episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, ab ordinationibus submovendos, reos scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis, &c. *Valent. Gall. c. 4. Tolet. X. in fin.*

## C A P U T XI.

Si quis presbyter ante ordinationem peccave- *15. q. 8. c. 4.* rit, & post ordinationem peccatum confessus fuerit, quod ante erraverit, non offerat: sed tantum pro

pro religione nomen presbyteri portet: si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipsum habeat potestatem, ut nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconibus observandum est, ut si ipsi confessi fuerint, ordinem subdiaconi accipient. *Mart. Brac. c. 25. Neocæs. cap. 9. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 2. cap. 48. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 18. panorm. C part. 6. c. 149. decret.*

*Vide Stephan. ep. 1. ante fin. tit. Quales debent esse, qui sacris initiantur, &c. Quod consuisti.*

## TITULUS XXXIII.

**PROHIBEANTUR A MINISTERIO SACRORUM ORDINUM, QUI POST IPSOS ORDINES SUSCEPTOS GRAVIA CREATRIMINA SUSCEPERUNT.**

*Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. LVI.*

## CAPUT I.

**S**i quos tua fraternitas repererit Episcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum, sive paganorum effuderunt, vel etiam altis capitulis, vel canonibus obviasset repererit, nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, quia tales a suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & pejores secularibus esse noscuntur, qui neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniiis abstinent, neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias. *Zach. epist. 6. ad Bonifac. Episcopum.*

## CAPUT II.

*Dif. 50. c. 32. Presby-  
teros.* Presbyteri, qui immolarunt, & postea rever-  
si sunt ad certamina pro religione peragenda, si  
non artificio quodam, ut præparent, & persuadeant  
se tormentis subjectos fuisse, hi honoris quidem  
cathedram teneant, sed neque offerant, neque  
concionentur, neque ministrant in sacris ministeriis. *Ancyr. c. 1. Burch. lib. 5. c. 40. Ivo part. 2. cap. 49. decret.*

## CAPUT III.

*Dif. 50. c. 32. §. 1.* Si diaconi eodem modo sacrificarunt, & rursus ad certamen redierunt, honorem quidem habeant, sed cessent ab omni sacro ministerio, pa-  
nem, & calicem non ferant, neque prædicent. Si  
vero aliqui Episcopi videant labores, & humili-  
tatem, & tranquillitatem eorum, & velint plus  
eis dare, aut auferre, habeant potestatem. *Ancyr. cap. 2. Burch. lib. 5. cap. 41. Ivo part. 2. c. 50. decret.*

## CAPUT IV.

*Dif. 50. c. 65. Confir-  
mandum. 12.* Si presbyteri, vel diaconi ob aliquod crimen  
convicti a ministerio amoveantur, non imponantur  
eis manus. *Carthag. c. 27. G. Carthag. V. c.  
11. L. Raban. c. 1. de pœnit. Capitul. lib. 5. c.  
66. Burch. lib. 19. cap. 72. Ivo part. 15. cap. 85.  
decret.*

## CAPUT V.

*Dif. 34. c. 12.* Si laici adulterium commisisse probatur,  
ipse ad ministerium ecclesiasticum accedere non  
potest. Si post ordinationem illa adulteravit, de-  
bet iste eam dimittere: si nolit, ministerio suscep-  
to

uti non potest. *Neocæs. cap. 8. Mart. Brac. c. 28.*

## CAPUT VI.

Necantibus partus conceptos, vel editos post septem annos communio tribuatur, semper tamen fletibus, & humilitati insistant. Si clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat, attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis interficiunt. *Ilerd. cap. 2. Anselm.  
lib. 11. c. 51.*

TITULUS XXXIV.  
NEMO SUSCIPAT BIS EUNDEM  
ORDINEM.

## CAPUT I.

**R**eordinationes, & rebaptizationes, & se-  
dium mutationes sancti Patres in Africa-  
no concilio congregati omnimodis interdixerunt,  
fecuti & nos interdicimus. *Synod. Ravenn. sub  
Joann. IX. part. 1. c. 5.*

## CAPUT II.

Episcopus, presbyter, diaconus alteram ordi-  
nationem accipiens deponatur cum ordinante,  
nisi constiterit ab hereticis fuisse ordinatum, &c.  
*Apost. c. 68.*

## CAPUT III.

*Sicut baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel, in eodem  
iterum ordine non debet consecrari. Greg. lib. 2.  
indict. 10. ep. 32. Joann. Episc. Ravenn. Ivo  
lib. 3. tit. 7. c. 1. panorm. C part. 6. c. 82. de-  
cret. Anselm. lib. 7. c. 92. al. 104.*

## CAPUT IV.

In synodo Capuz statutum est, ut reordina-  
tiones non fiant. *Carthag. c. 49. G. Carthag. III.  
cap. 38. L. Afr. c. 15. L. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 76.  
panorm. C part. 1. cap. 152. decret. Cæsaraug.  
lib. 12. c. 61.* *De conf. d. 4.  
Non licet.  
107.*

TITULUS XXXV.  
DE ORDINATIS AB EXCOMMUNICATIS,  
VEL DEPOSITIS.

*Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XX. quibus  
adde:*

## CAPUT I.

**O**rdinationes illorum, qui ab excommunica-  
tis sunt ordinati, sanctorum patrum sequen-  
tes vestigia, irritas fieri censemus. *Greg. VII. in  
concil. Rom. anni 5.*

## CAPUT II.

Nos consecrationem nullo modo dicere possu-  
mus, quæ ab excommunicatis hominibus est ce-  
lebrata. *Greg. Maximo Præsumptori lib. 3. ep.  
20. Ivo part. 5. c. 134. decret.* *9. 7. 1. c. 1.*

## CAPUT III.

Rhemorum Metropolitanus Episcopus vene-  
rabilis Hincmarus ostendit, non paucos a dece-  
fatore suo Ebbone, postquam canonice depositus  
fuisset nec vero canonice restitutus, irrationabi-  
liter ordinatos, &c. Serie igitur depositionis me-  
morati Ebonis plenissime prolata, multis Me-  
tropolitani, pluribusque aliis Episcopis, qui  
auctores fuerunt, recitatis, restitutionis autem  
illius paucis admodum, & aliarum regionum præ-  
fulibus nominatim expressis, claruit præfatum  
Ebonem Episcopale officium illicite repetisse:  
quosque gradibus ecclesiasticis æstimatus fuerit

Ss

pro-

## 322 Juris Pontificii Veteris Epitome

promovisse, damnationi potius obnoxios effecisse, &c. In synodo apud S. Medard. in princ.

### C A P U T . IV.

Surgens Emmo Noviomagensis Episcopus provexit rotulum auctoritatem canoniam & Apostolicam continentem, quod qui ab ipso (*Ebone deposito*) voluerant, & visi fuerant ordinari in gradus ecclesiasticos ab eodem, quod idem non habuit, nemo eorum accipere potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem eis dedit, quia qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, ut Innocentius Papa dicit, inveniri non potest. Et sic quinta actione canonica, & Apostolica auctoritate inventum, & decretum est a sacratissima synodo, ut quidquid in ordinationibus ecclesiasticis idem Ebbo post damnationem suam egerat, secundum traditionem Apostolice sedis, ut in gestis Pontificum legitur, praeter sacram baptismum, quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est, irritum, & vacuum habeatur, & ordinati ab eo, in quacumque terrarum parte profugi agentur, vel vagati sunt, quia divinum judicium effugere nullatenus possunt, Spiritus sancti iudicio ecclesiasticis gradibus privati perpetuo habeantur. In synodo S. Medardi in causa Hincmari post med. Sed Nicol. ep. 47. & seq. gesta in hac synodo rejecit, & hos ut in iuste depositos restituit.

### T I T U L U S . XXXVI.

**DE ORDINATIS AB HÆRETICIS, ET SCHISMATICIS.**

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XX. quibus adde:

### C A P U T . I.

**E**piscopus unus (*a Novato ordinatus*) peccatum fribiliter lamentatus, & idem aperte confessus ad ecclesiam revenit, quem populo universo pro eo rogante, tandem ut laicum in communionem recipimus: atque alios, qui in reliquorum duorum Episcoporum loca, qui eum creassent, misimus, &c. Cornel. ep. 3. ad Fab. Antioch. apud Euseb. lib. 6. c. 35.

### C A P U T . II.

**L. q. 1. c. 78.** Arianos, ceteraque hujusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum, sub imagine pœnitentiae, ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscepimus, non videatur clericos eorum cum sacerdotii, aut ministerii cuiuspiam suscipi debere dignitate, &c. quoniam cum a catholica fide eorum autores descicerent, [perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt, nec dare ejus plenitudinem possunt, quam maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam notius, quam per fidem, dixerim, perdiderunt. Quomodo fieri potest, ut eorum prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipientiam gratiam, cum pœnitentiae imagine recipimus? &c. Innoc. ep. 18. ad fin. Alex. Episc. Ivo lib. 3. tit. 10. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 9. c. 58. Cæsaraug. lib. 13. cap. 50. Tarrac. lib. 1. cap. 23.

**Ead. q. c. 17.** Qui perfectionem.

### C A P U T . III.

Adjungimus consentu, & auctoritate communis, ut etiam si qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi, ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud haereticos a pseudoepiscopis, & Antichristis contra Christi dispositionem, profana ordinatione promoti sunt, & contra altare unum, atque divinum sacrificia foris falsa, ac sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione suscipi, cum revertuntur, ut communicent laici, & satis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinantis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint, &c. Cyprian. ad Stephan. lib. 2. epist. 11.

### T I T U L U S . XXXVII.

**DE QUIBUSDAM, QUI ORDINES SUBSCIPERE NON PROHIBENTUR.**

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XVI.

### T I T U L U S . XXXVIII.

**MONACHI ASCENDERE POSSUNT AD SACROS ORDINES, SI EPISCOPUS, ET ABBAS CONSENSUM PRÆBEANT.**

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XXVIII.

### T I T U L U S . XXXIX.

**DE REBUS, QUAS PROMITTERE DEBENT, QUI ORDINANTUR.**

### C A P U T . I.

**U**nusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est *Dif. 23. c. 6.* accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui annotatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste, & pie vivere debeat, & ut in nullis operibus suis canonicas regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præminentib[us] sibi unusquisque dependat, juxta illud B. Papæ Leonis editum: „[ Qui se scit aliquibus esse præpositum, tum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat “. Poena tamen juxta ecclesiastica consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab his, qui transgressores fuerint, persolvenda est. Tolet. XI. cap. 10. Leo epist. 82. in fin. ad Anat. Thessalon. Episcopum Anselm. lib. 7. cap. 88.

### C A P U T . II.

Dictum est de quibusdam fratribus, qui eos, quos ordinaturi sunt, jurare cogant, quod digni sunt, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint Episcopo, qui eos ordinant, & ecclesia, in qua ordinantur. Quod juramentum, quia periculosum est, omnes una inhibendum statuimus. Cabilon. sub Carolo, cap. 13.

### T I T U L U S . XL.

**D E T O N S U R A.**

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XXVIII. Lib. VI. Tit. XXXVIII. & Lib. VIII. Tit. XI. quibus adde:

### C A P U T . I.

**Q**uoniam videmus nonnullos a pueris cleri *Dif. 69. c. 1.* tonsuram accipientes, nondum accepta Epi-

2. q. 7. q. 6.  
c. 12. & 14.  
Qui scis.

Episcopi manuum impositione, & in congregazione in suggestu legentes, & id non canonice facientes, hoc a praesenti canone non fieri permittimus, hoc ipsum autem etiam in monacho servari. Nicen. II. cap. 14. Ivo part. 5. c. 376.

## C A P U T II.

In Armenia nonnulli cantores, & lectors sine tonsura ordinantur, &c. Nemo in ambone divinos sermones populo canat, nisi sacra tonsura utatur, & benedictionem a suo pastore legitime acceperit. Trull. cap. 33.

## T I T U L U S X L I .

*NE QUISQUAM, QUI UXOREM HABET; SACRIS INITIETUR, NISI IPSE, ET UXOR PROMISE- RINT CASTITATEM.*

## C A P U T I .

*A*sumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio. Arel. II. cap. 2.

## C A P U T II.

Placuit, ut diacones si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiam si uxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen, ut si quis etiam ante interdictum, quod per priores ante nos Episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus vixerunt, presbyterii honore non cumulentur, &c. Tolet. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 5. panorm.

## C A P U T III.

*c. 77. Episcopus, c. 6.* Si conjugati juvenes consenserint ordinari, et iam uxorum voluntas ita requirienda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Agath. cap. 16. Ivo part. 5. cap. 365. decret.

## C A P U T IV.

*Dif. 28. c. 7. Præterea, \* professi.* Non ordinentur diacones conjugati, nisi qui prius, conversionis proposito, confessi\* fuerint castitatem. Arauf. cap. 22.

T I T U L U S X L I I .  
*COMMUNIA DE ORDINANDIS.*

## C A P U T I .

*S*ecundum traditas formas per singulas provincias, ac regiones, & urbes in ecclesiasticis promotionibus, & consecrationibus illa, quæ indicia, & signa sunt ordinis, quæ unicuique inservientur, retineri decernimus. Synod. VIII. in gener. CP. sub Hadr. II. cap. 27.

## C A P U T II.

*De preb. c. 30. Greg. IX. c. 6. ad tit. 4. coll.* Qui parochiale habet ecclesiam, non per Vicarium, sed per se ipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius ecclesia cura requirit. Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 32.

## C A P U T III.

Episcopi in baptismalibus plebis, ut certe propriis, diligenter curam habere debent, & cum eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius obseruentur, convenit ibidem habitantium sibi adhibere consensum. Synod. Rom. sub Eug. II. & Leone IV. cap. 8.

## C A P U T IV.

*De inflit. c. 2. in 2. coll. \* congregandis.* In ordinandis\* clericis modus discretionis tenetur, videlicet ne plures admittantur, quam facultas rerum eis canonice attributa sufficere

possit. Syn. Rom. sub Eug. II. & Leone IV. c. 9.

## C A P U T V.

Omnis clericus ad eumdem titulum, ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur. Urban. II. in synod. Claromont. cap. 13.

## C A P U T VI.

Eos, qui religiositatis speciem simulantes, Dominici corporis, & sanguinis sacramentum, baptisma puerorum, sacerdotium, & ceteros ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tamquam hæreticos ab ecclesia Dei pellimus, & damnamus, & per potestates exteriores coerceri præcipimus. Defensores quoque ipsorum ejusdem damnationis vinculo innodamus. Innoc. II. in syn. Rom. cap. 17.

## C A P U T VII.

*25. q. 1. c. 12. dif. 9. c.* Omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps non verit denegari. Leo epist. 1. cap. 5. ad Episcopos per Campaniam, &c. Ivo part. 5. cap. 33. decret. Anselm. lib. 4. cap. 47. Cæsaraug. lib. 1. c. 32. Tarrac. lib. 3. cap. 60.

## C A P U T VIII.

Quod de omni ecclesia quemcumque voluerit clericum (*Romanus Pontifex*) valeat ordinare. Greg. VII. lib. 2. registr. in dictat.

## C A P U T IX.

Quod ab illo (*Pontif. Rom.*) ordinatus alii ecclesiæ præesse potest, sed non militare, & quod ab alio Episcopo non debet superiore gradum accipere. Greg. VII. lib. 2. registr. in dictat.

## C A P U T X.

De his, qui in quibusdam locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent. Arelat. I. cap. 2.

## C A P U T XI.

Si iidem criminosi aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his, quos ordinaverunt, ratio subsistit, non illis obsit ordinatio. Arelat. I. c. 13.

## C A P U T XII.

Non permittatur turbis electiones facere eo. rum, qui ordinandi sunt in sacerdotium. Laodic. cap. 13. Mart. Brac. cap. 1. Burch. lib. 2. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 28. decret. Anselm. lib. 6. cap. 38. Deusded. cap. 1. & 4. Capitul. lib. 7. cap. 79. Cæsaraug. lib. 1. cap. 18.

## C A P U T XIII.

In ordinandis clericis Nicenum concilium sequamur. Si quis aliud facere præsumperit, excommunicatus habeatur, nisi per correptionem fratrum emendaverit errorem. Tolet. Lin. proœm.

## C A P U T XIV.

Si priorum canonum sententia hunc recte tenet ordinem, ut Episcopus ab alio Episcopo si indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat, & accipiat, cur qui in diœcesi sua habet eos, quos pro Dei officio, & suo juvamine dignos repererit, ad suam principalem ecclesiam non perducat, & habeat? &c. Hi tamen, qui fuerint transducti, humilitatem dignam Episcopo suo

*25. q. 1. c. 12. dif. 9. c.*  
1. Si Roma-  
norum, §.  
Quibus.

teneant, & eo honore, & reverentia habeantur, & venerentur in cathedrali ecclesia, sicut ii, quos constat fuisse ordinatos in ea. *Emerit. cap. 12.*

## C A P U T XV.

Cum quilibet canonorum ad regiam venerit majestatem, & suo se voluerit mancipare servitio, consensu Episcopi, ad cuius dioecesim pertinere dignoscitur, eum recipiat; & si in ordine clericali eum promoveri voluerit, manus impositione ad ecclesiasticum ordinem sancti Spiritus munere, si dignus fuerit, consecretur. *Melden. cap. 58.*

## C A P U T XVI.

*2. q. 1. c. 9.* Legum ecclesiastiarum consuetudo, & auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant, adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur, &c. Ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere jubetur, &c. *Synod. apud D. Medard. in*

*accusatione Hincmari post princ. Burch. lib. 2. cap. 197. Ivo part. 6. cap. 269. decret.*

## C A P U T XVII.

Sacris instructi canonibus non ignoramus, Metropolitano vestro charissimo fratri nostro Erardo competentem reverentiam vos debere, ita ut praeter ejus præsentiam, aut consensum, nullus in regione vestra canonice possit ordinari Episcopus. *Tullen. in epist. ad quosdam Episcopos.*

*De septem ordinibus, & de unoquoque eorum maxime actum est in prima parte. De Episcopis lib. 4. de presbyteris lib. 4. de diaconibus, & subdiaconibus lib. 8. de reliquis clericis, ostiariis exorcistis, lectoribus, & acolythis vide Carth. IV. a cap. 3. ad lib. 4. tit. 3. & etiam 10. Aquilgr. a cap. 1. ad 9. ex D. Isidoro lib. 11. de ecclesiast. officiis, cap. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14.*

## L I B E R D E C I M U S S E P T I M U S.

## De Matrimonio.

## T I T U L U S I.

*NE QUISQUAM MATRIMONIUM DARE MNARE AUDEAT.*

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXX. quibus adde:

## C A P U T I.

*De summ. Trin. c. 1. Greg. IX. & in 4. coll.* **N**ON solum autem virgines, & continentes, verum etiam conjugati per fidem rectam, & operationem bonam, & sic placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 1. in fin.*

## C A P U T II.

Eos, qui religiositatis speciem simulantes, Dominici corporis, & sanguinis sacramentum, baptismus puerorum, sacerdotium, & cæteros ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnant foedera nuptiarum, & tanquam hæreticos ab ecclesia Dei pellimus, & damnamus, & per potestates exteriores coerceri præcipimus. Defensores quoque ipsorum ejusdem damnationis vinculo innodamus. *Innoc. II. in syn. Rom. c. 17.*

## C A P U T III.

Iidem dicunt, plasmationem humanorum corporum diaboli esse figmentum, & semina conceptionum opere dæmonum in mulieris uteris figurari, propterea resurrectionem carnis non esse credendam, quia concretio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figura sunt dæmonum, qui non in foeminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. *Leo ep. 91. c. 8.*

## C A P U T IV.

*Dif. 28. c. 15.* Si quis dijudicat presbyterum conjugatum, & ab eo nolit accipere communionem, anathema sit. *Gangr. c. 4. Burch. lib. 3. c. 75. Ivo part. 3. cap. 128. decret.*

## C A P U T V.

Congessimus in opere conventus nostri, nonnulla capitalia \* ad vestram, fideliumque vestrum observationem, & salutem pertinentia, &c. scilicet quod nosse eos oporteat, conjugium a Deo esse constitutum, & quod non sit causa luxuriae, sed causa potius filiorum appetendum. Et ut virginitas, sicut doctores nostri tradunt, usque ad nuptias sit custodienda. *Parif. sub Ludov. & Lotb. lib. 3. c. 2.*

T I T U L U S II.  
DE SPONSALIBUS.

## C A P U T I.

**D**E conjugali violatione \* requisisti, si def. 27. q. 2. c. 49. sponsatam alii puellam alter in matrimonio. \* al. velatum possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressio violetur. *Syr. ep. 1. c. 4. Burch. lib. 9. c. 31. Ivo lib. 6. c. 16. panorm. & part. 8. c. 169. decret. Anselm. lib. 10. c. 7. Cesaraug. lib. 17. c. 23. Tarrac. lib. 5. cap. 72.*

## C A P U T II.

Decreta legalia despontatam, si converti volunt, nullo omnino censuerunt damno mulier. *Greg. lib. 6. ep. 20. ad Fortunatum.*

## C A P U T III.

Sponsalia futurarum sunt nuptiarum promissa 20. q. 1. c. 3. Nostrates, fœdera, quæ consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur. *Nicol. ad consulta Bulgar. c. 3. Ivo lib. 6. tit. 1. c. 9. & 30. panorm. & part. 8. c. 6. decret. Cesar. lib. 10. c. 7.*

## C A P U T IV.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, 31. q. 3. c. 1. triennii tempore abstineant se a communione. Sitamen iidem sponsus, vel sponsa in illo gravi cri-

crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servetur. *Elib. c. 54. Ivo part. 8. cap. 46. decret. Cæsaraugust. lib. 10. cap. 25.*

## C A P U T V.

*Qui depositam alteri mulierem, eo vivo, cui desponsata est, in nuppiarum dicit societatem, adulterii criminis subiiciatur. Trull. c. 38.*

## C A P U T VI.

Nemini liceat furtim, raptimque nuptias contrahere, ne forte per erroris ignaviam, vel certe, quod pejus est, diabolico instigati amore, illicita connubia celebrentur, sed interventis pactis sponsalibus, &c. *Foro jul. c. 8. vide sub tit. de matrimonio clandestino.*

## T I T U L U S III.

*MULIERES NON NUBANT SINE CONSENSU PARENTUM, VEL ALIORUM, IN QUORUM SUNT POTESTATE.*

## C A P U T I.

*Nen hoc ita prescribitur, ac si matrimonium sit parentes non consentiant. \* compri- mera.* Nullus per imperium potestatis filiam competrere \* audeat alienam, ne conjugium, quæ contra parentum voluntatem piam copulatur velut captivitas judicetur, sed sicut est prohibitum non admittatur. Si quis perpetraverit excommunicationis severitas pro modo piaculi imponatur. *Aurel. IV. c. 22.*

## C A P U T II.

Childebertus, & Clotarius Reges, & Charibertus successor constituerunt, ut nullus puerum aut viduam absque parentum voluntate tradere, aut accipere præsumat. Quæcumque ergo timet violentiam, & vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propinquai possint eam Principis imperio, aut sacerdotis, vel ecclesiæ beneficio liberare, & defensare, ac condigno sociare marito, &c. In prophetis legitur, quia de alienigenis contra interdicta Dei Hebrei sortiti fuissent uxores, populum Dei a gentibus superatum. Post prædicante Propheta, quia diniisere filios, & separaverunt se ab illicitis conjugiis, statim victoriam fuisse secutam. *Turon. II. c. 21.*

## C A P U T III.

*36. q. 2. c. 6.* Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandum. Quod si fecerit, similiter ab ecclesiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur. *Paris. c. 6. Ivo part. 8. c. 25. decret.*

## C A P U T IV.

*27. q. 1. c. 28. 32. q. 2. c. ult.* Viduæ, si priusquam continentiam profiten- tur, nubere elegerunt illis nubant, quos propria voluntate velint habere maritos, similiter hæc conditio & de virginibus habeatur, nec circa voluntatem parentum, vel suam maritos cogantur accipere. *Tolet. III. c. 10. Burch. lib. 8. cap. 44. Ivo part. 7. cap. 62. Cœl. part. 8. cap. 18. Cœl. 19. decret.*

## C A P U T V.

Puellis, quæ præter patris sententiam fornicatores secutæ sunt, reconciliatis parentibus, vide-

tur res remedium accipere, &c. *Basil. ad Amphiloch. cap. 38.*

## C A P U T VI.

Quæ præter Domini sententiam se viro tradidit, fornicata est. Quæ autem postea libero matrimonio usa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero matrimonium. *Basil. ad Amphiloch. cap. 40.*

## T I T U L U S IV.

*NON SUFFICIT CONSENSUS PARENTIS IN MATRIMONIO FILII, SED NECESSARIUS EST CONTRAHEN- TIS CONSENSUS.*

## C A P U T I.

*TUA sanctitas requisivit a nobis, frater ve- De despon- nerande, de filio adulto, quem pater ma- sat. impuber. trimonium ducere vult, si sine voluntate adulti- c. 1. ap. Gr. filii facere potest? Ad quod dicimus, si aliquo IX. & c. 2. modo non consentit filius, fieri non posse. Posset in i. coll. autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater, cui vult, in matrimonio copulare, & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino servare, & adimplere debet. Hæc omnibus orthodoxæ fidei sanctimus, & vobis tenenda mandamus. Hormisda Eusebïo Episcopo.*

## C A P U T II.

Sufficit secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui confessus, si solus in nuptijs forte defuerit, cætera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, Joanne Chrysostomo magno doctore testante qui ait: *matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Nicol. ad consulta Bulgar. c. 3. Auctor operis imperfecti in Matth. hom. 32. Ivo lib. 6. tit. 8. c. 6. panorm. Cœl. part. 8. cap. 17. Cœl. 233. decret. Cœl. ep. 130. ad Daimbertum Senon. Archiepiscopum, Cœl. ep. 143. ad Hildebertum Cænomanen. Episcop. Cœl. epist. 241. ad Gualonem Paris. Episcopum. Anselm. lib. 10. c. 30. in Rom. Cœsar. lib. 10. c. 27. Tarraconen. lib. 1. c. 219.*

## C A P U T III.

Nullus præsumat ante annos pubertatis, id est infra ætatem, puerum, vel puellam in matrimonio sociare, nec in dissimili ætate, sed coæta-neos, sibiique consentientes. *Foro jul. c. 9.*

## T I T U L U S V.

*DE CÆREMONIIS, QUÆ IN MATRIMONIO OBSERVARI SOLENT; ET IN PRIMIS DE BENEDICTIONE.*

## C A P U T I.

*P*resbyter etiam ab his, qui foris sunt, testimoniū habeat bonum. Unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a sacerdote sit benedicta, &c. *Synod. Rom. CCLXVIII. Episcoporum tempore Silvestri Dam. in Silvestri.*

## C A P U T II.

Custoditum, & traditum habemus, ut uxor 30. q. 5. c. 1. legitime viro jungatur, aliter enim legitimum, ut a patribus & a sanctis Apostolis eorumque successoribus traditum invenimus, non fit conju-gium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem videntur habere, & a quibus custodi-tur, uxor petatur, & a parentibus, aut pro-pria-

## 326 Juris Pontificii Veteris Epitome

pinquieribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus, & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranymphis, ut consuetudo docet, custodita, & consociata a proximis, tempore congruo petit, legibus dotetur, & solemniter accipiatur, & biduo, triduo orationibus vident, & castitatem custodian, ut bonæ soboles generentur, & domino in actibus suis placeant, taliter enim, & Domino placebunt, & filios, non spurius, sed legitimos, atque hereditabiles generabunt. Ita per aetate legitima scitote esse connubia, aliter vero presumpta non conjugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerit legitima. *Evarist. epist. 1. in princ. Capit. lib. 7. cap. 463. Ivo lib. 7. tit. 1. c. 29. panorm. C part. 8. cap. 4. C 5. decret. C epist. 10. ad Episcop. Melden. Anselm. lib. 10. cap. 2. Cesar. lib. 10. cap. 6. Tarrac. lib. 4. cap. 48.*

### C A P U T III.

*3. q. 4. c. 4.* Quisquis non est legitime coniunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes, vel legitime coniuctos criminari, vel in eos testificari minime potest. *Callist. epist. 2. ante med.*

### C A P U T IV.

*27. q. 2. c. 49.* De conjugali velatione \* requisisti, si desponsatam alii puellam aliter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nuptria sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. *Syric. epist. 1. cap. 4. Burch. lib. 9. cap. 31. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 16. panorm. C p. 8. c. 169. decret. Anselm. lib. 10. c. 7. Cesar. lib. 10. cap. 23. Tarr. lib. 5. c. 72.*

### C A P U T V.

*Dif. 77. c. 3.* Quicumque ita se ecclesia voverit obsequiis, a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiarum usque ad tricesimum etatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communis per sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus, acolythus, & subdiaconus esse debebit. *Syric. epist. 1. cap. 9. Ivo part. 6. cap. 91.*

### C A P U T VI.

*I. Tom. 3. Tit. 1. Levit. 21.* Ne is, qui secundam duxerit uxorem clericus fiat, quia scriptum est, unius uxoris virum, & iterum sacerdotes mei semel nubant, & alibi, sacerdotes mei non nubant amplius. Ac ne ab aliis existimetur ante baptismum, si forte quis acceperit uxorem, & ea de sacerdote recedente alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, quia in baptismo peccata dimittuntur, non acceptarum uxorum numerus abuletur, &c. cum benedictio, quae per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutae doceatur. *Innoc. epist. 2. cap. 6. Anselm. lib. 7. cap. 10.*

### C A P U T VII.

Si corruptus postea baptizatus, & in monaste-

rio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit, quia nec benedicti cum sponsa potest jam antea corruptus, quae forma servatur in clericis; maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus baptizatus, clericus esse voluisse, spondeat se uxorem omnino non ducere. *Innoc. epist. 2. cap. 10.*

### C A P U T VIII.

Consuetudinem, quam Graecos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, commemorare, prolixitatem stili vitantes, carpitum morem, quem sancta Romana suscepit antiquitus, & haec tenus in hujusmodi conjunctionibus tenet ecclesia, vobis monstrare studebimus. Nostrates siquidem *30. q. 5. c. 3.* tam mares, quam foeminae, non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia foedera contrahunt, in capitibus deferunt, sed post sponsalia, quae futurarum sunt nuptiarum promissa foedera, quaeque consensu eorum, qui hoc contrahunt, & eorum in quorum potestate sunt, celebrantur. Et postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque utriusque placitam sponsus ei cum scripto patrum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum, tale quid fieri presumatur, ambo ad nuptialia foedera perducuntur. Et primum siquidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem, & velamen celeste suscipiunt, ad exercitum videlicet, quos Dominus primos homines in paradyso collocans benedixit eis dicens: *Crescite & multiplicamini, &c. Siquidem, & Genes. 1. Tobias antequam cum conjugie convenisset, oratione cum ea dominum orasse describitur. Verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat. Post haec autem de ecclesia egressi coronas in capitibus gestant, quae semper in ecclesia ipsa sunt solitare reservari. Et ita festis nuptialibus celebratis, ad ducendam individuam vitam Domino disponente decantero diriguntur. Haec sunt iura nuptiarum, haec sunt, prater alia, quae nunc ad memoriam non occurunt, pectora conjugiorum solemnia; peccatum autem esse, si haec cuncta in nuptiali foedere non interveniant, non dicimus. Nicol. ad consulta Bulgarorum cap. 3. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 9. C 30. panorm. C part. 8. cap. 6. decret. Cesar. lib. 10. cap. 7.*

### C A P U T IX.

Sponsus & sponsa cum benedicuntur sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel paranymphis offrantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant. *Carth. IV. c. 13. Burch. lib. 9. cap. 5. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 18. panorm. C part. 8. cap. 6. in fin. C cap. 143. decret. Cesar. lib. 10. cap. 8.*

### C A P U T X.

Talis esse debet, quae uxori habenda secundum *Vid. 30. q. 4.* legem, sit casta in virginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita sponsa, & a paranymphis ac-

accienda, & ita secundum legem, & evangelium publicis nuptiis in conjugio liceat sumenda. *Troslejan. cap. 8. in med. ex D. Aug.*

## C A P U T XI.

In canonibus praeceptum est, ut nemo usque ad affinitatis lineam, & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat, neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere presumat, oppido enim ista omnino cayenda sunt, ne fiant; sed postquam ista omnia probata fuerint, & nihil impeditur, tunc si virgo fuerit, cum benedictione sacerdotis, sicut in sacramentario continetur, & cum concilio multorum bonorum hominum publice, & non occulte ducenda est uxor. *Troslejan. cap. 8. ante fin.*

## T I T U L U S VI.

**N**E PECUNIA ACCIPIATUR BENEDICTIONIS NUPTIALIS CAUSSA.

## C A P U T I.

*D. simon. c. 9. Grg. IX. & c. 8. eod. tit. in 1. coll.* IN quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut &c. pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid exigatur, &c. Ne igitur hoc decetero fiat, & vel pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, &c. vel pro nubentibus benedicendis, seu etiam aliis sacramentis aliquid exigatur, districius inhibemus, &c. *Alex. III. in concil. Later. cap. 7.*

## C A P U T II.

*D. sim. 42. Greg. IX. & 6. eod. tit. in 4. coll.* Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent, &c. pravas exactiones fieri prohibemus, statuentes, ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta, sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 66.*

## T I T U L U S VII.

**Q**UIBUS TEMPORIBUS NUPTIAS CELEBRARI NON LICEAT.

## C A P U T I.

*33. q. 4. c. 11.* NEC uxorem ducere, nec convivia facere in quadragesimali tempore convenire posse ullenus arbitramur. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 48. Ivo part. 8. c. 47. Casaraug. lib. 10. c. 26.*

## C A P U T II.

*33. q. 4. c. 8. & 9.* Non oportet in quadragesima nuptias, vel natalitia celebrare. *Laod. cap. 52. Mart. Brac. cap. 48. Ivo part. 8. cap. 39. decret.*

## C A P U T III.

Jejunium diebus dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & resurrectionis dominica tanta solemnitas, & ideo placita illis diebus, neque nuptias pro reverentia tantæ solemnitatis celebrari visum est. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. ult. cap. 17.*

## C A P U T IV.

De legitimis conjugiis ita visum est, quod nullus Christianus uxorem ducere debeat ab adventu Domini usque in octavas Epiphaniæ, & a septuagesima usque in octavas Paschæ, nec in supra notatis x iv. diebus ante festivitatem sancti

Joannis Baptistæ, neque in prædictis jejuniis diebus sive in omnium solemnum dierum præcedentibus noctibus. *Salegunt. c. 3. vid. c. 1. C. 2.*

## T I T U L U S VIII.

**D**E FIDE, ET AMORE MUTUO

**VIRI, ET UXORIS.**

## C A P U T I.

**V**IR non debet negligere uxorem suam, sed *7. q. 1. Si diligere, & caste custodire. Uxor, quæ cut, c. 11. sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere, & amare. Vir non debet adulterare uxorem suam. Uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se, vivente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta. Et Dominus loquitur in evangelio: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Evarist. epist. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 182. decret. Anselm. lib. 6. cap. 102. Tarrac. lib. 3. cap. 67.*

## C A P U T II.

Sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo, *7. q. 1. c. 8.* vel judicari, aut disponi, nisi a proprio viro, eo vivente, permititur, sic nec uxor Episcopi ecclesia, vel parochia, &c. Unde ait Apostolus, *alligata est uxor legi, quandiu vir ejus vivit, eo vero defuncto, soluta est a lege viri.* Similiter, & sponsa Episcopi, quia sponsa, uxorque ejus dicitur ecclesia, illo vivente, ei est alligata, eo vero defuncto soluta est, cui voluerit nubat, tantum in domino, id est regulariter. *Callist. epist. 2. ante med. Anselm. lib. 6. cap. 103. Burchard. lib. 3. cap. 49. Ivo part. 3. cap. 53. C. part. 5. cap. 101. decret. C. epist. 77. Episcopis diœcesis Rhemensis.*

## C A P U T III.

Congessimus in opere conventus nostri nonnulla alia capitalia \* ad vestram, fideliumque *\* capitula. strorum observationem, & salutem perinventia, ria, f. &c. scilicet, quod nosse eos oporteat, conjugium a Deo esse constitutum, &c. quomodo etiam in castitate (vir) uxores suas diligere, eisque, ut pote vasi infirmiori, honorem debitum debeat impendere. *Parisens. sub Ludov. C. Loth. lib. 3. cap. 2.**

## T I T U L U S IX.

**Q**UIBUS TEMPORIBUS VIRIS CONSULITUR AB UXORIBUS ABSTINERE.

## C A P U T I.

**A**d concubitum uxorvir eius accedere non *Dif. 3. c. ult.* debet, quoque qui gignatur, ablaetetur. Prava autem in conjugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutrientem tradant, quod videlicet ex sola causa incontinentiae videtur inventum, quia dum se coactinere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt. Haec itaque, quæ filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutritendum tradunt, nisi purgationis tempus transferri, viris suis non debent admisceri, quippe quia & sine partu causa cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis mi-  
fice-

## 328 Juris Pontificii Veteris Epitome

sceri prohibentur, ita ut morte lex sancta feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. *Greg. interrog. 10. ad August. Anselm. lib. 10. c. 59. in addit. Ivo part. 8. c. 88. decret. Cesar. lib. 10. cap. 56. Tarrac. lib. 6. c. 225.*

### C A P U T II.

Si ex consensu conjugatorum etiam alio, forte mundo corpore, tempore, vacatur orationi, quanto potius isto (*loquitur de quadragesima*) quo Deo etiam carnis nostrae decimas damus, quo ipsum in abstinentia Dominum imitamus, quo non solum illicita, verum etiam multa a nobis quoque licita merito resecamus, omni est voluptati renunciandum, & ut licenter orationi vacetur, castitati mentis, & corporis incumbendum. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 9.*

### C A P U T III.

*Confutatis præterea, si liceat viro die Dominico, nocturno, vel diurno tempore cum uxore sua conjungi, aut dormire, quibus respondemus, quoniam si dominico die ab opere mundano cessandum est, quanto potius a voluptate carnali, & omnimoda corporis pollutione cavendum, præfertim cum Dominici diei nomen, quod nihil eodem die, præter quæ Domini sunt, Christianus agere debeat, liquido manifestet. Porro id ipsum est de nocturno ipsius diei, quod de diurno tempore sentiendum. Porro ut verbis utar Apostoli: hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Nicol. ad consult. Bulg. cap. 63.*

### C A P U T IV.

Quot diebus viro, postquam mulier filium generit, ab ea sit abstinentia, non ad inventiōnibus nostris, sed verbis beatæ memorie Gregorii Romani Pontificis, & Anglorum gentis Apostoli declaratur, qui Augustino Episcopo, quem in Saxoniam ipse direxerat, scribens inter cetera dicit: „Ad ejus vero concubitum“, &c. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 64. Gr. ad August. interrog. 10.*

### C A P U T V.

*De conf. d. 5. cap. 12.* Neophyti aliquamdiu a lazieribus epulis, & spectaculis, vel conjugibus abstineant. *Carrag. IV. cap. 86. Burch. lib. 4. cap. 12. Ivo part. 1. cap. 270. decret.*

### C A P U T VI.

Die Dominico abstinen debent Christiani ab omni opere carnali, etiam a propriis conjugibus. *Forojul. c. 13.*

### C A P U T VII.

*\* capitula-  
ria f.* Congessimus in opere conventus nostri nonnulla alia capitalia \* ad vestram, fideliumque vestrorum observationem, &c. Quod commissio carnalis cum uxoribus gratia fieri debeat prolis, non voluptatis, & qualiter a coitu prægnantium uxorum viris abstinentia sit. *Parisien. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 2.*

### C A P U T VIII.

Iis, qui matrimonii societate junguntur, in quibusnam septimanæ diebus proponere oportet, ut a mutuo congressu abstineant, & quibusnam

potestatem habeant. Respondeo, quod ante dixi, nunc quoque dico, dicit Apostolus: *Ne vos privetis, nisi forte ex consensu invicem ad tempus, ut vacatis orationi, & rursus eodem conueniatis, ne vos tenter Satanas propter intemperantiam vestram.* Necessario autem sabbato, & die Dominico abstinenere oportet, quod spirituale sacrificium in eis Domino offeratur. *Timoth. Episcop. Alexand. c. 13.*

### C A P U T IX.

Abstinendum est his quadraginta diebus (*loquitur de quadragesima*) a conjugibus, & caste & pie vivendum, ut sanctificato corde & corpore isti sancti dies transigantur, & sic perveniantur ad diem sanctum Paschæ, quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliae, & eleemosynæ non commendant. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap. 43. Burch. lib. 13. cap. 14. Ivo part. 4. cap. 47. decret.*

### C A P U T X.

Ad nonendus est populus, ut ad sacrosanctum sacramentum corporis, & sanguinis Domini nequam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abstineat, sed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquamdiu ab opere conjugali abstineat. *Theodulphus ad presbyt. Aurelian. cap. 44.*

### T I T U L U S X.

*NE FIDELIS MATRIMONIUM CONTRAHAT CUM INFIDEILI.*

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XVII. & Lib. XII. Tit. VII. & XIX.

### T I T U L U S XI.

*NON POSSUNT CONTRAHERE MATRIMONIUM, QUI VOTO CASTITATIS SE ADSTRINXERUNT.*

Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. & Lib. IX. Tit. XVII.

### C A P U T I.

*V*irgo Deo dicata, & monachus nunquam 27. q. 1. c. Si nuptias contrahant; si fecerint, sint ex-qua, 22. & cap. Virgi-communicati. Episcopes tamen cum eis huma-nius agere potest. *Chalc. c. 16. Triburienf. c. 23. Colon. sub Carolo III. c. 6. Burch. lib. 8. cap. 30. Ivo part. 7. c. 49. decret. Anselm. lib. 11. cap. 89. Cesar. lib. 10. c. 116.*

### C A P U T II.

Si quis presbyteram, aut diaconam, aut monacham, quam Dei ancillam appellamus, in con-jugium duxerit, anathema sit. *Greg. II. synod. Rom. c. 1. 2. 3. Trosl. c. 8.*

### C A P U T III.

Feminæ, quæ habitum religiosum, aut vela-men obtenu religiositatis suscepserunt, cum ef-fent viri potentes, deinceps viro sociari non per-mittantur, sed eligentes monasteria regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum caste ob-servent. *Synod. Rom. sub Eugen. II. & Leon. IV. c. 29. Burch. lib. 8. c. 54. Ivo part. 7. c. 72. decret. Tarrac. lib. 6. c. 232.*

### C A P U T IV.

Quæ Christo spiritualiter nubunt, & a sacer-dote velantur, si postea nupserint publice, vel

OC-

occulte corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agendum poenitentiam, nisi is, cui se junxerant, de hac vita decesserit, si enim de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agenda poenitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex eis defunctus fuerit, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sposo conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transire elegit. *Innoc.* ep. 2. c. 12. *Turon.* II. c. 21. *Burch.* lib. 8. c. 13. *Ivo part.* 7. c. 17. *decret.* *Anselm.* lib. 11. c. 88. *Cæsar.* lib. 10. c. 112.

#### C A P U T V.

<sup>17. q. 1. c. 7.</sup> <sup>O. c. 2.</sup> Hæ vero, quæ necdum sacro velamine testæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, si fortan nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur, si enim inter homines solet bona fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solvi sine vindicta non poterit? Nam si Apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem minime servaverunt? *Ibid.* c. 13. *vide Turon.* II. c. 21. *Burch.* lib. 8. cap. 12. *O.* 45. *Ivo part.* 7. c. 18. *O.* 63. *decret.* *Rab.* c. 5. *de pœnit.*

#### C A P U T VI.

<sup>20. q. 1. c. 8.</sup> Puellæ quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum, atque habitum suscepérunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, & si consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi non potest, crimen magnum admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio violatur. *Leo ep.* 90. cap. 13. *O.* 14. *ad Rusticum Narb.* *Episc.* *Burch.* lib. 8. c. 2. *Ivo part.* 7. cap. 20. *decret.* *Anselm.* lib. 11. cap. 87. *Cæsar.* lib. 10. cap. 113. *Tarrac.* lib. 4. cap. 22. I.

#### C A P U T VII.

<sup>27. q. 3. c. 6.</sup> <sup>14.</sup> Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum incesta foedera, sacrilegaque miscere, quos protinus æquum est a sancta communione detrudi, & nisi per publicam probatamque poenitentiam omnino non recipi, sed his viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negatur. *Gelas.* ep. 1. c. 22. *Rab.* c. 5. *de pœnit.* *Capitul.* lib. 1. c. 106. *Burch.* lib. 8. c. 32. *Ivo part.* 7. c. 51. *decret.* *Tarrac.* lib. 4. c. 39.

#### C A P U T VIII.

<sup>36. q. 1. c. 2.</sup> Raptore viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui sacras virgines, vel volentes, vel invitatas, matrimonio sociare tentaverint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus. *Symmach.* ep. 1. cap. 3. *Anselm.* lib. 10. cap. 58. *Tarrac.* lib. 6. c. 249.

#### C A P U T IX.

<sup>27. q. 1. c. 3.</sup> Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ *Tom. VI.*

in religioso proposito diurna observatione permanerunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis æstatem peregrisse contigerit. *Symmach.* ep. 1. c. 4. *Burch.* lib. 8. c. 46. *Ivo lib.* 3. tit. 17. cap. 16. *panorm.* *O.* part. 7. cap. 64. *O.* 144. *decret.* *Cæsar.* lib. 9. cap. 56.

#### C A P U T X.

De puellis, quæ se voverunt Deo, & præclaræ nominis decore floruerunt, si post vigintiquaque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transferint, id custodiendum esse decrevimus, ut cum his, cum quibus se obligaverint, communione priventur, ita ut eis postulantibus poenitentia non negetur, cujus poenitentiæ communio multo tempore differatur. *Arclat.* II. cap. 33. *Turon.* II. cap. 21.

#### C A P U T XI.

Puellæ, quæ se Deo voverunt, si ad nuptias transferunt, poenitentes non statim ad poenitentiam recipientur, cum data tamen fuerit, nisi plene satisficerint Deo, in quantum ratio poposcerit, eidem communio differatur. *Valent.* *Gall.* c. 2.

#### C A P U T XII.

Bonum castitatis præmium majori observantia custodiendum est. Viduæ, quæ se devoverunt <sup>27. q. 1. Si-</sup> <sup>c. 1.</sup> *cut,* c. 1. Domino, & ueste laicali abjecta, sub testimonio Episcopi, & ecclesiæ religioso habitu apparuerunt, & postea ad nuptias sæculares transferunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, <sup>1. Tim. 5.</sup> quoniam fidem castitatis, quam Domino voverunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo sine Christianorum communione maneant, nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ conjuges reatu suo sunt viris suis obnoxiae, quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutaverunt, crimen adulterii notabuntur, si devotionem, quam Deo sponte obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate atque ad secundas<sup>\*</sup> nuptias transitum fecerint? Quæ & si violentia irruente ab aliquo prærepiæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis permanere in conjugio raptori, vel violento viro consenserint, damnationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxiae. De talibus ait Apostolus: *Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem quia primæ fidem irritam fecerint.* *Carth.* IV. cap. 104. *Burch.* lib. 8. cap. 39. *Ivo part.* 7. cap. 58. *O.* 147. *decret.*

#### C A P U T XIII.

Devotam peccantem non recipiendam in ecclesiam, &c. corruptorem etiam par poena conflingat: quæ autem maritum acceperit non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc ipso vivente marito caste vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit. *Follet.* I. c. 16. *Mart.* Brac. c. 31. *Capitul.* lib. 7. c. 294. *Anselm.* lib. 11. c. 91.

#### C A P U T XIV.

Episcopi, presbyteri, diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communiōne habeantur alieni. Pater vero cauſas in concilio noverit se præstaturum, mulier autem non

<sup>27. q. 1. c.</sup> <sup>26. De filia.</sup> *ad-*

## 330 Juris Pontificii Veteris Epitome

admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit poenitentiam; si autem vivente eo feceslerit, & poenituerit, nullo modo nisi vitæ dificiens accipiat communionem. *Tolet. I. cap. 19. Mart. Brac. c. 30.*

### C A P U T XV.

De monachis id observare præcipimus, quod synodus Chalcedonensis constituit. *Barcin. c. 10.*

### C A P U T XVI.

Nullus sacratam Deo virginem, neque si in honore Christi vestem mutavit, tam viduam, quam puellam aut rapere, aut competere, aut sibi conjugem sociare præsumat, quia, & lex Romana constituit, ut quicumque sacratam Deo virginem, vel viduam fortasse rapuerit, si postea ejus de conjunctione convenerit, capitis sententia feriatur. Item [ si quis non dicam rapere, sed attentare matrimonii jungendi causa] sacratas virgines, vel viduas ausus fuerit, capitis sententia feriatur, &c. Nos vero, quos lex perimi jubet, si cupiunt audire præconem, volumus, si convertantur, ut vivant, nam tunc perimendi sunt oris gladio, & a communione privandi, si relicta sibi decreta seniorum obseruare noluerint, &c. Qui ergo in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conversationis permanere, quam le de vetito conjugio separare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque Episcoporum aut presbyterorum, vel diaconorum, aut subdiaconorum eos communicare præsumperit, ab omnibus Episcopis excommunicatus habeatur, &c. *Turon. II. cap. 21.*

### C A P U T XVII.

Sacrarum virginum, neque per raptum, neque per competitiones alias quisquam conjugia sortiatur. Similiter & de earum erit conjunctionibus abstinentium. Et hi, qui eas rapere aut competere voluerint, a communione sunt removendi, quæ vestium commutatione, tam viduæ, quam puellæ religionē, poenitentiā, aut virginitatem publica declaratione fuerint professæ. Quod si contra dicta quis venerit, & sacerdotem suum audire neglexerit, & in præsenti a communione catholicæ ecclesiæ habeatur extranus, & perpetuo anathemate feriatur. *Paris. cap. 5.*

### C A P U T XVIII.

Quæ in domibus propriis tam puellæ, quam viduæ, communatis vestibus convertuntur, cum his, quibus conjugio copulantur ecclesiæ communione priventur, sane si culpam sequestratione sanaverint, ad communionis gratiam revocentur. *Aurel. V. cap. 19.*

### C A P U T XIX.

De puellis, quæ se Deo voverint, & præclaræ decoræ ætatis ad terrenas nuptias transferint, decrevimus, ut si qua puella voluntarie, aut parentibus suis rogantibus religionem professæ, vel benedictionem fuerit consecuta, & postea ad conjugium, aut ad volutabrum sæculi, quod potius stuprum est, quam conjugium judicandum, transgredi præsumperit, usque ad exitum cum ipso, qui se hujusmodi confortio maculavit, communione privetur. Quod si poenitentia ducti se sequestraverint, quamdiu Episcopo loci illius

visum fuerit, a communionis gratia suspendatur. *Matisc. cap. 12.*

### C A P U T XX.

Si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veste, devotarum more induta, castitatem levare promiserit, vel si quis hominum utriusque sexus, poenitentiæ benedictionem expetendo, a sacerdote percepient, ad terrena connubia sponte transferint, &c. utrique ab ecclesiastis minimis expulsi, ita ab omnium catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis, vel colloquii consolatio sit reliqua. *Barcin. II. cap. 4.*

### C A P U T XXI.

Non licet Abbatii, nec monacho ad nuptias ambulare, &c. *Antifod. cap. 24.*

### C A P U T XXII.

Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad sæculum revertuntur, sed etiam uxores accipiunt. Revocati in eodem monasterio, a quo exierant, poenitentiæ deputentur, ibique defleant crimina sua, unde decesserunt. *Tolet. IV. cap. 51.*

### C A P U T XXIII.

Sanctimoniales viduæ sunt, quæ jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transferint, juxta Apostolum, non sine i. *Tim. 5.* damnatione erunt, quia se primum Deo vovenates, postea castitatis propositum abjecerunt. *Tolet. IV. cap. 55. vide Tolet. IV. cap. 6.*

### C A P U T XXIV.

Constituimus, ut nullus laicus homo Deo sacratam foemina ad mulierem habeat. *Synod. Suetion. ad fin.*

### C A P U T XXV.

Item placuit de foeminis cuiuscumque conditionis, puellis scilicet, vel viduis, quæ virginitatis, sive continentiae propositum spontaneè pollicentes, Deo mancipatae fuerint, & ob continentiae signum nigram vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit, in his regionibus induitæ fuerint, &c. Si postea sese sive clanculo corruperint, seu publice nupserint, dignis quidem mundano iudicio corporalibus coercitæ vindictis, segregentur ad invicem, & agant cunctis diibus vitæ suæ poenitentiam. *Syn. Forojul. c. 11.*

### C A P U T XXVI.

Qui sanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis, in conjugium sumunt, publicæ poenitentiæ juxta modum, quem præviderit Episcopus, subigantur. Ipsæ vero locis congruis poenitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Uterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter maneat. Si autem, quod absit, conjugia iterare præsumperint, acriori subdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui si forte obedire monitis salutaribus non voluerint, anathematizentur. *Melden. cap. 67. Burch. lib. 8. cap. 52. Ivo part. 7. cap. 70. decret.*

### C A P U T XXVII.

Si pater, vel mater filium, filiamque intra septa monasterii in infantiarum annis, sub regulari tra-

tradiderint disciplina, non liceat eis, postquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. *Vormat. cap. 22.*

C A P U T XXVIII.

Si quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, & post dicatum Deo propositum, incesta fœdera, sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii Papæ c. xx. legitur, &c. Unde verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sancta synodo præcipimus, ut omnino separantur, & juramento colligentur; ulterius uno non cohabitare teſto, nec familiari frui colloquio, excepto in ecclesia, & in publico, aut pariter ullam habere communionem, unde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facti juste possit oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sint, dividant, & uterque sua provideat. *Tribur. c. 23. Chalced. c. I. Syric. cap. 6. Gelas. cap. 20.*

C A P U T XXIX.

Sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat (*vidua*) nullatenus nubere vertabatur, sic se cum habita deliberatione promissam fidem pudicitia Deo debet custodire (*batenus Gelas. epist. I. cap. 23.*) Qua auctoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conventu sanctificamus, & libere judicamus, quod si sponte velamen, quamvis non consecratum, sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit, sanctimoniae habitum ulterius habere debet, licet sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione velamen sibi imposuisse, ut iterum possit deponere. *Tribur. cap. 25. Burch. lib. 8. cap. 36. Ivo lib. 3. tit. 17. cap. 10. panorm. C part. 7. cap. 55. decret.*

C A P U T XXX.

Nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis habitu consistentem, sive viduitatis continentiam professam, illico connubio, aut vi, aut coalentu accipiat conjugem, quia nec verum poterit esse coniugium. *Troslejan. cap. 8.*

C A P U T XXXI.

Nullus filiam presbyteri, neque diaconi, neque subdiaconi, in coniugium accipiat. *Bituric. cap. 19. Lemovic. act. 2.*

C A P U T XXXII.

Canones Toletani judicant, ut in monasteriis nutriti, cum venerint ad annos adolescentiæ, detur eis optio libera, utrum velint vovere propositum, an inter laicos esse. Qui voluerint, uxores ducant, qui autem propositum in sua potestate relieti voverint, non ultra eis ad faculum licet respicere. *Lemovicen. action. 2. post med. ex Toler. II. cap. 1.*

T I T U L U S XII.

NE PÆNITENTES MATRIMONIUM CONTRAHANT.

Vide in Partis I. Lib. XII. Tit. XVI.

T I T U L U S XIII.

NE MATRIMONIUM CONTRAHANTUR INTER CONSANGUINEOS, ET AFFINES.

C A P U T I.

*De conf. aff. c. 8. Gr. IX. c. 3. sed. tit. in 4.* N O N debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quan-

doque varientur humana, &c. Cum igitur prohibiciones de coniugio in secundo, & tercio affinitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animalium, ut cessante prohibitione, cesseret effectus, constitutiones super hoc editas, sacri approbatione concilii revocantes, praesenti constitutione decernimus, ut sic contrahentes de cetero libere copulentur. Prohibitio quoque copulæ conjugalis quartū consanguinitatis & affinitatis gradū de cetero non excedat, quoniā in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari, &c. Si qui contra prohibitionem hujusmodi præsumperint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 50.*

C A P U T II.

Si quis fratris uxorem, aut neptem, aut novicam, aut nurum, aut consobrinam, aut aliam de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit. *Greg. II. in syn. Rom. c. 5. 6. 7. 8. 9. Trost. c. 8. Burch. lib. 7. c. 22. C 23. C 24. Ivo lib. 7. tit. 8. cap. 5. panorm. C part. 9. c. 58. 59. 60. decret.*

C A P U T III.

Ut consobrinam, neptem, novicam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus præsumat in coniugio copulare, quia scriptum est in lege Domini: *Turpitudinem uxoris patris, uxor fratri, atque sororis tuae non revelabis, C. Syn. Rom. sub Zachar. c. 6. Ivo part. 9. c. 21. decret.*

C A P U T IV.

Afferentibus hominibus de Germaniæ partibus didicimus, quod beatæ recordationis S. Gregorius Papa, dum eos ad religionem christianitatis divina gratia illustraret, licentiam illis dedit in quarta se copulare generatione, sed dum rudes erant, & invitandi ad fidem, quamquam minime scriptum, ut dictum est, reperimus, credere non ambigimus. Deo autem largiente, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc *Joann. I. mundum*, per præteritos annos litteras emiserunt Archiepiscopi, & Reges provinciæ illius, petentes Apostolica præcepta, qualiter liceat eis coniugia copulare, & quomodo debeant observare, quibus quantum Dominus dare dignatus est, admonitionis præcepta direximus. *Syn. Rom. sub Zach. cap. 15. Greg. ad interrog. August. 6. Ivo part. 9. c. 20. decret.*

C A P U T V.

Consobrinam, neptem, novicam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugio copulare. Si quis vero hinc tali nefario coniugio convenerit, & in eo permanferit, sciat se Apostolica auctoritate anathematis vinculo esse innodatum. *Synod. Rom. sub Eugen. II. C Leon. IV. cap. 38.*

C A P U T VI.

De consanguinitate sua nullus uxorem ducat *35. q. 2. c. 17.* usque

## 332 Juris Pontificii Veteris Epitome

usque ad generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit. *Nicol. II. in synod. Rom. CXIII. Episcoporum c. 11.*

### C A P U T VII.

*Qui copulantur parentibus, vel commatibus, & filiolis, & e converso, excommunicentur. Gr. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 16.*

### C A P U T VIII.

*Episcopi eos, qui matrimonium contrahere volunt per baptismum, per fidem, per judicium Christi vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, utrum se, sicut fama est, consanguineos recognoscant; si negaverint, sibi ipsis sunt relinquendi, ita tamen, ut si aliud in conscientia habeant, se a liminibus ecclesiae, a corpore & sanguine Domini, & a fidelium communione noverint segregatos, atque intames effectos, donec ab incestu facinore definit, si le Episcoporum iudicio segregaverint; si juvenes sint, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. Urb. II. in syn. Trojan.*

### C A P U T IX.

*Sane conjunctiones consanguineorum omnino fieri prohibemus. Hujusmodi namque incestus, qui fere stimulante humani generis inimico, in visum versus est sanctorum patrum instituta, & sacro sancta Dei detestatur ecclesia, leges etiam saeculi de tali contubernio natos infames pronunciant, & ab hereditate repellunt. Innoc. II. in syn. Rom. c. 13. post. Ivo panorm.*

### C A P U T X.

*Qui duas uxores duxit, vel fratri filiam, clericus esse non potest. Apost. c. 19.*

### C A P U T XI.

*Conjunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quando has & divinae, & saeculi prohibent leges. Leges ergo \* divinae nec agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eliciunt, sed & maledicentes appellant. Leges vero saeculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inharentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiae maculis sunt aspersi, &c. Eos autem consanguineos dicimus, quos divina, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Graecorum leges consanguineos appellant, & in hereditate suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim conjunctiones nec legitimae sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendae; & si quae aucto temerario tentatae sint, auctoritate Apostolica rescindendae veniunt. Quisquis ergo non est legitime conjunctus, vel abique dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes, vel legitime coniugatos criminari, vel in eos testificari minime potest. Quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo reiiciendi sunt, & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes; similiter de raptoribus, vel eis, qui seniores impetuant, fieri censemus, &c. Callist. ep. 2. ante med. Callist. II. in concil. Rom. c. 5. Burch. lib. 7. cap. 1. Ivo part. 9. c. 22. C 23. decret. Anselm. lib. 11. cap. 84. Tarrac. lib. 5. c. 71.*

*35. q. 6. c. 4.  
Si duo.*

*Vid. 35. q. 2.  
cap. 2.*

*3. q. 4. Con-  
sanguineo-  
rum, c. 4.*

### C A P U T XII.

Peto an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quae sunt ab illis longa progenie generatae. Modis omnibus hoc fieri licet, nequam enim in lacris eloquiss invenitur quod huic capitulo contradicere videatur. *Greg. ad August. interrog. 5.*

### C A P U T XIII.

Usque ad quotam generationem fidelis debet *35. q. 2. C 5.* cum propinquis sibi copulari & novercis, & cognatis si liceat copulari, conjugio? Lex in Romana Republica permittit, ut sibi fratris, sororis, seu duorum fratum germanorum, vel duarum sororum filius, & filia misceantur. Sed experientia didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est, ut jam tertia, vel quarta generatio fideliam licenter ubi jungi debeat, nam secunda, quam diximus, a se omnino debet abstinere. Cum noverca autem miliceri grave est facinus, quia, & in lege scriptum est: *Turpitudinem patris tui non revelabis, &c.* Cum cognata quoque miseri prohibatum est, quia per conjunctionem priorem caro fratris facta est, pro qua re etiam Joannes Baptista capite truncatus est, & sancto martyrio consumatus, cui non est dictum ut Christum negaret, &c. Quia vero multi sunt in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate essent, huic nefando conjugio dicuntur admitti, ad fidem venientes admonendi sunt, ut se abstineant, & grave hoc esse peccatum agnoscant, &c. Non tamen pro hac re facili corporis ac ianguinis Domini communione privandi sunt, &c. In hoc etiam tempore sancta ecclesia quædam per fervorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, &c. Qui ad fidem veniunt, admonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare; si perpetraverint, corporis & ianguinis Domini communione privandi sunt. *Greg. ad August. interrog. 6. C 7. Burch. lib. 7. c. 19. C 20. Ivo lib. 7. tit. 8. c. 4. p. 1. C 10. cap. 5. panorm. C part. 9. c. 55. C 56. decret. Anselm. lib. 10. c. 31. C 32. Caesar. lib. 10. c. 125.*

### C A P U T XIV.

Ut quarta progenie conjuncti non separantur, Augustino, & Anglis rescripsisti, quod alibi non legi, sed semper usque ad septimum originis suæ gradum a sanctis antecessoribus vestris, & ceteris sanctis patribus, tam in Nicæna synodo, quam & in aliis sanctis conciliis congregatis ferari debere reperi, &c. *Felix Greg.*, Quod scripsi *35. q. 2. C 3. c. Que-*  
*„ Augustino Anglorum gentis Episcopo de consan-*  
*„ guinitatis conjunctione, ipsi & Anglorum gen-*  
*„ ti, quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono,*  
*„ quod cœperat, metuendo asperiora recederet,*  
*„ specialiter, & non generaliter ceteris me*  
*„ scripsisse cognoscas, &c.* Neque regulam in his  
*„ posteris ullis tenendam tradidi, sed de duobus*  
*„ periculis, quid facilius sit vitandum, ostendit.* *Greg. ad Felicem indict. 7. lib. 12. ep. 31. post princ.*

### C A P U T XV.

Progeniem suam unumquemque inconvenille *35. q. 2. C 3. cap. 16.*  
usque

usque ad septimam generationem observare decernimus, & quandiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulae non accedere societatem, nec eam, quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugium ducere ulli profecto licet Christianorum, vel licebit, quia incestuolus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuolos vero nullo conjugii nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus, quod omnes incestuosi a liminibus ecclesiae sanctae sunt separandi, &c. Et si incorrigibiles apparuerint, segregentur a fidelibus usque ad satisfactionem. *Greg. ad Felic. Episc. Siciliæ indict. 7. lib. 22. regist. ep. 31. al. 37. in med. Capitul. lib. 6. c. 80. C. lib. 7. c. 200. in addit. Burck. lib. 7. cap. 11. Ivo lib. 7. tit. 10. c. 9. panorm. C. part. 9. c. 26. decret. C. epist. 10. ad Episc. Meld. Tarac. lib. 6. c. 26.*

## C A P U T XVI.

Progeniem suam quemque usque ad septimam observare decernimus generationem. Et si valueris, devita, ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeat copulari. *Greg. II. ep. 8. ante fin.*

## C A P U T XVII.

Quota progenies propinquorum matrimonio copuletur? Oportuerat quidem quandiu se agnoscere affinitate propinquos abstinere, &c. In tam barbara gente concedendum est, ut post quartam generationem jungantur. *Gr. III. ep. 4. in princ. ad Bonifac. Episc.*

## C A P U T XVIII.

Laicus quidam magna personæ ad nos veniens dicebat, sibi ab Apostolicæ sedis Pontifice sanctæ memorie Gregorio datam fuisse licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobrini, & illa illo vivente discessit ab eo, &c. Et votum vovit Deo castitatis, & velata fuit, &c. Tale matrimonium supradictus homo ab Apostolica sede sibi affirmat esse conceitum, quod non estimamus verum, quia Lugdunensis synodus, quæ in primis a discipulis sancti Gregorii, id est, Augustino, Laurentio, Justo, Melito\* Archiepiscopis constituta, & ordinata fuit, talem copulam, & matrimonium, maximum scelus & incestum, & horibile flagitium, & damnable piaculum fieri, ex auctoritate sanctæ scripturaræ judicabant. *Bonif. ep. 5. ad Zachar. ante fin.*

Mileto.  
De illo, qui viduam, quæ & ipsa fuit uxor consobrini sui, & sacrum velamen habere monstrata est, & a beatæ memorie prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse divulgavit, ut eam in perniciose matrimonio aslumere debuisse, absit hoc, ut prædecessor noster ita præcipere, nec enim ab Apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum, sive canonum institutis perhibentur: admonere, adhortari, increpare eos fratres ne cesses, quatenus a rali scelesto recedant matrimonio, ut non in æternum peccant: reminiscantur enim se Christi sanguine esse redemptos, & non sponte se contradant, nisi ab

ipso recesserint incesto matrimonio, diaboli potestati. *Zachar. epist. 6. ad Bonif. post med.*

## C A P U T XIX.

Ut definitum est a patribus, nullus de propria cognitione sibi audeat copulare, alioquin anathema sit. *Leo IV. ep. ad Episcopos Britann. cap. ult. Ivo part. 9. cap. II.*

## C A P U T XX.

Inter eos, qui natura, & eos qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonium contrahi non permittunt. Si quidem primus institutionum liber, cum de nuptiis loqueretur, inter cetera: „ Inter eas [ inquit ] personas, „ quæ parentum, liberorumve locum inter se „ obtinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti „ inter patrem, & filiam, vel avum, & neptem, „ vel matrem, & filiam, vel aviam, & nepotem, „ & usque ad infinitum; & si tales personæ „ inter se coierint, nefarias, atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et haec adeo vera sunt, ut quamvis per adoptionem parentum, „ liberorumve loco sibi esse coeperint, non pos- „ sint inter se matrimonio jungi “, &c. Itaque eam, quæ mihi per adoptionem filia, aut neptis esse cooperit, non potero uxorem ducere, & infra. Si qua per adoptionem soror mihi esse coepit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me, & eam nuptias consistere non possunt, &c. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 2.*

*De cognatis  
legat. c. unico  
Greg. IX. &  
in 1. coll. In-  
stit. de nupt.  
S. Ergo.*

## C A P U T XXI.

De consanguinitate generationum exquiritis, ut quibus utique feminis jungi debeatis, liquido cognoscatis. Verum quod leges hinc sanciunt, jam meminimus, & denuo memorare summam operæ pretium ducimus. A iunct enim: Ergo non omnes nobis uxores ducere licet, nam quarundam nuptiis abstinere debemus, inter eas enim personas, quæ parentum, liberorumve locum inter se obtinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem, & filiam vel avum, & neptem, vel matrem, & filium, vel aviam, & nepotem, & usque ad infinitum. Inter eas quoque personas, quæ ex transverso gradu cognitionis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta. Sacri vero canones, & præcipue Zachariæ summi Præfusis decretis, quid line promulgant, Episcopo vestro vobis explanandum relinquimus. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 39. Justin. lib. 1. instit. de nupt.*

## C A P U T XXII.

Præsentium portitor apicum nostris insinuat auribus fratrem suum contra divinum jus, contra sanctorum patrum institutum, consanguinitatem suæ thalamis adhæsse, &c. Tuæ fraternitas consanguinitatis lineam a majoribus natu ejusdem loci diligenter inquirat, quam se inter defunctum virum, eamdemque vivam mulierem invenerit, ad aliarum exemplum studeat canonica auctoritate omnia dotalia instrumenta cassare, & ad nihilum redigere, ne de illicito, quod contraxit, conjugio, aliquam mercedem recipiat. *Greg. VII. lib. 1. registr. epist. 5.*

## C A P U T XXIII.

Monemus, atque præcipimus, ne te ipsum de-

## 334 Juris Pontificii Veteris Epitome

despicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne posteritatem carnis tuæ inutilem, & reprobam facias, vires resume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuæ consanguinea inisti, penitus respue. De emendatione nos, & totam ecclesiam Dei cito laetifica. *Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 3. ad Adelfonsum Regem.*

### C A P U T XXIV.

Quæ duobus fratribus nupsit, elicitur usque ad mortem. In morte si dixerit se, si supervixerit, dissoluturam matrimonium, consequatur pœnitentiam. Si in eo matrimonio vir, vel uxor decedat, difficilis erit superstiti pœnitentia. *Neoc. c. 2. Triburien. cap. 44. Raban. cap. 2. de pœn. Burch. lib. 17. cap. 1. &c. 2. Ivo part. 9. cap. 67. & 68. decret. Anselm. lib. 11. cap. 95.*

### C A P U T XXV.

Si quis post obitum uxorius suæ sororem ejus duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit iafirmitatis. *Elib. cap. 61.*

### C A P U T XXVI.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, nec in finem dandam ei communionem. *Elib. cap. 66.*

### C A P U T XXVII.

35. q. 2. 3. cap. 8. De incestis conjunctionibus venia non est, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos nullo conjugii nomine deputamus, quos hic recensemus. Si quis reliquam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione polluerit. Si quis frater germanam uxorem acceperit. Si quis novercam duxerit. Si quis consobrinæ se sociaverit. Si quis reliquæ, vel filiæ avunculi misceatur, aut patrui filiæ, vel privignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit uxorem. Hos omnes olim, & hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare præcipi nus, &c. Sane quibus conjunctione illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. *Agath. cap. 61. Turon. II. cap. 22. Arelat. sub Carolo cap. 11. Raban. cap. 2. de pœnit. Capitul. lib. 7. cap. 200. in addit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. c. 25. & 40. decret. Anselm. lib. 11. c. 82.*

### C A P U T XXVIII.

al. Incestos vero nec ullo conjugii nomine prevaricando præter illor, quos nominans fuisse est, possit esse censimus. Incestis junctionibus nihil prorsus venia reser- vamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestus vero nec ullo conjugii nomine pallietur, quod propter illos, quos dinumerare fuisse est, censuimus. Ut quæ reliquam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit. Si quis germanam uxorem acceperit. Si quis novercam duxerit. Si quis consobrinæ se societ. Sed quæ sunt antea instituta non solvi mus. Si quis reliquæ avunculi misceatur, aut patrui, vel privignæ concubitu polluantur. Sane quibus conjunctione illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. *Epaun. c. 30. vide Agath. cap. 61. Aurel. IV. cap. 27. Turon. II. cap. 22.*

### C A P U T XXIX.

De his, qui se incestus pollutione commacu- 35. q. 2. & 3. cap. 9. lant, quoisque in ipso detestando, & illico car- nis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittan- tur, cum quibus etiam nec cibum sumere ullum christianoru:n, sicut Apostolus jussit, oportet. *I. Cor. 5. Ilerd. c. 4. Colon. sub Carol. cap. 6. Raban. cap. 2. de Pœnit. Burch. lib. 7. cap. 3.*

### C A P U T XXX.

Ne superestes frater torum defuncti fratris ascendet, nec se quisquam amissæ uxorius sorori audeat sociare: qui fecerint, ecclesiastica distri- ctione feriantur. *Aurel. cap. 18. al. 20.*

### C A P U T XXXI.

Ne quis fidelium propinquam sanguinis sui usquequo affinitatis lineamenta generis succe- sione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est, *omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut re- velet turpitudinem ejus*, nec sine denunciatione, dicit, *Anima, quæ fecerit de abominationibus istis quidpiù, peribit de medio populi sui*. Hujus decreti violator tanto graviori sententia mul- standum se recognoscet, quanto eam propinquio- rem scit, tantoque annosiori excommunicationis tempore a Christi corpore, & fraternitatis con- sortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus, &c. *Tolet. II. cap. 5. Burch. lib. 7. cap. 6. Ivo part. 9. c. 42. decret.*

### C A P U T XXXII.

Nullus novercæ suæ, id est uxori patris sui, ul- la copulatione jungatur, quod si præsumperit, noverit te anathematis supplicio ferendum. *Au- rel. II. cap. 10.*

### C A P U T XXXIII.

De incestis conjunctionibus ita quæ sunt sta- tuta serventur, ut his, qui aut modo ad baptis- tum veniunt, aut quibus patrum statuta in no- titia non venerunt, ita pro novitate conversionis, ac fidei suæ credidimus consulendum, ut contra-cta hujusmodi conjugia non solvantur, sed in fu- tura canonibus interdictum observetur, id est, „ne quis sibi sub conjugii nomine sociare „præsumat reliquam patris, filiam uxorius, „consobrinam, aut sobrinam, reliquam a- „vunculi, vel patrui“. Quamdiu sociati non se sequestraverint, a communione ecclesi- astica repellantur. In Episcopi autem discussione consistat de his, qui in civitate sua, ac territorio consistunt, utrum ignoranter ad illicita conjugia vene- rierint, an per contumaciam, quæ sunt inter- dicta, præsumperint, ut illis parcatur, hi vero non prius ad communionem recipientur, quam incesti adulterium, sicut scriptum est, separa- tione sanaverint, quia in lege Domini manifeste legitur: *Maledictus, qui dormit cum uxoris pa- tris sui, cum privigna, vel uxorius sue sorore, & reliqua his similia, quo sit, ut quos Deus maledixit, nonnisi emendatos benedicere nos possumus.* *Aurel. III. cap. 10.*

### C A P U T XXXIV.

De incestis conjunctionibus id statuimus ob- servandum, ut si quis post synodum Aurelianen- Deut. 27. an-

ante hoc triennium constitutam, illicita thori jura præsumperit, circa eum secundum statuta Epaunensi canonū a sacerdotibus ecclesiæ severitas retineatur. *Aurel. IV. cap. 26. Epaun. c. 30.*

C A P U T XXXV.

De incestis conjunctionibus censuimus statuta canonum vetera non irrumpi, &c. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat: *Turpitudinem patris tui, matris tue, uxoris patris tui, sororis tue, sive ex patre, sive ex matre, quæ domi, vel foris genita est, filie filii tui, vel neptis ex filia, filiae uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, sororis patris tui, sororis maris tui, patrui tui, uxoris ejus, nurus tui, uxoris fratri tui, sororis tui, filiae ejus, filiae filii ejus, vel filii, sororis uxoris tui non revelabis. Cum uxore proximi tui non coibis,* &c. *Maledictus, qui dormit cum uxore patris sui, cum sorore sua, filia patris, vel maris cum socra sua, &c. Itemque aut sacra sententia legum:*

\* al. ut quis- \* Ut quisquis aut sororem, aut filiam, aut conso- quis aut so- brinam, aut fratri uxorem, sceleratis sibi nuptiis  
roris, aut fra- vinixerit, huic poenæ subjaceat, & de tali con-  
aut e re gra- sortio separetur, & reliqua. Item alia: Quæcum-  
du confobri- que mulier sororis suæ maritum post mortem il-  
nam, aut fra- lius acceperit, vel si quis ex viris mortua uxore,  
sceleratis sibi fororem ejus alias nuptiis sibi conjunxerit nove-  
nuptiis ju- rit tali confortio se esse notabilem, &c. *Turon.*  
nerint. *II. cap. 22.*

C A P U T XXXVI.

Nullus illicita conjugia contra præceptum Domini sortiri præsumat, id est, fratris relietam, novercam, relietam patrui, vel fororem uxoris suæ sibi audeat sociare, neque avunculi quoque, quæ relicta est, neque nurus suæ, vel materteræ conjugio potiatur. Pari etiam conditione a conjugio amitæ, privignæ, ac filiae privignæ conjunctionibus, præcepimus abstinere. *Paris. cap. 4.*

C A P U T XXXVII.

De incestis conjunctionibus hoc placuit custodire, quod prisca canonum statuta sanxerunt. *Lugdun. II. cap. 4.*

C A P U T XXXVIII.

Incestam copulationem, in qua nec conjux, nec nuptias recte appellari leges sanxerunt, catholica omnino detestatur, atque abominatur ecclesia, & gravioribus poenis eos afficere promittit, qui nativitatis suæ gradus libidinoso ardore contemnentes in luto, quod nefas est, ut sues terrimi convolvuntur. *Mat. I. c. 18. 18. 20.*

C A P U T XXXIX.

Non licet alicui suam novercam accipere uxorem. *Antifiod. cap. 27.* Nec filiam uxoris suæ, *cap. 28.* Nec relietam fratris sui, *cap. 29.* Nec duas sorores successive, *cap. 30.* Nec confobrinam, id est, quæ de duabus fratribus, aut de duabus sororibus procreatur, nec qui de ipsis (*confobrinis*) nati fuerint, in conjugio socientur, *cap. 31.* Non licet, ut nepos avunculi uxorem accipiat. *cap. 32.*

C A P U T XL.

Cum sacra scriptura dicat, *Non ascedas ad carnem proximam tuæ, ut reveles turpitudinem ejus.* Sanctus Basilius, in canonibus suis enumera-

rat aliquorum prohibitas nuptias, multa silentio præterit, turpitudinem nominum conjunctionum vitans, generaliter tantum locutus. Nos apertius definimus eum, qui suæ exadelphæ \* <sup>id est, con-</sup> copulatur, vel si pater, & filius matri, & filiae jun- <sup>sobrina, sive filiae fratria</sup> gantur, vel duabus sororibus, vel si duobus fratribus mater, & filia nubant, vel sorores duæ, se- ptrem annorum poenitentiae subiificantur, soluta hac illegitima conjunctione. *Trull. cap. 54.*

C A P U T XLI.

Constituimus, ut nullus laicus homo Deo sa- cratam fœminam mulierem habeat, nec suam parentem. *Syn. Suesionen. ant. fin.*

C A P U T XLII.

De incestis conjunctionibus, sicut a sanctis *35. q. 2. c. 8.* patribus institutum est, nihil prorsus veniarē re- servamus, nisi cum adulterium separatione sana- verint. Incestos vero nullo conjugii nomine de- putandos, &c. Si quis relietam fratris, quæ pe- ne prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit. Si quis fratris \* germanam uxorem <sup>patris, f.</sup> acceperit, si quis novercam duxerit, si quis con- sobrinæ suæ se societ, si quis relicta, vel filiae a- vunculi misceatur, aut patris \* filiae, vel privi- <sup>f. fratri, f.</sup> gnæ suæ concubitu polluatur, vel si quid est hu- jusmodi, &c. *Arelat. sub Carolo cap. 11. Aga- then. cap. 61.*

C A P U T XLIII.

De affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia jungenda sint, ad canones recurramus. *Cabil. sub Carolo c. 28.*

C A P U T XLIV.

Sane quæ in proprio viro, hæc nimirum in *35. q. 2. c. 8.* uxoris parentela, de lege nuptiarum regula cu- *3. cap. 14.* stodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrimque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: *Erunt duo Gens. 2. d.* in carne una. *Cabil. sub Carolo c. 29. Magunt. c. 29. sub Raban. Burch. lib. 7. c. 8. Ivo lib. 7. tit. 10. c. 2. panorm. C part. 9. c. 44. decret. Hugo a S. Vict. lib. 2. part. II. c. 16.*

C A P U T XLV.

In quarta generatione nullus amplius conju- gio copuletur, & si post interdictum factum in- ventum fuerit, separetur. *Magunt. sub Carolo cap. 54. Magunt. sub Raban. c. 30.*

C A P U T XLVI.

Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum *32. q. 7. c. 22.* filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sorori- bus nupserit, aut si qua duabus fratribus nupse- rit, seu cum patre & filio. Item si quis relietam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit, si quis neptem in con- jugium acceperit, si quis novercam, aut nurum suam duxerit, si quis confobrinæ suæ impudice se sociaverit, vel relicta, sive filiae avunculi, aut patris \* filiae, vel privignæ suæ concubitu pol- lutus, vel hujuscemodi conjunctionis attractu ma- culatus fuerit, eos disjungi, & ulterius numquam conjugio copulari, sed sub magna distictione fe- riri volumus. *Magunt. sub Rabano cap. 29. Ma- gunt. I. cap. 56. Capitul. lib. 5. cap. 101. C lib. 7. cap. 110. in addit. Burch. lib. 17. cap. 9. Ivo lib. 6. tit. 11. cap. 2. panormitan. C part. 9. cap. 71.*

## 336 Juris Pontificii Veteris Epitome

cap. 71. & 77. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 158.  
C A P U T XLVII.

Contradicimus quoque, ut in quarta generazione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur. [ Sane eadem, quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrumque parentela esse credenda est, sicut scriptum est : *Erunt duo in carne una. Magunt. sub Raban. cap. 30. Cabillon. II. cap. 29. Burch. lib. 7. cap. 8. Ivo lib. 7. tit. 10. cap. 2. panorm. & part. 9. c. 44. decret.* C A P U T XLVIII.

*Genes. 2. 3. cap. 14. Matt. 19. 35. q. 2. & 3. cap. 18.* Qui incesta matrimonia contraxerunt, & vel proximis suis, vel Deo sacratis mulieribus copuli sunt, quidem publicæ possunt poenitentiae subjugari. *Ticin. cap. 12.*

C A P U T XLIX.

In copulatione fidelium generationis numerum non definimus, sed id statuimus, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, sive cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recordatur, aut cognoscitur, aut in memoria retinetur. *Vormat. cap. 32. Burch. lib. 7. cap. 2. Ivo part. 9. cap. 39. decret.*

C A P U T L.

Si vir viduam in conjugem duxerit, quæ ex primo marito filiam habuit, & cum eadem filia postmodum concubuerit, conjugium modis omnibus dissolvatur, & vir ille poenitentiae subjaceat sanctionis, &c. *Vormat. cap. 36.*

C A P U T LI.

Contradicimus quoque, ut in quarta generazione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur : sane eadem, quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est, &c. *Vormat. cap. 77.*

C A P U T LII.

*35. q. 2. & 3. De incest. cap. 8.* De incestis conjunctionibus, unde multimo dis fines regionis nostræ circumquaque instigante diabolo polluantur, secundum Agathense Concilium, cap. 61. nihil prorsus veniam reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint, &c. *Coloniens. sub Carolo III. cap. 6. Raban. cap. 2. de pœnit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. cap. 40. decret.*

C A P U T LIII.

Quidam vir nomine Lantberstus interficiens consanguineum suum, & dicens ejus uxorem nomine Vualdradam, juravit coram Archiepiscopo, quod tale conjugium dimitteret, & iterum ei se sociavit, & adhuc eam habet, idcirco excommunicatus est. *Metens. c. p. 7.*

C A P U T LIV.

Si quis cum aliqua crimen fornicationis fecerit, & frater ejus, ejusdem sceleris ignarus, duxerit illam uxorem, frater, qui prior per fornicationem polluerat illam, quia non indicavit fratri uxorem ducenti, prædura arceatur poenitentia, & condigna castigatione. Qua peracta si continens esse non possit, indulgentia sublevetur, ne libidini prosternatur, quatenus legitimo console-

tur matrimonio. De muliere vero sanctimus, sicut de ea in Neocæsariensi sancto Concilio definitum legimus, cap. 2., „ Mulier si duobus fratribus nupsiterit “, &c. *Tribur. c. 44. vide Neocæs. c. 2.*

C A P U T LV.

Omnino providendum est, ne quæ uxor est habenda, sit propinquua, quia scriptum est : *O. Levit. 18. minishomo ad proximam sanguinis non accedat, ut revelet turpitudinem ejus. Troslejan. cap. 9.*

C A P U T LVI.

In canonibus præceptum est, ut nemo usque ad affinitatis lineam, & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat. *Trosl. cap. 8.*

C A P U T LVII.

Nullus sui proximam generis, aut etiam de cuius admissione incestivam notam possit subire infamia, illicito connubio, aut vi, aut consensu accipiat conjugem, quia nec verum poterit esse conjugium. *Trosl. cap. 8.*

C A P U T LVIII.

Nullus de parentela sua uxorem accipiat, usque in sextam, vel septimam progeniem. *Bituric. cap. 16. apud Lemovicens. Act. 2.*

C A P U T LIX.

Nullus uxorem consanguinei, vel alicujus parentis sui, in conjugium accipiat, quia vir & uxor legitime conjuncti una caro sunt. *Bituric. cap. 17. apud Lemovic. act. 2.*

C A P U T LX.

De gradibus consanguinitatis numerandis. *Salegutstadien. cap. 1. post Burch. decret. Ivo part. 15. cap. 177. decret.*

C A P U T LXI.

Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineat usque ad mortem. In morte autem eis communio pro misericordia detur. Si vero supervixerint, communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plena in poenitentiam tempore constituto. *Mart. Brac. cap. 80. Neocæs. cap. 2.*

C A P U T LXII.

Prohibitæ cognationis in matrimonium conjunctio, si deprehensa fuerit, ut quæ in hominum peccatis facta est, subibit adulterorum poenas. *Basil. ad Amphiloc. cap. 67.*

C A P U T LXIII.

Si quis umquam impunitatis perturbatione superatus, lapsus sit ad nefariam durarum sororum societatem, nec hoc matrimonium existimet, nec eos ad ecclesiæ complementum prius admittat, quam ipsos a le invicem separaverit, &c. Ego vero hanc partem ne silentio quidem in lege veteri fuisse prætermissam existimo, sed etiam legislatorem valde prohibuisse. Illud enim non ingredieris ad quemvis consanguineum carnem, ad revelandum eorum turpitudinem, hoc quoque consanguinitatis genus comprehendit. Quid enim esse poslit homini sua uxore magis consanguineum, vel potius sua carne? non sunt enim amplius duo, sed una caro. Quare per uxorem soror ejus transit ad consanguinitatem. Quemadmodum enim uxoris matrem non accipiet, nec ejus filiam, quoniam nec suam matrem, nec suam filiam, sic nec sororem uxoris, quoniam nec suam sororem. Sunt enim

*Genes. 1. 9.* enim utriusque communia cognitionis jura. Ego autem civilibet de matrimonio consultanti testificor, quod præterit figura hujus, *O tempus breve est, ut, & qui habent uxores, sint tamquam non habentes:* si autem mihi illud alliget, *crescite, & multiplicamini:* video eum, qui legislatorum tempora non discernit. Fornicationis medium est secundum matrimonium, non ad intemperantiam viaticum: *Sin autem non continent, inquit, uxores ducant,* non autem etiam uxores ducentes contra legem faciunt. *Basil. ad Diodorum.*

#### C A P U T LXIV.

Si quis clericam vocaverit, ut matrimonio conjugat, audiat autem esse illicitum matrimonium, utpote, vel amitæ conjugum, vel defunctorum uxoris esse sororem eam, quæ est matrimonio conjungenda, debet ne sequi clericus, vel facere oblationem? Respondeo uno verbo dicite, si audiuerit clericus illicitum matrimonium. Si ergo est illicitum matrimonium, & legibus contrarium, non debet clericus alienis peccatis communicare. *Tim. Episc. Alex. respons. II.*

#### T I T U L U S XIV.

*NE QUISQUAM COMMATREM DUCAT UXOREM.*

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XXIII.

#### T I T U L U S XV.

*NE CLERICI, QUI SACRIS SUNT INITIATI, UXORES DUCANT.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVI. Lib. VI. Tit. XXVIII. & Lib. VII. Tit. XVI. quibus additum:

#### C A P U T I.

**U**Nusquisque Episcopus in tali re studiose, ac diligenter curam habere debet, ne ecclesia Christi a propriis possit sordidari ministris, quia cui propriam uxorem habere non permittitur, maxime ab omni foemina est abstinendum. *Syn. Rom. sub Eug. II. & Leon. IV. c. 15.*

#### C A P U T II.

*Difl. 32. c. 7.* Innuptis, qui ad clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant, sed lectors, cantoresque tantummodo. *Apost. cap. 26. G. 27. L. Trull. cap. 6. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 19. panorm.*

#### C A P U T III.

Presbyter, diaconus, & subdiaconus uxorem, vel concubinam habentes, nisi illis omnino dimissis dignam penitentiam agant, sacris altaris administrare desistant. *Gr. VII. reg. lib. 2. ep. 63.*

#### C A P U T IV.

Clerici, qui cum uxores non haberent, benedictione susceptra, conjugia crediderint eligenda, qui volentes absque ulla redamnatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus, quas acceperint, excommunicatione percellantur. Quod si invitatus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communione pellatur. *Aurel. c. 8.*

#### T I T U L U S XVI.

*NE QUI UXOREM HABET SACRIS INITIETUR, NISI IPSE, ET UXOR PROMISERINT CASTITATEM.*

*Tom. VI.*

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XLI.

#### T I T U L U S XVII.

*NE PRESBYTERI, AUT DIACONI, AUT SUBDIACONI UXOR MOR TUO VIRO NUBAT.*

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. LIX. & Lib. VII. Tit. XXXIX.

#### C A P U T I.

**S**i quis presbyteram, diaconam, monacham, Non poterat Dei ancillam appellatam commatrem, spicula emiserat rituale duxerit uxorem, anathema fit. *Greg. II. in syn. Rom. c. 1. 2. 3. 4.*

#### C A P U T II.

Multorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiaconi suis licite viscerent uxoribus. Quod ne denuo quispiam præsumeret, a servo Dei sedis nostræ diacono, ex auctoritate nostridecessoris, isto est modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui jam fuerant uxoribus copulati, unum ex duobus eligerent, id est, aut certe nulla ratione ministrare præsumerent, aut a suis uxoribus abstinerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administratione suspendit officio, & usque in obitus sui tempus notarii quidem gesit officium, & a ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessavit, post cujus obitum, quia reliæ ejus Honorata est marito sociata, a tua eam fraternitate in monasterio cognovimus destinatam. Ideoque si, ut fertur, ejus se maritus ab administratione suspendit, ante diæ mulieri non debet officere, quod ad secundam conjugii copulationem migravit, præseruisti non tali mente subdiacono juncta est, ut a carnis voluptatibus abstineret. Si ergo ita se veritatem, quemadmodum edocemus, habere cognoscis, prædictam te mulierem de monasterio per omnia convenit relaxare, ut ad suum matrem sine aliqua possit formidine remeare. *Greg. lib. 3. ep. 34. Leon. Episc. Cataniensi. Anselm. lib. 7. cap. 138.*

#### C A P U T III.

Quia sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, querenda semper est veritas, ut inquire debeat, utrum accusatum noxa condemnet, an a poena innocentia patefacta subducatur. Itaque pervenit ad nos Fantum Defensorem ultionem exercere in Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo quod, quantum dicitur, reliæ cum iudicium diaconi, tempore quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iste conjugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec virginem illum ad eum venisse, denique ut nec religiosam vestem mutare præsumeret, postquam ille in ordine sacro promotus est, adiiciens etiam prius quam ad diaconum perveniret, & postea prava illam opinionem vixisse. Ideo fraternitatem tuam his hortamus affatibus, ut cum Dei, sicut decet, timore, caussam hanc subtili omnino investigatione perquirat, ut si in conjugio diaconi mulierem, de qua agitur fuisse constitutus, & supradictus lator memorato Defensori, & Rectori patrimonii ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione ii, qui male fo ciati

## 338 Juris Pontificii Veteris Epitome

ciati sunt, disjungantur. Si vero in ejus conjugio non fuit, memoratum Fanticum ex nostro mandato commonere volumus, ut ei facere nil praesumat, nec illum accusatio apud eum in aliquo prægravet. *Greg. lib. II. ep. 59. Joann. Episc. Panorm. Ivo part. 9. c. 126. C' part. 6. cap. 84. Tarrac. lib. 6. c. 212.*

### C A P U T IV.

Quæ uxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel aco-lythi fuerat, mortuo illo, secundo non se audeat sociare matrimonio; quod si fecerit, separetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur & ibidem usque ad exitum vitæ suæ permaneat. *Marij. II. cap. 16.*

### C A P U T V.

Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ diaconi, nec subdiaconi post ejus mortem maritum accipere. *Antif. c. 22.*

### C A P U T VI.

Quæ Episcopi uxor fuit ante Episcopatum, & communis pacto a viro separata est, post ordinacionem in Episcopatum, in monasterium, quod longe absit ab habitatione Episcopi, ingrediatur, & Episcopi prudentia alatur, si vero digna visa fuerit, ad diaconissæ dignitatem promoteatur. *Trull. c. 48.*

### C A P U T VII.

Nullus filiam presbyteri, neque diaconi, neque subdiaconi, neque uxores eorum in coniugium accipiatis, quia detestabile est. Nam & sanctus Gregorius dixit: „Qui presbyteram in coniugium duxerit, anathema sit“. *Bituricen. c. 19. apud Lenovicen. act. 2. Gr. II. in synod. Rom. in princ.*

### T I T U L U S XVIII.

*PRESBYTERI, ET ALII, QUI SACRIS SUIS INITIATI, ABSTINEANT AB UXORIBUS, SI NON ABSTINENT, PUNIANTUR.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVII. Lib. VI. Tit. XXIX. & Lib. VII. Tit. XVII. quibus adde:

### C A P U T I.

**H**ui, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio generuant filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur. *Taurin. cap. 7.*

### C A P U T II.

De his, qui prius quam ordinati fuerint, in hoc ipsum inciderint, Taurinatis synodi sequenda est sententia, qua jubentur, non ulterius promoveri. *Arau. c. 24. Taurin. c. 7.*

### T I T U L U S XIX.

*NE UXOR EPISCOPI, PRESBYTERI DORMIAT IN LECTO, AUT IN CUBICULO VIRI.*

### C A P U T I.

**U**t sacerdotes, sive diaconi cum conjugiis suis non habeant communem lectum, nec cellulam, ne propter suspicionem carnalis consuetudini religio maculetur. Quod qui fecerint juxta priscos canones ab officio degradentur. *Aurel. IV. cap. 17.*

### C A P U T II.

Episcopus conjugem, ut sororem habeat, tam longe absint mansionis propinquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum servitute nutruntur, famularum propinquæ contagione polluantur. *Turon. II. c. 13.*

### C A P U T III.

Archipresbyteri vicani, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur a populo, quod cum conjugiis suis maneant. Pro qua re hoc placuit observare, ut quotiescumque archipresbyter, seu in vicino manerit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lector canonorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio, &c. Reliqui presbyteri, & diaconi, & subdiaconi, vicani hoc studeant, ut mancipiola sua ibi maneant, ubi uxores suæ, illi tamen segregatim solitarii in cella jaceant, & orent, & dormiant, &c. Si inventus fuerit presbyter cum sua presbytera, diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio clericali, inter laicos se observare cognoscatur, eo tamen permisso, ut inter lectors in psallentium choro colligatur, &c. Illi vero Archipresbyteri, qui tales cautelam super juniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio stringendi, ab Episcopo suo in civitate retrudantur in cellam, ibique mense integro panem cum aqua manducent, &c. quia nulli clericorum, juxta sententiam canonum, cum conjugi sua manere permittitor, &c. *Turon. II. c. 20.*

### T I T U L U S XX.

*NE PRESBYTER, DIACONUS, AUT SUBDIACONUS IN PERSINT LUDIS, QUI FIUNT IN NUPTIIS.*

### C A P U T I.

**N**ON oportet sacerdotes, vel clericos spectantes, quæ aut in nuptiis, aut in conviviis exhibentur, interesse. Sed antequam Thymelicus ingrediantur surgere, & abiire. *Land. c. 54. Mart. Brac. c. 60. Aqui/gr. c. 83. Ivo part. II. cap. 78. decret. Cæsar. lib. 8. c. 83.*

### C A P U T II.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his cœtibus misceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obscenæ motus corporum choræis & saltationibus efficiuntur, ne auditus, & obtutus sacræ mysteriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. *Agath. c. 39. Venet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 132. C' 134. Ivo part. 6. cap. 206. C' 208. decret. Tarrac. lib. 6. c. 234.*

### C A P U T III.

Nemo clericus vel monachus in hippodromis ascendat, vel thymelicorum ludis interficit, sed si clericus vocetur in nuptias, quando ludi veniunt, surgat, & discedat ex patrum disciplina; si contra fecerit, vel cesset, vel deponatur. *Trull. cap. 24.*

CA-

C A P U T IV.

Non licet sacerdotibus, vel clericis aliqua spectacula in nuptiis, vel in conviviis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere, & recedere inde. *Mart. Brac. cap. 60.* *Laod. c. 54.* *Burch. lib. 2. c. 135.* *Ivo part. 6. c. 209.* *decret.*

T I T U L U S XXI.

*ADULTER NON POTEST DUCERE UXOREM EAM, CUM QUA, VIVENTE MERO, CONCUBUIT.*

C A P U T I.

**T**E etiam reprobata, etiam mortua, Lotharius nullis legibus, nullis sine sui discrimine regulis Waldradam mœcham in uxorem umquam permitetur assumere, &c. Unum tantum scito, quoniam nec nos, nec eadem sancta ecclesia, Deo auctore, qui adulteros judicabit, Lotharium, si Waldradam quandcumque resumpserit, etiam te, ut prætulimus, decedente, dimitet omnibus modis impunitum, &c. *Nicol. Tempore Regiae ep. 48. in prime.*

C A P U T II.

**S**i. q. 1. c. 9. Is, qui vivente marito, conjugem ipsius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuneto, eandem sumptuose dignoscitur, omnimodis publicæ pœnitentiaz subigatur, de quo etiam post pœnitentiam, præfata, si expedierit, servabitur regula, nisi forte is, aut mulier virum, qui morruis fuerat, occidisse notentur, aut propinquitas, vel alia qualibet actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii cum pœnitentia perpetuo maneat. Si autem negaverit se eandem freminam, vivente viro nequam adulterasse, & præfati homicidii nemo eorum reus extiterit, & probatis testibus neuter eorum convinci potuerit, purgent legaliter famam suæ opinionis, & summoto utantur coniugio, si alia, ut diximus, non præpedit ratio. *Meld. cap. 69.* *Burch. lib. 9. cap. 65.* *Ivo lib. 7. tit. 1. cap. 9. al. 12. panorm.* *O' part. 8. c. 201.* *decret.*

C A P U T III.

**S**i. q. 1. c. 4. Audivimus rem execrabilem, & catholicis omnibus detestandam, quendam nefario fornicationis opere, alicujus uxorem vivente eo commulasse, & in augmentum iniquitatis, jamento confirmasse, si ejus legitimum supervixifcent ambo maritum, ut ille fornicator illam adulteram, adulterio pollutam, sibi associaret toro, & legitimo matrimonio, si hoc jure dici matrimonium potest, &c. Tale igitur connubium anathematizamus, & Christianis omnibus obsecramus. Non licet ergo, nec Christianæ religioni oportet, ut ullus ea utatur in matrimonio, cum qua prius pollutus est adulterio. *Tribur. cap. 40.* *Burch. lib. 9. c. 66.* *Ivo part. 8. c. 202.*

C A P U T IV.

Illud communī decreto secundum canonum instituta definimus, & præjudicamus, ut si quis cum uxore alterius, vivente eo, fornicatus fuerit, moriente marito, synodalē judicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei conjungatur matrimonio, quam prius pollutus adulterio, no-

lumus enim, nec Christianæ religioni oportet, ut ullus ducat in conjugium, quam prius pollutus per adulterium. *Tribur. c. 51.*

T I T U L U S XXII.

*OB QUÆ CRIMINA PRIVETUR QVIS SPE CONJUGII.*

C A P U T I.

**S**i conjugatus fuerit incontinentis, ne postea 33. q. 2. c. adulterii incurrat lapsus, redeat ad pristinum conjugium, quoque possit adipisci temporis maturitate continentiaz statum. Nos idem de feminis, & de viris censemus pro humana fragilitate indulsum. Ea ratione, ut si is, qui pœnitentia non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex consensu alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus, superstitione non licet denuo ad uxoris transire amplexus, si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis decretum est, ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentiaz, absolutionis, vel districtiois tribuat legem. *Tolet. VI. cap. 8.* vide *Leo ep. 90. c. 11. ad Rustic. Narbon. Cæsar. lib. 5. c. 70.*

C A P U T II.

Item placuit ut resolute, fornicationis caussa, jugali vinculo, non licet viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet sit illa adultera: sed nec adulteræ, quæ pœnas gravissimas, vel pœnitentiaz tormentum luere debet, alium accipere virum, nec vivente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare marito. *Foro jul. c. 10.*

C A P U T III.

Quia modernis temporibus parricide profugi currunt per diversa, & varijs vitiis, atque gulæ illecebris deserviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes pœnitentia districta semet-ipsos castigent, &c. Non eis licebit ultra militiaz cingulum sumere, & nuptiis vel conjugiis copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiant. *Magunt. sub Rab. c. 20. Burch. lib. 6. c. 35.*

C A P U T IV.

Qui presbyterum occidit, duodecim annorum 17. q. 4. c. ei pœnitentia secundum statuta priorum imponatur: aut si negaverit, si liber est, cum duodecim juret, &c. Convictus vero noxæ, usque ad ultimum vitæ tempus, militiaz cingulum deponat, & uxorem amittat\*. *Magunt. sub Bab. cap. 14.* \* id est, non Burch. lib. 6. c. 7. *Ivo part. 10. c. 136.* *decret.* accipiat. *Pænie. Rom. tit. 1. c. 1.*

C A P U T V.

Si quis viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre, & filio: Item si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: Si quis neptem in conjugium acceperit, si quis novercam aut nurum suam duxerit: Si quis consobrinæ suæ impudice se sociaverit, vel relictæ sive filiæ avunculi, aut patris \* patrui, & filiæ, vel privignæ suæ concubitu pollutus, vel hujuscemodi conjunctionis attachu maculatus fue-

## 340 Juris Pontificii Veteris Epitome

fuerit, eos disjungi, & ulterius nunquam conju-  
gio copulari, sed sub magna districione feriri  
volumus. *Magunt. II. sub Rab. c. 29. Magunt.*  
*I. c. 56. Capit. lib. 5. c. 101. & lib. 7. c. 116. in*  
*addit. Burch. lib. 17. c. 9. Ivo lib. 6. tit. 11. cap.*  
*2. panorm. & part. 9. c. 71. & 77. decret. Tar-*  
*rac. lib. 6. c. 158.*

### C A P U T VI.

Raptores sine spe conjugii perpetuo maneant.  
*Meld. c. 66. Burch. lib. 9. c. 34. Ivo part. 8. cap.*  
*172. decret.*

### C A P U T VII.

Qui sanctimoniales virgines, vel viduas ra-  
piunt, & progresu etiam criminis in conjugium  
sumunt, publicæ pœnitentiaæ subigantur, &c.  
Uterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis  
perenniter maneant. *Meld. c. 67. Burch. lib. 8. c.*  
*52. Ivo part. 7. c. 70. decret.*

### C A P U T VIII.

*q. 1. q. 1. c. 5. Si quis.*  
Si probatum fuerit, (*uxorem adulteram ma-*  
*chinatam fuisse in mortem viri, aut adulterum*  
*illius*) sine ulla spe conjugii cum pœnitentia per-  
petuo (ambo) maneant. *Meld. c. 69. Burch. lib.*  
*9. c. 65. Ivo lib. 7. tit. 1. c. 9. al. 12. panorm. &*  
*part. 8. c. 201. decret.*

### C A P U T IX.

*Lequitur de*  
*so, qui se de-*  
*voverat ec-*  
*clesia, a qua*  
*nuntius fue-*  
*rat.*  
Statuimus ut clericus ecclesiastice nutritus, in  
ecclesia coram populo vel legens, vel cantans, si  
postmodum relatio clericatus habity, a castris do-  
minicis, quibus adscriptus est, profugus, & apo-  
sta Elabitur, & ad sacerdulum egreditur, ab Epi-  
scopo canonice coercedatur, ut ad finum matris  
ecclesiæ revertatur. Quod si in hac indisciplinatio-  
ne perdurat, ut comam nutriat, constringatur,  
ut iterum detondateur, & postea nec uxorem ac-  
cipiat, nec sacrum ordinem attingat, &c. *Trib.*  
*c. 27. Chalc. c. 7.*

### C A P U T X.

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo  
nesciente filius ejus, vel frater ejusdem rei nescius  
cum eadem se polluerit, & postquam se pollutum  
esse cognoverit, confessus fuerit & hoc se nescire  
cumjuramento confirmaverit: quia hoc pœnituit,  
& confessus fuit, post peractam congruam pœni-  
tentiam, legitimo utatur matrimonio, &c. Mu-  
lier vero, quæ tantum nefas commiserat, ulterius  
pœnitatur, atque continens, & ianuata perma-  
neat. *Tribur. c. 43.*

### C A P U T XI.

Secundum sanctos canones definimus, & judi-  
camus de eo, qui cum duabus sororibus fuerit pol-  
lutes, ut usque in exitum vitæ pœnitens, & conti-  
nens permaneat. Soror autem, quæ posterior libi-  
dinis perforata aculeis, scienter se cum eodem  
commaculaverit, usque in finem vitæ pœnitens,  
& continens perduret. Si autem improposito conti-  
git, condigna stringatur castigatione, & si velit,  
legitima utatur viri conjunctione. *Triburiens.*  
*cap. 45.*

### C A P U T XII.

Si quis sacerdotem, vel levitatem, aut monachum  
interfecerit, vel debilitaverit, &c. in monasterio  
diebus vitæ suæ sub ardua pœnitentia Deo ser-  
viet, nunquam postmodum sacerdulo, vel sacerdo-

ribus militaturus, neque uxori copulaturus.  
*Trost. c. 13. ex Capitul. lib. 6. c. 28.*

### T I T U L U S XXIII.

**CLERICI, QUI NON SUNT SACRIS OR-**  
**DINIBUS INITIATI, UXORES DUCE-**  
**RE POSSUNT.**

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. VIII.

### T I T U L U S XXIV.

**NE CLERICUS VIDUAM, AUT MERE-**  
**TRICEM DUCAT UXOREM.**

### C A P U T I.

**M**Ulierem viduam clericus non ducat uxo-  
rem, quia scriptum est: *Sacerdos uxo-* *Lev. 22.*  
*rem virginem accipiat, non viduam, non eje-* *Ezec. 44.*  
*ctam, &c. Innoc. ep. 2. c. 4. vide Syric. ep. 1.*

### C A P U T II.

Lector fidelis, si viduam alterius uxorem ac-  
cepit, amplius nihil sit, sed semper lector ha-  
beatur, aut forte subdiaconus. *Tolet. I. cap. 3.*  
*Mart. Brac. cap. 3.*

### C A P U T III.

Clericus cui datur nubendi licentia internu-  
ptam non accipiat uxorem, quod si fecerit, ulti-  
mum in officio clericali teneat locum. *Turonens.*  
*cap. 4.*

### C A P U T IV.

Clerici, qui sine consultu Episcopi sui, uxores  
duxerint, aut viduam, vel repudiatam, vel  
meretricem in conjugium acceperint, separari  
eos a proprio Episcopo oportebit. *Tolet. IV. c. 43.*

### T I T U L U S XXV.

**DE CONJUGIO SERVORUM, ET**  
**L I B E R T O R U M.**

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XXV.

### T I T U L U S XXVI.

**NE VIR UXOREM DIMITTERE AU-**  
**DEAT, EXCEPTA FORNICATIONIS**

### C A U S S A.

### C A P U T I.

**E**GO autem dico vobis, quia omnis, qui di-  
misit uxorem suam, excepta fornicatio-  
nis causa, facit eam mœchari, & qui dimis-  
sam duxerit, adulterat. *Christus apud Matth.*  
*5. num. 23.*

### C A P U T II.

Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes  
eum, & dicentes: Si licet homini dimittere  
uxorem suam quacumque ex causa. Qui respon-  
dens ait eis: Non legistis, quia qui fecit homi-  
nem ab initio, & masculum, & feminam fe-  
cit eos; & dixit: Propter hoc dimitteret homo pa-  
trim & matrem, & adhærebit uxori suæ, &  
erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt  
dus, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit,  
homo non separat. Dicunt illi: quid ergo Mo-  
yses mandavit dari libellum repudii, & dimit-  
tere? ait illis: Quoniam Moyses ad duricium  
cordis vestri permisit vobis dimittere uxores  
vestras; ab initio autem non fuit sic. Dico autem  
vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam  
nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœ-  
chatur, & qui dimissam duxerit mœchatur.  
*Matth. cap. 19. num. 3. & 17.*

CA-

C A P U T III.

Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere ianuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat, &c. Paulus I. ad Corinth. cap. 7. num. 10.

C A P U T IV.

Nulli licet, excepta causa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere, & deinde aliam copulare, alioqui transgressorum priori convenit forciari conjugio. Eugen. II. insyn. Rom. C. Leo IV. cap. 36.

C A P U T V.

Qui relinquunt legitimas uxores, excommunicantur. Greg. VII. in concil. Rom. anno incerto cap. 16.

C A P U T VI.

27. q. 2. c. 18. Si dicunt religionis causa conjugia debere dis-  
Sunt qui. solvi, sciendum est, quia si lex humana conces-  
Matth. 19. fit, lex divina tamen prohibuit; per se enim Ver-  
Matth. 5. itas dicit: Quod Deus conjunxit, homo non se-  
parer, quæ etiam ait: Non licet dimittere uxo-  
rem, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic  
cælesti legislatori contradicat? Scimus, quia scri-  
Genes. 2. ptum est: erunt duo in carne una. Si ambo con-  
sentiant, licet, ut multi sancti, qui cum conju-  
gibus continentem vitam duxerunt, & postmo-  
dum ad sanctæ ecclesiæ regimina migrarunt.  
Greg. ad Theodistam lib. 9. epist. 39. registr.  
Ivo lib. 6. tit. 5. cap. 4. panorm. C. part. 8. cap.  
129. decret. Anselm. lib. 10. cap. 18. Cæsar.  
lib. 10. cap. 63. Tarrac. lib. 4. cap. 50. Julian.  
novell. 123. cap. 58.

C A P U T VII.

Excepta fornicationis causa viro uxorem di-  
mittere nulla ratione conceditur. Greg. lib. 9. re-  
gistr. epist. 44.

C A P U T VIII.

32. q. 3. c. 22. Quicquid mulier tua contra te cogitaverit, aut  
Ephes. 5. fecerit, vel si te accusaverit, non est, excepta  
causa fornicationis, reiicienda, vel odio proflusus  
Christi ecclesia diligenda. Quantum autem ha-  
reticorum ore Christus & accusatur, & in genti-  
bus blasphematur, sed hos interim perversa præ-  
dicantes tolerat, & resipiscentes a misericordiæ  
gremio non repellit. Nicol. ad consult. Bulg. cap.  
96. Ivo part. 8. cap. 228. decret.

C A P U T IX.

33. q. 2. c. 1. Sæculares, qui conjugale consortium sine cul-  
pa graviori dimittunt, vel dimiserunt, & nullas  
causas dissidii probabiliter proponentes, pro-  
pterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita,  
aut aliena præsumant, si antequam apud Episco-  
pos comprovinciales dissidii causas dixerint, &  
prius uxores, quam judicio damnentur, abie-  
cerint, a communione ecclesiæ, & sancto populi  
corru, pro eo quod fidem & conjugia maculent,  
excludantur. Agath. cap. 25. Capitul. lib. 7. cap.  
305. Ivo lib. 6. tit. 8. cap. 5. panorm. C. part. 8.  
cap. 231. C. 238. decret.

C A P U T X.

Matth. 6. Eos, qui relicitis uxoribus suis, sicut in evange-  
lio dicitur, excepta causa fornicationis, sive adul-

terii probatione, alias duxerint, statuimus a com-  
munione esse arcendos. Venet. cap. 2.

C A P U T XI.

Contracta matrimonia, accedente infirmi-  
tate, nulla voluntatis contrarietate solvantur.  
Quod si qui ex conjugibus fecerint, noverint se  
communione privandos. Aurel. II. cap. 11.

C A P U T XII.

Nulli licet, nisi legitimum habere connubium, nullus incestum faciat, nullus conjugem propriam, nisi ut sanctum evangelium docet, for-  
nicationis causa relinquat. Quod si quisque pro-  
priam expulerit conjugem, legitimo sibi matri-  
monio conjunctam, si christianus esse recte volue-  
rit nulli alteri copuletur, sed ita permaneat, aut  
propriæ reconcilietur conjugi. Angl. cap. 10.

C A P U T XIII.

Præceptum Domini est, ut excepta causa for-  
nitionis, uxora & viro dimitti non debeat. Ideo  
32. q. 5. c. 21. Matth. 5.  
quicumque citra culpam criminis supradicti, uxo-  
rem suam quacumque occasione dimiserit, quia  
quod Deus junxit, ille separare dispositus, tamdiu  
ab ecclesiastica communione privatus, & a coetu  
omnium christianorum maneat alienatus, quam-  
diu societatem reliæ conjugis sinceriter ample-  
statur, & foveat: ita tamen, ut qui jam admo-  
niti a sacerdote semel, bis, terque, ut corri-  
gentur, ad torum suæ conjugis noluerint redire, i-  
psi se suis meritis, & a Palatinæ dignitatis officio  
separabunt, & insuper generosæ dignitatis testi-  
monium, quamdiu in culpa fuerint, a missuri sunt,  
quia carnem suam dissidii jugulo tradiderunt. Tol-  
let. XII. cap. 8. confirm. Toler. XIII. cap. 9. Ivo  
lib. 7. tit. 1. cap. 1. panorm. C. part. 8. cap. 329.  
decret.

C A P U T XIV.

Maritus mulierem suam non debet dimittere,  
excepta causa fornicationis. deprehensiæ. Syn.  
Suection.

C A P U T XV.

Congressimus in opere conventus nostri non-  
nulla alia capitalia \*ad vestram, fideliumque ve-  
strorum observationem, & salutem pertinentia,  
&c. Quod nisi causa fornicationis, ut Dominus  
ait, non sit uxor dimittenda, sed potius substi-  
nenda. Paris. sub Lud. C. Loth. lib. 3. cap. 2.

C A P U T XVI.

Quædam femina nomine Ava cum sui fratri  
consilio, & auxilio, quæ vocabatur Folcrius, &  
cum aliis consanguineis suis suum maritum di-  
misit, & ad eum redire noluit. Unde illorum sacer-  
dos servus Dei vocabulo Folcardus, ad suam do-  
minam, & ad ejus fratrem veniens, ut eos a tanto  
scelere traheret confessim ab eodem, & suis com-  
plicibus castratus est. Pro his omnibus ad syno-  
dum vocati venire noluerunt, & idcirco usque  
ad satisfactionem excommunicati sunt. Meten.  
cap. 7.

C A P U T XVII.

Quicumque alienigenam, hoc est alienæ gen-  
tis feminam, in conjugium duxerit, &c. velit,  
nolit, tenenda erit, nec ultro ab eo separanda,  
excepta fornicationis causa, &c. Quare si unus,  
et duobus unam carnem in duas dividere, & copu-  
lam

Iam nuptiale machinetur disjungere, dicendo, non secundum suæ gentis legem jura matrimonii contraxisse, & idcirco separari posse, canonica institutione definitus, & nostro, omniunque orthodoxorum iudicio statuimus, ut quod legis imperfectum sit, perficiatur, & jus matrimonii nequaquam resolvatur. Synodus Romana ait: »Quod non dimittenda sit uxor post baptismum, quæ habita est & ante baptismum. In baptismo solvuntur crimina non tamen legitima conjugia«. *Tribur. cap. 39.*

## C A P U T XVIII.

Si cuius uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehensum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit propter fornicationem. Illa vero septem annis publice poeniteat. *Nanner. cap. 12.*

## C A P U T XIX.

Si uxor fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, dimittenda est, sed illa vivente altera non ducenda. *Troslejan. cap. 8.*

## C A P U T XX.

Qui uxores legitimas sine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant illis viventibus, nec uxores viros. *Bituric. cap. 15. apud Lemov. act. 2.*

## C A P U T XXI.

*Y. Cor. 6.* Domini dictum secundum sententiæ consequiam ex æquo & viris, & mulieribus convenit: quod non liceat a matrimonio discedere præterquam propter fornicationem. Consuetudo autem non ita habet, sed in mulieribus quidem multum accurate, & diligenter observari inventus, cum Apostolus quidem dicat: *Quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus,* &c. Consuetudo vero etiam adulterantes viros, & in fornicationibus versantes jubet a mulieribus retiniri. Quare, quæ cum viro dimisso cohabit, necio an possit adultera appellari, crimen enim attingit mulierem, quæ dimisit. Quamnam ob causam a conjugio discessit? si enim pulsata, & verberata, non ferens, pati latius erat, quam a conjugi separari, sive iacturam in pecunia non ferens: nec ipsa est justa excusatio, si autem quod ipse vivat in fornicatione, non habemus hanc observationem in ecclesiastica constitutio-ne, sed etiam infidelis viri iussa est mulier non separari, sed remanere propter incertitudinem eventus: quid enim scis mulier, an virum sis servatura? quare, quæ relinquit, est adultera, si ad alium virum accessit, qui autem reliquit, est dignus venia, & qui ei cohabit, non ideo condemnatur, sed si vir, qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter, quoniam fecit eam adulterari, & quæ ei cohabitat est adultera, eo quod alienum virum ad se traduxit. *Basil. ep. ad Amphilioc. cap. 9.*

## C A P U T XXII.

In marito, qui ab uxore relictus est, considerare oportet causam derelictionis, & si orationem ea non fecellisse apparuerit, est maritus quidem dignus venia, illa vero pena, ei autem venia, ut ecclesia communicet, dabitur. *Basil. ad Amphilioc. c. 35.*

T I T U L U S XXVII.  
*VIR, DUM UXOR VIVIT, NON POTEST  
ALTERAM DUCERE, NEQUE UXOR  
ALTERI VIRO NUBERE.*

## C A P U T I.

*S*i laicus ejesta uxore aliam duxerit, vel dimisam ab alio duxerit, excommunicetur. *Apostol. cap. 48.*

## C A P U T II.

De his requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio, alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisso videantur, secundum illud, quod legimus in evangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur: similiter, & qui dimissam duxerit, mœchatur:* & ideo tales omnes a communione fidelium abstinentes. De parentibus autem, aut de propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi incentores illici consueti fuisse detegantur. *Innoc. epist. 3. cap. 6.*

## C A P U T III.

Cum in captivitate Ursæ mulier teneretur, *34. q. 1. & 2. cap. 2.* aliud conjugium cum Restituta Fortunius iniuste cognoscitur, &c. Statuimus, fide catholica suffragante, illud esse conjugium, quod primus erat gratia divina fundatum, conventumque secunde mulieris, priore superstite, nec divortio ejesta, nullo pacto posse esse legitimum. *Innoc. epist. 9. Raban. cap. 7. de pœnit. Ivo lib. 6. tit. 6. cap. 4. panorm. & part. 8. cap. 245. decret.*

## C A P U T IV.

Cum per bellicam cladem, & gravissimos hostilitatis incursum, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris, feminæ eorum remanerint destituta, quæ viros proprios, aut interemptos putaverint, aut numquam a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum conjugium, soliditatem cogente, transferint, cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum, qui putabantur periisse, remeaverint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo jungitur mulier viro; & iterum præceptum agnivimus, ut, *quod Deus junxit, homo non separet:* necesse est, ut legitimarum fœderarum nuptiarum reintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique hoc, quod legitime habuit, reformatetur, omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque, quod proprium est. *Leo epist. 77. ad Nicetam Episcopum Aquilejensem cap. 1. Raban. cap. 9. de pœnitent. Ivo lib. 6. tit. 6. cap. 2. panorm. & part. 8. cap. 190. & 244. decret. Burch. lib. 9. cap. 55. Aiselm. lib. 10. cap. 22. Cæsar. lib. 10. cap. 67. Tarrac. lib. 4. cap. 49.*

## C A P U T V.

*Si aliquæ mulieres ita posteriorum virorum fin-*  
*amo-*

*Mattb. 5. & 19.*

*34. q. 1. & 2. cap. 1.*

*Mattb. 19.*

*34. q. 1. & 2. c. 1. 1a*

amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam in legitimum redire conforium merito sunt notandæ, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur: qua de re excusabilis (*loquitur de iis feminis, quæ cum putarent viros mortuos alii nupererunt*) contaminationem criminis elegunt, ostendentes, sibi met pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditione necessitatis extorsit, quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt, ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudabiles judicandæ. *Leo epist. 77. ad Nicoram Aquilejen. Episcop. cap. 4. Burch. lib. 9. cap. 57. Ivo part. 8. cap. 192. decret.*

#### C A P U T VI.

*Quod proposuisti. 18. 32. q. 7. c. 6. e. 9. Si quis.* Si mulier infirmitate correpta non valuerit tempus quidem præfinitum manifestum est, sed conversatio eorum, & fides tempus abbreviat. *Neocæs. cap. 3. Mart. Brac. cap. 81. Burch. lib. 9. cap. 22. Ivo part. 8. cap. 160. decret.*

#### C A P U T VII.

*31. q. 1. c. 8. 32. q. 7. c. 7. e. 9. Si quis.* De his, qui in plurimas nuptias inciderant, tempus quidem præfinitum manifestum est, sed conversatio eorum, & fides tempus abbreviat. *Agath. cap. 25. Trull. cap. 88. Burch. lib. 9. cap. 62. Ivo part. 8. cap. 198. decret.*

#### C A P U T VIII.

Feminæ, quæ nulla præcedente caussa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulaverunt, nec in fine accipient communionem. *Elib. cap. 8. vide Agath. cap. 25. Trull. cap. 88. Burch. lib. 9. cap. 62. Ivo part. 8. cap. 198. decret.*

#### C A P U T IX.

*32. q. 7. c. 8.* Fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur, ne ducat: si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de sacerdoto exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit. *Eliber. cap. 9. Raban. cap. 3. de pœnit. Burch. lib. 9. cap. 63. Ivo part. 8. cap. 199. decret. Anselm. lib. 11. cap. 92.*

#### C A P U T X.

*31. q. 7. Pla. 5. 32. q. 7. c. 5.* Juxta evangelicam, & Apostolicam doctrinam, neque ab uxore dimissus, neque a viro dimissa alteri copuletur, sed vel ita maneant, vel reconcilientur. Quod si contemnant, pœnitere cogantur, & de hac re lex petatur ab Imperatoribus. *Carth. cap. 105. G. Milevit. cap. 17. L. Afric. cap. 69. L. Raben. cap. 3. de pœn. Burch. lib. 9. cap. 64. Ivo part. 8. cap. 200. decret. Anselm. lib. 10. cap. 15.*

#### C A P U T XI.

Qui alienis uxoribus, superstitibus earum matritis, nomine conjugii abutuntur, a communione habeantur extranei. *Andegav. cap. 7.*

#### C A P U T XII.

Quæ virum dimittit, mœchatur, si alii nubat, ut ait sanctus Basilijus ex Hieremij prophetia:

*Si uxor alteri viro accedat, non revertatur ad Hierem. 3. virum suum, sed detur patre deturpetur; & rursum: Qui habet mœcham, insipiens & impius est. Pro. 1. Si igitur sine causa secessit a viro, vir quidem venia dignus est, ipsa pœnis, &c. Sed si quis relinquat legitime sibi copulatam, & aliam ducat, juxta Christi sententiam, adulterii subiacet criminis. A patribus nostris definitum est, hos annum lacrymari, biennio audire, triennio substerni, septimo conjungi fidelibus, ita oblationem accipere, si cum lacrymis pœniteat. Trull. cap. 88. Basili. ad Amphiliach. cap. 75.*

#### C A P U T XIII.

Si separante se viro, & non apparente, antequam mors ejus sciatur, alteri nubit uxor, mœchatur. Itidem militum uxores, quæ viris non apparentibus nubunt, ut quæ absentibus viris non expectato reditu nubunt, habeant vero aliquam veniam, cum suspicio est de morte viri. Si vero ita nubat, & vir redeat, ad eum revertatur, neque potest eam expellere ut adulteram, quia ignorans fecit. *Trull. cap. 94.*

#### C A P U T XIV.

Nec marito vivente suam mulierem alias accipiat, quia maritus mulierem suam non debet dimittere, excepta caussa fornicationis deprehensa. *Synod. Suectionen.*

#### C A P U T XV.

Item placuit, ut resoluto fornicationis caussa jugali vinculo, non licet viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet sit illa adultera, sed nec adulteræ, quæ pœnas gravissimas, vel pœnitentiæ tormentum luere debet alium accipere viruin, nec vivente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito. Nam & si legatur in facris evangelicis paginis, sola fornicationis causa dixisse Dominum, dimittere virum uxorem suam, non tamen legitur concessisse, aliam vivente illa in conjugio sibi sociare, prohibuisse quidem modis omnibus non ambigitur, &c. „ Quia poterat accidere ( inquit B. Hieronymus ) ut aliquis calumniam faceret innocentem, & ob secundam copulam nuptiarum, veteri crimen impingeret, sic priorem dimittere jubetur uxorem, ut secundam prima vivente non habeat “. *Forojul. cap. 10.*

#### C A P U T XVI.

Si cuius uxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia delere illam machinavit, ipsa vero urgente mortis periculo ad Episcopum confugerit, & auxilium quæsierit, operosiori, si potest Episcopus, labore desudet, ne occidatur. Si vero non potest nullo modo, liceat ei requirenti eam reddere viro ad occidendum, quæ se ei obtulit ad defendendum, &c. Maritus vero, quamdiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat. *Tribur. cap. 46.*

#### C A P U T XVII.

Si cuius uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehensum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem, illa vero septem annis publice pœniteat. Vir vero ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. *Nannet. cap. 12.*

CA-

## C A P U T X V I I I .

*Uxor nisi ex consensu, & causa vacandi Deo, numquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, admittenda, sed illa vivente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non possidebunt, & penitentia illi accipienda. Nolite vos jure habere uxores, quarum priores mariti vivunt, adulterina enim sunt ista conjugia.* *Trosl. cap. 8.*

## C A P U T X I X .

*Qui uxores legitimas sine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant, illis viventibus, nec uxores viros, sed sibi met reconciliantur.* *Biz. turicen. cap. 15. apud Lemovicen. action. 2.*

## C A P U T X X .

*Militum uxores, quæ cum mariti ipsorum non appareant, nuperunt, eidem ratione subiiciuntur, cui, & quæ propter maritorum peregrinationem, ac absentiam, reditu non expeditato, nuperint. Sed res nonnullam hic veniam admittit, quod major sit mortis suspicio.* *Basil. ad Amphiloche. cap. 36.*

## C A P U T X X I .

*Quæ per ignorantiam nupsit ei, qui ab uxore ad tempus dimissus est, deinde dimissa est, ut prior ad ipsum revertatur, fornicata quidem est, sed per ignorantiam, a matrimonio ergo non prohibetur, sed melius est, si sic manserit.* *Basil. ad Amphiloche. cap. 46.*

## C A P U T X X I I .

*Mariab. 5. Quæ a marito dimissa est, mea quidem sententia manere debet. Si Dominus autem dixit: Si quis reliquit uxorem, præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo, quod eam adulteram nominat, exclusit eam a societate cum alio.* *Basil. ad Amphiloche. cap. 48.*

## C A P U T X X I I I .

*Mariab. 5. Qui mulierem quidem sibi legitime copulatam dimittit, & aliam dicit, secundum Domini sententiam, adulterii judicio subiicitur, & a patribus nostris canonice statutum est, ut hi anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo cum fidelibus consistant & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis penitentiam egerint.* *Basil. ad Amphiloche. cap. 76. 77. Trull. cap. 88.*

## C A P U T X X I V .

*Si alicujus uxor spiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes, & manicas gestet, vir autem dicat, non possum continere, & velit aliam accipere, debet ne aliam accipere, an non? Respondeo: In hac re quidem adulterium intercedit, nec invenio quid de ea respondeam, spirituali tamen sententia non debet.* *Timoth. Episc. Alex. c. 15.*

*Vide Syricum ad Himerium cap. 4. tit. de sponsalibus, c. 1.*

## T I T U L U S X X V I I I .

*NEMINI LICET DUAS UXORES EODEM TEMPORE HABERE.*

## C A P U T I .

*N*ulli licet uno tempore duas habere uxores. *Synod. Rom. sub Eugen. II. D<sup>r</sup> Leon. IV. c. 37.*

## C A P U T I I .

*Si valueris, devita, ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeant copulari.* *Greg. II. ep. 8. ante med.*

## C A P U T I I I .

*Si liceat uno tempore habere duas uxores exquiritis, quod si non licet, scire cupitis apud quem inventum fuerit, quid exinde facere debatis. Duas tempore uno habere uxores, nec ipsa origo humanæ conditionis admittit, nec lex christianorum illas permittit, nam Deus, qui fecit hominem, ab initio masculum unum fecit, & unam foemina tantum, cui potuit utique, si vellet, duas uxores tribuere, sed noluit. Scriptum quippe est: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerabit uxori sua, non dixit uxoribus, & iterum erunt masculus scilicet, & foemina in carne una, & non tres, aut plures, &c.* *Nicol. ad consult. Bulg. c. 51.*

## C A P U T I V .

*De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifestum est, sed 8. conversatio eorum, & fides tempus abbreviat.* *Neocæl. c. 3. Mart. Brac. c. 81. Burch. lib. 9. c. 22. Ivo parv. 8. c. 160. decret.*

## T I T U L U S X X I X .

*DE CONJUGIBUS, QUI AD RELIGIONEM SE CONFERUNT.*

*Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. VI. quibus adde:*

## C A P U T I .

*Q*uia Agatho lator præsentium in monasterio dilectionis tuæ converti desiderat, hor tamur, ut eum omni cum dulcedine, dilectione que \* suscipias, &c. Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, & si uxor illius similiter converti voluerit. Nam dum unum utrorumque corpus conjugii copulatione sit factum, incongruum est partem converti, & partem in sæculo remanere. *Gr. Urbico Abbati lib. 5. ep. 49.*

## C A P U T I I .

*Si vir, & uxor una caro sunt, & religionis causa vir uxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel fortasse ad illicita migrantem, quæ est ista conversio, in qua una eademque caro & ex parte transit ad continentia, & ex parte remanet in pollutione?* Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare, quando certum est, quod omnipotens Deus, qui minora concepsit, majora non prohibuit? Et quidem multos sanctorum novimus cum suis conjugibus, & prius continentem vitam duxisse, at post modum ad sanctæ ecclesiæ regimina migrasse. Duobus etenim modis sancti viri etiam a licitis solent abstinere, aliquando, ut merita sibi apud Deum omnipotentem augeant, aliquando ut anteactæ vitæ culpas detergant, &c. Proinde cum boni conjuges, aut meritum augere desiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere, ut se ad continentiam astringant & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam, quam vir appetit, uxor non lequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, dividi conjugium non potest, quia scriptum est: *Mulier potestate sui corporis non habet, sed vir, similiter D<sup>r</sup> vir potestate sui*

*1. Cor. 7. jui*

*sui corporis non habet, sed mulier. Greg. ad Theoclastam patriciam lib. 9. reg. ep. 39. ante fin. Ivo lib. 6. tit. 5. c. 4. Panorm. & part. 8. c. 129. decret. Anselm. lib. 10. c. 18. Cæsar. lib. 10. c. 63. Tarrac. lib. 4. c. 50.*

## C A P U T III.

*27. q. 2. c. 21. Agathosa latrix præsentium questa est, maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici Abbatis esse conversum. Quod quia ad ejusdem Abbatis culpam, & invidiam non est dubium pertinere, experientia tuae præcipimus, ut diligenti inquisitione discutiat, ne forte cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, & illum in monasterio remanere provideat, & hanc sicut promisit, mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen, propter quod viro licet dimittere uxorem, prædictam mulierem commississe cognoveris, ne illius conversio uxori relixta in sæculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut maritum suum illi, etiam si jam tonsuratus est, reddere debeas, omni excusatione cessante, quia & si mundana lex præcipit conversionis gratia utrolibet invito posse solvi conjugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa viro uxore dimittere nulla ratione conceditur, quia postquam copulatione conjugii viri, atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti, & ex parte in sæculo remanere. Greg. lib. 9. ep. 44. Hadriano panorm. notario. Anselm. lib. 10. c. 19. Burch. lib. 9. c. 48. Ivo lib. 6. tit. 5. c. 10. panorm. & part. 8. cap. 186. decret. Cæsar. lib. 10. c. 64.*

## T I T U L U S XXX.

*DE SECUNDIS NUPTIIS, ET NE QUIS QUAM EAS DAMNET.*

## C A P U T I.

*„ Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. „ Quod si non continent, nubant, melius est enim nubere, quam ura“. Paul. 1. ad Cor. c. 7. n. 8.*

## C A P U T II.

*„ Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in domino“. Paul. ibid. n. 39.*

## C A P U T III.

*Volo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Paul. 1. ad Tim. c. 5. n. 14.*

## C A P U T IV.

*Cathari (Novatiani, L.) conversi scripto fasteantur, quod sentient cum ecclesia Catholica, hoc est communicabunt cum his, qui secundas nuptias contrixerunt, &c. Nicæn. c. 8.*

## C A P U T V.

*27. q. 1. De viduis c. 42. 1. Tim. 5. 1. Cor. 7. Secundum Apostolum, nullatenus nubere vabantur, sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiae fidem debent custodire; nos autem nullum talibus laqueum debemus iniicere, sed solas adhortationes præmii sempiterni, poenali-*

*Tom. VI.*

*que proponere divini judicij, ut & nostra sit abfoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe quod de earum moribus, actibusque beatus Paulus Apostolus testatur: Quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterri, quam admoneri videatur. Gelas. ep. 1. c. 22. vide Triburic. c. 25. Cæsar. lib. 9. c. 61. Burch. lib. 8. c. 34. Ivo part. 7. c. 53. decret.*

## C A P U T VI.

*Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale finitur venire collegium. Gelas. ep. 1. c. 24.*

## C A P U T VII.

*Sciscitamini, si muliere propria defuncta, possit vir alteram ducere. Scitote per omnia posse. Paulo egregio prædicatore consilium dante, qui dicit: „ Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic maneant, sicut & ego; quod si se non continent, nubant“; & iterum: „ Mulier alligata est, quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in domino“. Quod enim de muliere sanxit, & de viro intelligendum est, quia e contra saepe sancta scriptura de viro loquitur, sed & de muliere nihilominus dicere subintelligitur, ecce enim dicimus: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, &c. & iterum: Beatus vir, qui timet Dominum, ubi non solum virum, sed & foemina, quae non abiit in consilio impiorum, & timet Dominum, beatam esse non immerito credimus. Nicol. ad consult. Bulg. c. 3.*

## C A P U T VIII.

*Juxta ecclesiasticum canonem, si qui libere, & legitime contrahunt secundas nuptias, non clandestinas, & occultam permissionem, modico exato tempore, postquam orationibus, & jejuniis vacaverint, per indulgentiam eis communionem decernimus. Laod. c. 1.*

## C A P U T IX.

*Cum Episcopus ordinandus est, antea examinetur, &c. si nuptias non improber, si secunda d. 23. Qui matrimonia non damnet, &c. Carth. IV. cap. 1. c. 21. Burch. lib. 1. c. 8. Ivo part. 5. c. 6. decret.*

## C A P U T X.

*Pro consulto castitatis, &c. Viduae, quibus placuerit, teneant castitatem, & nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur. Quod si prius, quam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illæ nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio, & de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum, vel suam maritos cogantur accipere. Si quis vero propositum castitatis viduae, vel virginis impedierit, a sancta communione & a liminis ecclesiæ habeatur extraneus. Toler. III. cap. 10. Burch. lib. 8. c. 44. Ivo part. 7. cap. 62. & part. 8. c. 18. decret.*

## C A P U T XI.

*Quæ in viduitate habet sui potestatem, cohabit ab omni accusatione libera, si nemo est, qui conjugium divellat, cum dicat Apostolus: si sit mortuus maritus, libera est, ut nubat, cui velit, tantum in Domino. Basil. ad Amphil.*

X x

CA-

## C A P U T XII.

Vidua ancilla forte non multum lapsa est, quæ sub raptus simulatione, secundum matrimonium eligit. Quamobrem eam de illo accusare non oportet, neque enim simulatio judicatur, sed voluntas. *Basil. ad Amphiloch. c. 53.*

## T I T U L U S XXXI.

*NE DIGAMI ORDINENTUR CLERICI,  
LICET POST DIGAMIAM FUERINT  
BAPTIZATI.*

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. XIII. & XIV.

## T I T U L U S XXXII.

*CLERICUS DIGAMUS TANTUM PO-  
TEST ASCENDERE AD ORDI-  
NEM SUBDIACONATUS.*

## C A P U T I.

**L**ector fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus. *Tolet. I. c. 3.*

## C A P U T II.

De idoneis autem, probatisque viris, quos clericatui alligari ipsa vita gratia suggerit, si forte inciderint in duplicita matrimonio, non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates. *Arauf. cap. 25.*

## C A P U T III.

*Dif. 34. c.  
18.* Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in lectoris statu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit. *Mart. Brac. c. 43.*

## T I T U L U S XXXIII.

*DE MATRIMONIO CLANDESTINO.*

## C A P U T I.

*Do. clandestino.  
desp. c. 2. Gr.  
IX. & c. 1.  
sod. tit. in 4.  
coll.* CUM inhibitio copulae conjugalis sit in tribus ultimis gradibus revocata, eam in aliis volumen districte observari. Unde prædecessorum nostrorum inhærendo vestigiis, clandestina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipsi presbiteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constituit documentis. Si qui vero clandestina, vel interdicta conjugia iniuste præsumperint in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione susceptra prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes scientia, vel saltem affectatores ignorantia videantur. Pari modo illegitima proles censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter commune edictum, in conspectu ecclesiæ præsumperint. Sane parochialis sacerdos, qui tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet alius regularis, qui eis præsumperit interesse,

per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpa qualitas postulaverit. Sed, & his, qui taliter copulari præsumperit, etiam in gradu concessio, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitiosum impedimentum objecerit, ecclesiastica non effugiat ultiōem. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 51.*

## C A P U T II.

Ut omnes laici publicas nuptias faciant tam nobiles, quam ignobiles. *Vernen. c. 15.*

## C A P U T III.

Nemini liceat furtim, raptimque nuptias contrahere, ne forte per erroris ignaviam, vel certe, quod pejus est, diabolico instigati amore, illicita connubia celebrentur. Sed interventis pactis sponsalibus, per aliquam dilationis moram requisiuti, quin etiam diligenti cura vicini, vel maiores natu loci illius, qui possint scire lineam generationum utrorumque sponsi scilicet, vel sponsæ. In eo etiam, ut sine notitia sacerdotis plebis illius nullatenus fiat, quatenus nulla deinceps separationis tribulatio intercedat. Si vero hoc ordine cuncta peragantur, ac probatum sine fraude testium fuerit, & causa contigerit, quod postea aut ipsi recordati fuerint, qui primum se nescire professi sunt, aut certe per aliorum veracium hominum test modium inventi fuerint in eo gradu consanguinitatis, qui segregari solent, segregentur quidem ab invicem, & agant pœnitentiam, & si fieri potest, perseverent utrique innupti. Quod si propter incontinentiam, vel certe, quod est honestius, amore filiorum in id permanere nequeunt, transeant quidem ad secundas nuptias, hoc autem dicimus secundum indulgentiam, non secundum imperium, &c. Qui autem non observaverint omnia hæc, quæ pro salute animæ, & fragilitate vita supra compendiose scripta leguntur, & furtivas, vel interdictas nuptias contrahere præsumperint, & proximi cognationis fuerint inventi, separantur quoque & ipsi, & cunctis diebus vita sua sub pœnitentiæ lamento permaneant, atque ad secundas nuptias numquam ille, vel illa perveniant, alieni communiois gratia judicentur, filiique, qui de hoc tam incesto conjugio nati fuerint, improbi habeantur, nullamque rerum adipisci valeant parentum facultatem. *Forojul. cap. 8.*

## C A P U T IV.

Nullus occultas nuptias, aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem, sed dotatam, & a parentibus traditam per benedictionem sacerdotum accipiat, qui vult uxorem, sicut in lib. 7. Capitular. cap. 179. monetur his verbis: „Sancitum est, ut publicæ nuptiæ ab his, qui nubere cupiunt, fiant, quia læpe in nuptiis clam factis gravia peccata tam in sponsalibus, quam in propinquis, & adulterinis conjugiis, & quod pejus est dicere, cum consanguineis accrescant, vel accumulantur. Sed prius cavendus est sacerdos, in cuius parochia nuptiæ fieri debent, in ecclesia coram omni populo, & ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet, si ejus propinqua sit, an non, aut al-

„ al.

„ alterius uxor, vel sponsa, vel adulterata. Et si  
„ licita, & honesta omnia pariter invenerit, tunc  
„ per consilium, & benedictionem sacerdotis, &  
„ consultu aliorum hominum bonorum eam  
„ sponte, & legitime dotare debet “. *Trost.*  
*cap. 8. ante med.*

C A P U T V.

Quæ uxor habenda est, secundum legem sit casta in virginitate, & dotata legitime, &c. & ita secundum legem, & evangelium publicis nuptiis licite sumenda. *Trost*. *jan. cap. 8. ex D. August. in med.*

*Vide Evarist. epist. 1. in princ. tit. de Cere-  
moniis, quæ in matrimonio observari solent,*  
*cap. Custoditum. Nicol. ad consult. Bulgar. c.  
3. eod. tit. cap. Consuetudinem. Carth. IV. cap.  
13. eod. tit. cap. Sponsus.*

T I T U L U S XXXIV.

DE CONCUBINIS, ET DE HIS, QUI  
CONCUBINAS HABENT.

C A P U T I.

**N**ulli liceat uno tempore duas habere uxores, sive concubinas, uxoremve, & concubinam, &c. Contra hæc salubria dicta faciens, cum uxore concubinam habens, ecclesiaz communione videatur indignus. *Syn. Rom. sub Eug.  
II. cap. 37.*

C A P U T II.

**D**iff. 33. c. 6. Laici, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, hæserint, & si non concubinam, non pellicem noverint, si in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus ordines assumi. *Innoc. epist. 4. cap.  
4. Tarrac. lib. 1. cap. 129. Anselm. lib. 7. cap.  
29. Ivo part. 6. cap. 95. decret.*

C A P U T III.

**32. q. 2. c.** Non omnis mulier juncta viro uxor est viri,  
12. quia nec omnis filius haeres est patris, nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima, & inter aequales multo prius, hoc ipsum Domino constituerit, quam initium Romani juris extiterit. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandum harum personarum discretionem testimonium ponit, &c. *Eiice ancillam, & filium ejus, non enim haeres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Unde [cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem, haberet in se Christi, & ecclesiaz sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipendum est, quasi conjugato eam dederit, nisi forte illa mulier ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ, carent culpa, si mulieres, quæ, a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta, aliud concubina. Leo epist. 90. cap. 4. ad Rusticum Narbonensem Episcopum. Tribur. cap. 38.*

*Cæsar. lib. 10. cap. 16. & 40. Burch. lib. 9. cap.  
1. Ivo part. 8. cap. 74. & 139. decret.*

C A P U T IV.

Ancillam a thoro abiicere, & uxorem certæ 32. q. 2. c.  
ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, 11.  
sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarie expetierunt, fideliter exequantur; nemo enim *De pœn. d. 7.*  
desperandus est, dum in hoc corpore constituitur, *cap. 1.*  
quia nonnumquam, quod diffidentia ætatis dif-  
fertur, consilio maturiore perficitur. *Leo epist.  
90. cap. 5. & 6.*

C A P U T V.

Quia venerandi canones ad sacerdotii gradum natos e concubinis provehi contradicunt, probare eos non satis cautum fore putavimus, ne quidquam a nobis contrarium sanctis patribus in exemplum, & auctoritatem posteris relinquatur, solet enim sancta, & Apostolica sedes pleraque considerata ratione tolerare, sed numquam in suis decretis, & constitutionibus a concordia canonica traditionis discedere. *Greg. VII. lib. 2. registr.  
epist. 50.*

C A P U T VI.

**D**iff. 34. Is  
qui, cap. 4.  
fidelem.

Si quis habens uxorem fidelis\*, concubinam habeat, non communicet. Qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communi-  
one non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxor, aut concubina, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus: alias vero vivens abi-  
ciatur, donec definat, & ad pœnitentiam rever-  
tatur. *Tolet. I. cap. 17. Raban. cap. 10. de Pœ-  
nit. Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 6. panorm. & pars. 8.  
cap. 64. decret.*

C A P U T VII.

De clericis, qui habent concubinas, & de pœ-  
na excommunicationis, & de aliis poenis, quibus afficiuntur, si non resipiscunt. *Concil. habitum  
in Germania sub Conrado Card. cap. 2.*

T I T U L U S XXXV.

DE ADULTERIS, ET RAPTORIBUS  
FEMINARUM.

*Vide in Part. I. Lib. XII. in III. parte.*

T I T U L U S XXXVI.

DE TESTIBUS, ET ALIIS PROBATIO-  
NIBUS IN CAUSSA MATRIMONIALI.

C A P U T I.

**L**icet ex quadam necessitate præter commu-  
nem formam olim fuerit institutum, ut in consanguinitatis, & affinitatis gradibus compu-  
tandis valeret testimonium de auditu, cum pro-  
pter brevem hominum vitam testes de visu depo-  
nere non valerent, usque ad gradum septimum  
commutando; quia tamen pluribus exemplis, &  
certis experimentis didicimus, ex hoc multa pe-  
ricula contra legitima conjugia provenisse, sta-  
tuimus, ne super hoc recipientur testes de cete-  
ro de auditu, cum jam quartum gradum prohi-  
bitio non excedat, nisi personæ graves extiterint,  
quibus fides merito sit adhibenda, & ante motam  
item testificata didicerint ab antiquioribus qui-  
dem suis, non utique uno, cum non sufficeret ille,  
si viveret, sed duobus ad minus, nec ab infâ-  
*De testib. &  
attest. c. 47.  
Greg. IX. c.  
ult. eod. tit.  
in 4. coll.*

mibus, & suspectis, sed a fide dignis, & omni exceptione majoribus, cum tatis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen si unus a pluribus, vel infames ab hominibus bonae famae acceperint, quod testentur, tamquam plures, & idonei testes debent admitti, cum etiam secundum ordinem judiciorum non sufficiat unius testis assertio, etiam si praesidali dignitate præfulgeat, cum actus legitimi sint infamibus interdicti. Testes autem hujusmodi proprio juramento firmantes, quod ad fereandum in causa ipsa testimonium, odio, vel timore, vel amore, vel commoda non procedant, personas expressis nominibus, vel demonstratione, sive circumlocutione sufficienti designant, & ab utroque latere clara computatione gradus singulos distinguant, & in suo nihilominus juramento concludant, se accepisse a suis majoribus, quæ depnunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficient, nisi jurati deponant se vidisse personas saltem in uno predictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere, tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere, quam conjugatos legitime contra statuta Domini separare. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 52.*

## C A P U T II.

*35. q. 9. c. 4.* Si duo, vel tres viri consanguinitatem jurejando firmaverint, vel ipsi forte confisi fuerint, conjugia dissolvantur. Si vero neutrum contigerit, Epilcoli eos per baptismum, per fidem, per judicium Christi in vera obedientia obtestentur, quamvis \* palam faciant, utrum se, sicut familia est, consanguineos recognoscant. *Synod. Troiana sub Urbano II. Ivo part. q. cap. 53. decret.*

T I T U L U S XXXVII.  
COMMUNIA DE MATRIMONIO.

## C A P U T I.

*De excessu prelat. c. 12. Greg. IX. c. unicod. tit. in 4. coll.* **C**AUSÆ matrimoniales sunt Episcoporum, non Abbatum. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 60.*

## C A P U T II.

*Vid. dif. 28. cap. 14. Si ligionis prætextu ejecerit, excommunicetur, si quis docuerit, perseverat, deponatur. Apost. c. 5. G. L. Burch. 3. Quicunq. lib. 1. c. 78. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 30. panorm. G. que, cap. 9. part. 5. c. 184. decret.*

## C A P U T III.

Ad presbyteros sint ista. Ante onnia, ut pudicitiae studentes, adolescentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectionibus quidem id negligant. *Clem. ep. 1. post princ.*

## C A P U T IV.

Dum conjugia in mundo celebrantur, conjugati quique vocantur, ut qui in via jam conjugii præcesserunt, in subsequentis quoque copulæ gaudio misceantur. *Greg. ad August. interrog. 8.*

## C A P U T V.

*Dif. 5. Si mulier, c. 2. Q. cap. ult.* Mulier potest eadem hora, qua gignit, ingressi ecclesiam, &c. ad ejus vero concubitum vir ejus accedere non debet, quoadusque, qui gignitur, ablacteretur. Prava autem in conjugatorum

moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnunt, eosque aliis mulieribus ad nutritiendum tradant, &c. Mulier dum ex consuetudine monstrua patitur, prohiberi ab ingressu ecclesie non debet, &c. Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex magna veneratione percipere non presumit, laudanda est, sed si perceperit, non judicanda, &c. Vir cum propria conjugi dormiens, nisi lotus aqua eccleiam intrare non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Lex autem veteri populo præcepit, ut mistus vir mulieri, & lavari aqua debeat, & ante solis occasum ecclesiam non intrare, &c. Quamvis de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant, atque custodiæ videantur; Romanorum tamen semper ab antiquis ritibus usus fuit, post admisionem propriæ conjugis, & lavaci purificationem querere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reverenter abstinere, &c. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, *Psalm. 50.* &c. Si quis sua conjugi non cupidine voluptratis captus, sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto de ingressu ecclesiæ, seu de sumendo corporis dominici, sanguinisque mysterio suo est rilingendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit cadere \*, &c. *Greg. ad August. interrog. 8. 10. Nicol. ad consult. Bulg. cap. 68. Beda lib. 1. hist. Angl. Capitul. lib. 6. c. 204. Ivo part. 8. c. 88. decret. Tarrac. lib. 6. c. 225.*

## C A P U T VI.

Si amore pudicitiae, ut afferis, solutionem matrimonii queris, hanc tibi nullo pacto noveris tribuendam, nisi vir tuus eandem pudicitiam non fide lectatus extiterit. Denique ut cum beato Gregorio Papa dicitur: Si continentiam, quam vir appetit, uxor non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, dividit conjugium non licet, Quare scriptum est: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nicol. Theuperie Reginæ epist. 48. in fin. Gr. lib. 9. reg. epist. 39.*

## C A P U T VII.

Præterea scilicet amini, si licet exhibere vobis quemadmodum prius, in dotem conjugibus vestris aurum, argentum, boves, equos, & cetera. Quod quia nullum peccatum est, & lege hoc non inhibent, & nos, ut fiat, minime prohibemus. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 49.*

## C A P U T VIII.

Si sponsus sponsæ sororë vitiet, ac sponsam postea ducat, sororque se occidat, rei hujus decenio poeniteant. *Ancyr. c. 25. G. 24. L.*

## C A P U T IX.

Si ea, quam catechumenus reliquerit, duxerit maritum, potest ad fontem lavaci admitti. Hoc & circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum scierit \* illum ab uxore (*diversisse*) quam sine causa reliquit, placuit hujusmodi in fine dari communionem. *Elib. c. 10.*

CA-

\* cum claus-  
rit.

C A P U T X.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postea ad credulitatē venire, incunctanter placuit esse recipienda. *Elib. c. 44.*

C A P U T XI.

Ne qua fidelis, vel catechumena comicos, aut scenicos viros habeat, aut a communione arceatur. *Elib. c. 67.*

C A P U T XII.

Ne fœminæ absque maritorum nominibus laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel litteras alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipient. *Elib. c. 81.*

C A P U T XIII.

<sup>33. q. 4. r.</sup> Poenitentiam conjugatis nonnisi ex consensu dandam. *Arelat. II. cap. 22. Burch. lib. 19. cap. 111. Ivo part. 8. cap. 280. C part. 15. cap. 14. C 123. decret.*

C A P U T XIV.

Non oportet Christianos ad nuptias venientes saltare, vel choræas ducere, sed caste prandere, & cœnare, ut Christianos decet. *Laod. c. 53.*

C A P U T XV.

Mulieres omnes ecclesiæ catholicae fideles vi-

rorum alienorum lectione, & cœtibus separantur, nec ad ipsas legentes alii studio vel docendi, vel discendi convenient, quoniam, & hoc Apostolus jubet, &c. Anathema futuros, qui hoc non observaverint. *Cæsar. c. 1.*

C A P U T XVI.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur, &c. *Arvern. c. 7.*

C A P U T XVII.

Nullus præsumat ante annos pubertatis, id est infra ætatem, puerum, vel puellam in matrimonium locare, nec in dissimili ætate, sed coetaneos, sibique consentientes, &c. Unde qui hæc prohibita de cætero usurpare præsumperit ab omnibus ecclesiastico confortio sit alienus, sed \* nec \* *O.* a condemnatione publici sit immunis judicii. *Fo- rojul. c. 9.*

C A P U T XVIII.

Si fieri possit, ut qui per fornicationem coniunguntur, separentur, id est melius. Sia autem eis omnino placet confortium (*matrimonii*) fornicationis quidem poenam agnoscent, nec separentur autem, ne quid deterius accidat. *Basil. ad Amphiloch. c. 26.*

## Index Librorum, & Titulorum.

L I B R E R P R I M U S.

De Ecclesiis, sacris Ædibus, Templis, Basilicis, & de Oratoriis, atque Altaribus.

- Tit. i. *D*e Ecclesia Catholica. pag. 3. col. 1.  
 Tit. ii. *D*e Ecclesiis, & aliis locis piis ædificandis, & restituendis. 4. 1.  
 Tit. iii. Ecclesiæ ad illum Episcopum pertinent, in cuius Diœcesi ædificatur.  
 Tit. iv. Nullus Sacerdos sacra faciat in loco non consecratio, & de ceremoniis consecrationis Ecclesiæ.  
 Tit. v. Non consecrabantur aliquando Ecclesiæ injussu Pont. Max.  
 Tit. vi. De consecratione Altaris.  
 Tit. vii. solius Episcopi est consecrare Ecclesiæ, & Altaria.  
 Tit. viii. Ne Episcopus consecret Ecclesiæ in aliena Diœcesi.  
 Tit. ix. Ecclesia consecrata non consecratur iterum, si autem illius consecratio est dubia, consecretur.  
 Tit. x. Ne premium ullum accipiatur consecrationis cauffa.  
 Tit. xi. Communia de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris. Ibid.  
 Tit. xii. Revertantur christiani ecclesiæ suam. 10. 2.  
 Tit. xiii. Solis clericis patet aditus ad Altare, non autem Laicis neque Fœminis. 13. 1.

- Tit. xiv. Quibus diebus debeant christiani ad suas Ecclesiæ confluere. 14. 1.  
 Tit. xv. Laici non ingrediantur cum armis in ecclesiam: mulieres vero post patrum, vel pollutæ menstruo, ingredi possunt: item viri, qui cum uxoribus concubuerunt. Ibid.  
 Tit. xvi. Ne in Ecclesiis jus dicatur. Ibid. 2.  
 Tit. xvii. De his, qui ad Ecclesiæ consugiunt. Ibid.  
 Tit. xviii. De immunitate Ecclesiæ. 17. 1.  
 Tit. xix. Episcopis visitet Ecclesiæ suæ Diœcessis. 19. 1.  
 Tit. xx. De manumissis in Ecclesia. Ibid.  
 Tit. xxi. De tertia, vel quarta Ecclesiæ fabrica constituta. Ibid.  
 Tit. xxii. De Ecclesiis, quas Constantinus Imperator ædificavit. 20. 1.  
 Tit. xxiii. De Ecclesiis, & titulis, quæ variis Pontifices Romani ædificerunt. 21. 1.  
 Tit. xxiv. De matrice Ecclesiæ, & de Episcopio. 22. 2.  
 Tit. xxv. De secretario, sive diacono. 23. 1.  
 Tit. xxvi. De Sacrario, sive Sanctuario, Presbyterio, & Gazophylacio. Ibid. 2.  
 Tit. xxvii. De Cœmeteriis. 24. 1.  
 Tit. xxviii. Clerici, qui sunt in oratoriis, obedient Episcopo, & non admittantur sine consensu ipsius. Ibid. 2.  
 Tit. xxix. Communia de Ecclesiis, & Altaribus. Ibid.  
 Tit. xxx. De Basilicis Hæreticorum. 25. 2. L.

L I B E R   S E C U N D U S.			
De Monasteriis, & Xenodochiis, sive Hospitalibus, & aliis locis.			
Tit. i. De reverentia quæ debetur Monasteriis.	25. 1.		Ibid.
Tit. ii. Ne Monasteria sine jussu Episcopi ædificantur.	Ibid. 2.		Ibid.
Tit. iii. Ne quisquam Monasteria spoliare, aut eorum immunitatem violare audeat.	Ibid.		
Tit. iv. De bonis Monasterii, & ne quisquam ea auferat, aut retineat.	26. 2.		
Tit. v. Monasterio aliqua de bonis Ecclesiæ tribui possunt, dummodo ipsa Ecclesia detrimentum non capiat.	27. 1.		
Tit. vi. De bonorum operum necessitate.	28. 1.		
Tit. vii. De eleemosyna.	Ibid.		
Tit. viii. De Xenodochiis, sive Hospitalibus, & Prothiis, sive Ptochotrophiis, & Nosoconiis, & Orphanotrophiis, & alii piis locis.	31. 1.		
Tit. ix. Constituantur litterarum Gymnasia.	32. 2.		
Tit. x. De quarta Pauperum.	33. 2.		
Tit. xi. Episcopi, & Presbyteri, & alii Clerici pauperes alant.	34. 1.		
Tit. xii. Ecclesia pauperes alat.	Ibid.		
Tit. xiii. Episcopi, & alii Clerici defendant pauperes.	Ibid. 2.		
Tit. xiv. Cives alant pauperes, & praeter ceteros Rex.	35. 2.		
Tit. xv. Nemo pauperes opprimat.	36. 1.		
Tit. xvi. Nemo res pauperibus relietas surripere audeat.	37. 2.		
Tit. xvii. Res Ecclesiæ in usus pauperum alienari possunt.	38. 1.		
Tit. xviii. De redēptione captivorum.	Ibid.		
Tit. xix. De expositis.	Ibid. 2.		
Tit. xx. De Hospitiis excipiendis.	39. 1.		
Tit. xxi. De Collegiis, seu Seminariis.	Ibid. 2.		
Tit. xxii. De Fratribus, sive Confratribus.	Ibid.		
Tit. xxiii. Communia de pauperibus.	40. 1.		
L I B E R   T E R T I U S.			
De Beneficiis, & de rebus Ecclesiis, & Ministeriorum, & de Contractibus.			
Tit. i. Solvatur stipendia his, qui Ecclesiis inserviunt.	40. 1.		
Tit. ii. Constituantur congrua portio presbyteris, quibus Ecclesiæ parochiales curæ sunt.	41. 1.		
Tit. iii. Beneficia conferantur dignis.	Ibid. 2.		
Tit. iv. Ne Clerici plura habeant beneficia.	42. 1.		
Tit. v. Clerici resideant in Ecclesiis suis.	Ibid. 2.		
Tit. vi. De iure patronatus, & ne Laici quantumvis patroni injussu Episcopi beneficia conferant.	45. 2.		
Tit. vii. Ne Laici beneficia conferant, aut ea Clerici ab ipsis accipiant.	47. 1.		
Tit. viii. Pater, & Filius non possunt esse Canonici, aut Clerici ejusdem Ecclesiæ.	Ibid. 2.		
Tit. ix. De simonia in beneficiis.			Ibid.
Tit. x. Ne Clerici successores sibi constituant in beneficiis, neque ea dentur antequam vacent.			Ibid.
Tit. xi. Ne Ecclesiis presbyteri conducti præficiantur.	48. 1.		
Tit. xii. Ut beneficia integras fine divisione conferantur.	Ibid. 2.		
Tit. xiii. Conferantur beneficia intra breve tempus.	49. 1.		
Tit. xiv. Communia de beneficiis.	Ibid. 2.		
Tit. xv. De dote Ecclesiæ, & de censibus.	50. 2.		
Tit. xvi. De decimis, & primiis.	52. 1.		
Tit. xvii. Decimæ immunes sunt, & liberæ ab omni vettigali.	55. 1.		
Tit. xviii. Decimæ ex eo, quod quisque sua arte quærebat, olim solvabantur.	Ibid.		
Tit. xix. Ne laici decimas, aut primicias suas, aut alienas sibi retinent.	Ibid. 2.		
Tit. xx. Monachi decimas prædiorum dent Ecclesiis.	Ibid.		
Tit. xxi. De oblationibus.	Ibid.		
Tit. xxii. De his, qui defunctorum oblationes retinent.	57. 2.		
Tit. xxiii. De oblationibus Hæreticorum, & quorundam aliorum, quæ recipi non debent.	58. 1.		
Tit. xxiv. Quoniam pacto dividantur, quæ offeruntur a Laicis.	Ibid. 2.		
Tit. xxv. De servis, & libertis ecclesiæ.	Ibid.		
Tit. xxvi. Res Ecclesiæ sint in potestate Episcopi, & presbyterorum: illaque secundum Canonum statuta dispensent.	Ibid.		
Tit. xxvii. De divisione rerum Ecclesiæ carum in tres, vel quatuor partes.	59. 2.		
Tit. xxviii. De conservandis rebus Ecclesiæ.	Ibid.		
Tit. xxix. Constituantur œconomie ex clero, qui res Ecclesiis administrant.	60. 2.		
Tit. xxx. Laici res Ecclesiasticas non administrant, neque eas usurpent.	Ibid.		
Tit. xxxi. De alienatione rerum Ecclesiasticarum.	61. 1.		
Tit. xxxii. Ne Reges res Ecclesiasticas auferant, aut privati homines ab ipsis eas imperare audeant.	64. 1.		
Tit. xxxiii. De his, qui res Ecclesiæ surripiunt, aut occultant, aut quovis modo sibi vindicant.	Ibid. 2.		
Tit. xxxiv. Nemo surripiat bona Episcopi defuncti, & bona Ecclesiæ viduatæ serventur successori.	71. 1.		
Tit. xxxv. De pactis.	Ibid.		
Tit. xxxvi. De donationibus.	73. 1.		
Tit. xxxvii. De Judiciis.	74. 1.		
Tit. xxxviii. De præscriptionibus.	Ibid. 2.		
Tit. xxxix. De precariis.	75. 1.		
	Tit. xl.		

Tit. xl. <i>De locato &amp; conductio.</i>	76. 1.
Tit. xli. <i>De jure emphyteutico.</i>	Ibid. 2.
Tit. xlii. <i>De emptione, &amp; venditione.</i>	77. 1.
Tit. xliii. <i>De rerum permutatione.</i>	79. 1.
Tit. xlv. <i>Communia de rebus Ecclesiae.</i>	Ibid. 2.
Tit. xlv. <i>Episcopi, presbyteri, &amp; alii clericorum Ecclesiae relinquant Ecclesiae, suum autem patrimonium relinquant cui velint.</i>	80. 1.
Tit. xlvi. <i>Qui non possunt condere testamenta.</i>	82. 2.
Tit. xlviij. <i>Ne Clerici successores sibi constituant in beneficiis.</i>	83. 1.
Tit. xlviii. <i>Testatoris voluntas ab heredibus illico adimplenda.</i>	Ibid.
Tit. xlix. <i>Communia de testamentis.</i>	Ibid. 2.

## LIBER QUARTUS.

De Reliquiis Sanctorum, de Cruce, de sacris Imaginibus, & de veneratione illis debita.	
Tit. i. <i>Sancti Deo preces adhibent pro nobis.</i>	84. 1.
Tit. ii. <i>De Reliquiis Sanctorum, &amp; de earum veneratione.</i>	88. 1.
Tit. iii. <i>Ne templo aedificantur, neve altaria erigantur sine Reliquiis Sanctorum.</i>	92. 1.
Tit. iv. <i>De sepulchris, &amp; cœmeteriis Sanctorum, &amp; de honore habito eisdem.</i>	Ibid. 2.
Tit. v. <i>De Miraculis quorundam Sanctorum.</i>	94. 1.
Tit. vi. <i>De Sanctorum solemnitatibus.</i>	Ibid. 2.
Tit. vii. <i>De luminibus, quæ in sepulchris Sanctorum collocari solent.</i>	95. 2.
Tit. viii. <i>De peregrinis, qui ad Reliquias venerandas Sanctorum proficiscuntur.</i>	96. 1.
Tit. ix. <i>De historiis Martyrum, &amp; de diligentia quæ in illorum rebus gestis scribendis olim fuit adhibita.</i>	Ibid. 2.
Tit. x. <i>De quibusdam martyribus.</i>	97. 1.
Tit. xi. <i>De basilicis Martyrum, &amp; aliorum Sanctorum.</i>	99. 1.
Tit. xii. <i>Nemo haeticorum Martyres veneretur.</i>	Ibid. 2.
Tit. xiii. <i>Communia de Martyribus, &amp; de aliis Sanctorum.</i>	100. 1.
Tit. xiv. <i>De Cruce, &amp; de veneratione, quæ ipsi debetur.</i>	Ibid.
Tit. xv. <i>De utilitate, quæ percipitur usu imaginum.</i>	103. 2.
Tit. xvi. <i>De miraculis, &amp; usu imaginum.</i>	107. 1.
Tit. xvii. <i>De veneratione imaginum.</i>	110. 2.
Tit. xviii. <i>Qualis veneratio sit imaginibus adhibenda.</i>	119. 1.
Tit. xix. <i>De iis, qui heresis iconoclastarum auctores fuerunt, aut illi in primis faverunt.</i>	126. 1.
Tit. xx. <i>Anathemata contra Iconomachos.</i>	127. 1.
Tit. xxi. <i>Decreta contra Iconomachos.</i>	Ibid. 2.
Tit. xxii. <i>Argumenta Iconomachorum, &amp; confutatio ipsorum.</i>	128. 1.
Tit. xxiii. <i>Communia de Imaginibus.</i>	130. 2.

## LIBER QUINTUS.

De Vestibus, Vasis sacris, & de aliis Cœremoniis Ecclesiasticis.

Tit. i. <i>Ne quisquam, præter eos qui sacris iniciati sunt, vasa, aut pallias sacras tangere audeat.</i>	132. 1.
Tit. ii. <i>De munditia, que debetur, vasis, &amp; pallis sacris, &amp; de modo, quo abluenda sunt.</i>	133. 1.
Tit. iii. <i>Corpora mortuorum olim pallis, aut sacris vestibus non tegebantur.</i>	Ibid. 2.
Tit. iv. <i>Episcopi vasa Ecclesiae conservent, &amp; ne illa alienare audeant.</i>	134. 1.
Tit. v. <i>Nemo vasa, aut vestes sacras ad suum domesticum transferat, aut vendat.</i>	Ibid. 2.

Tit. vi. *Corporale sit lineum.* 135. 1.

Tit. vii. *De vestibus, & insignibus propriis Sacerdotum, & aliorum Ministrorum; & de vasis, quæ illis in ordinatione conferuntur.* Ibid. 2.

Tit. viii. *De Pallio.* 137. 1.

Tit. ix. *De Luminibus.* 138. 2.

Tit. x. *De Campanis, & Cymbalis.* 139. 2.

Tit. xi. *De Aqua benedicta.* Ibid.

Tit. xii. *De diprychis sacris.* 140. 1.

Tit. xiii. *Communia de vasis, & aliis ornamentiis.* Ibid. 2.

## LIBER SEXTUS.

De Verbi Dei prædicatione.

Tit. i. <i>De doctrina, &amp; vita Ministrorum Verbi Dei.</i>	141. 1.
Tit. ii. <i>Quas res auditoribus in concionibus proponi oporteat, &amp; de modo, quem tenere debet, qui concionatur.</i>	144. 1.
Tit. iii. <i>Concionatore ex scriptis Sanctorum Patrum depromant conciones.</i>	146. 1.
Tit. iv. <i>Quo modo sint explicandæ divinæ litteræ.</i>	147. 1.
Tit. v. <i>Quibus diebus sint habendæ conciones.</i>	Ibid. 2.
Tit. vi. <i>De effectu prædicationis Verbi Dei.</i>	148. 1.
Tit. vii. <i>Episcopi, cum Diœcesses visitant, doceant subditos, &amp; revocent eos a vitiis.</i>	Ibid.
Tit. viii. <i>Munus Episcopi est docere clericos, &amp; reliquum populum.</i>	Ibid. 2.
Tit. ix. <i>Prædicantem Episcopum custodiunt Diaconi.</i>	Ibid.
Tit. x. <i>Presbyteri, vel Diaconi doceant populum.</i>	Ibid.
Tit. xi. <i>Presbyter non doceat populu præsente Episcopo.</i>	Ibid.
Tit. xii. <i>Nemo prædicet sine licentia Episcopi diœcesani.</i>	Ibid.
Tit. xiii. <i>Constituantur in Ecclesiis Cathedralibus, &amp; in conventionalibus viri docti, &amp; graves, qui concionentur.</i>	149. 1.
Tit. xiv. <i>Constituantur magistri sumptibus Ecclesiastum, qui gratis doceant.</i>	Ibid. 2.
Tit. xv. <i>Laisi non concionentur.</i>	Ibid.

Tit. xvi.

- Tit. xvi. *Hæretici non permittantur habere conciones.* 150. 1.  
 Tit. xvii. *Presbyteri, & Diaconi lapsi non concionentur.* Ibid. 2.  
 Tit. xviii. *Omnis possunt interesse concionibus, etiam infideles.* 151. 1.  
 Tit. xix. *Populus amet suum Doctorem, & obtemperet illius præceptis.* Ibid.  
 Tit. xx. *Communia de Verbi Dei præcariatione.* 152. 1.  
**L I B E R S E P T I M U S.**  
*De Oratione, divinis Officiis, & Lectio-*  
 ne.  
 Tit. i. *De necessitate orationis.* 152. 1.  
 Tit. ii. *De maxima Orationis virtute, & in primis de ea, quæ a Sacerdotibus adhibetur.* 153. 2.  
 Tit. iii. *Oratio multorum, & in primis totius Ecclesiæ plurimum valet apud Deum.* 154. 2.  
 Tit. iv. *De assiduitate Orationis.* Ibid.  
 Tit. v. *De attentione, & reverentia, quam postular oratio.* 156. 1.  
 Tit. vi. *De loco, & tempore, aliisque cæremoniis ad preces fundendas.* Ibid. 2.  
 Tit. vii. *Oratio conjugatur cum eleemosyna, & cum aliis optimis exercitatiobus.* 157. 1.  
 Tit. viii. *De precibus pro regibus adhibendis, & pro populo.* Ibid. 2.  
 Tit. ix. *De iis, qui non communicant in Oratione cum populo.* 158. 1.  
 Tit. x. *Non licet orare cum Hæreticis, neque cum excommunicatis.* Ibid. 2.  
 Tit. xi. *De genuflexione.* 159. 1.  
 Tit. xii. *Ne Christiani cum orant tempore Paschali, & diebus Dominicis, genua flectant.* Ibid.  
 Tit. xiii. *De Divinis Officiis, & in primis de horis canoniciis.* Ibid. 2.  
 Tit. xiv. *Servetur idem ordo ab omnibus in celebratione divinorum Officiorum.* 163. 2.  
 Tit. xv. *Presbyteri, & alii Clerici accedant ad preces matutinas, & vespertinas.* 164. 1.  
 Tit. xvi. *De Officio Romano.* Ibid. 2.  
 Tit. xvii. *De Psalmis, & cantu Ecclesiastico.* 165. 1.  
 Tit. xviii. *De Symbolo Apostolorum, & de oratione Dominica.* Ibid. 2.  
 Tit. xix. *De hymnis.* 167. 1.  
 Tit. xx. *De hymno Trisagio.* 168. 1.  
 Tit. xxi. *De versu, cuius initium est, Gloria patri, &c.* Ibid. 2.  
 Tit. xxii. *De lectio-*  
 ne.  
 Tit. xxiii. *De libris sacris, & de utilitate ipsorum.* Ibid. 2.  
 Tit. xxiv. *De aliis libris, quos recipit, vel reiicit Ecclesia.* 171. 2.  
 Tit. xxv. *De traditionibus.* 173. 2.  
**L I B E R O C T A V U S.**  
*De Paschate, & diebus Festis.*  
 Tit. i. *Pascha celebretur eodem die ab omnibus.* 175. 1.  
 Tit. ii. *Pascha celebretur die Dominico.* 176. 1.  
 Tit. iii. *De modo, quem tenebat antiqui in divulgando Paschate.* Ibid. 2.  
 Tit. iv. *Diversi dies, in quibus incidit Pascha.* 177. 2.  
 Tit. v. *Ne quisquam Pascha celebret cum iudeis, neque alias ferias agat, aut illorum, aut gentilium.* 178. 1.  
 Tit. vi. *De perceptione Eucharistie in Paschate.* 179. 1.  
 Tit. vii. *De cero Paschali.* Ibid.  
 Tit. viii. *Ne christiani, cum orant tempore Paschali, & diebus Dominicis se prosternant.* Ibid. 2.  
 Tit. ix. *Baptismus tantum in Paschate, & Pentecoste conferatur.* Ibid.  
 Tit. x. *Virgines consecrentur in Epiphania, in albis Paschalibus, & in Apostolorum Natalitiis.* Ibid.  
 Tit. xi. *Communia de Paschate.* Ibid.  
 Tit. xii. *De dignitate diei Dominici, & de reverentia, quæ ipsi debetur.* 180. 1.  
 Tit. xiii. *Ne quisquam die Dominico jejunet.* 181. 1.  
 Tit. xiv. *Sæculares die Dominico, & alii festis diebus intersint sacro.* 182. 1.  
 Tit. xv. *Varia de die Dominico.* Ibid.  
 Tit. xvi. *De variis solemnitatibus.* Ibid.  
 Tit. xvii. *Quibus festis diebus debeant christiani ad suas Ecclesiæ confluere.* 183. 2.  
 Tit. xviii. *Ne christiani diebus festis ad ludos confluant, aut rebus turpibus operam dent.* Ibid.  
 Tit. xix. *Ne christiani diebus festis rebus servilibus operam dent, aut in iudiciis versentur.* 184. 2.  
 Tit. xx. *Communia de diebus festis.* 187. 2.  
**L I B E R N O N U S.**  
*De Jejuniis, Vigiliis, & Litaniis.*  
 Tit. i. *De Laudibus Jejuniis.* 188. 1.  
 Tit. ii. *De observandis Jejuniis.* Ibid.  
 Tit. iii. *De effectu Jejuniis.* Ibid. 2.  
 Tit. iv. *De hora, qua olim christiani capiebant cibum, maximè tempore Jejuniis.* Ibid.  
 Tit. v. *Jejunium conjungant christiani cum eleemosyna, & cum exercitacione omnium virtutum.* 189. 2.  
 Tit. vi. *Ægroti non obstringantur lege Jejuniis.* 190. 1.  
 Tit. vii. *De numero dierum, quibus constat quadragesima.* Ibid. 2.  
 Tit. viii. *Quadragesima est velut decima anni, quam christiani offerunt.* Ibid.  
 Tit. ix. *Quadragesima Jejunetur integra.* 191. 1.  
 Tit. x. *Tempore quadragesimæ cives non degant in villis, sed in urbibus & opidis.* Ibid. 2.  
 Tit. xi. *De perceptione Eucharistie tempore quadragesimæ.* Ibid.  
 Tit. xii. *Tempore quadragesimæ non fiebat olim quotidie sacram apud grecos mere nostro.* 192. 1.  
 Tit. xiii.

- Tit. xiii. *Tempore quadragesimæ sancto-  
rum solemnitates olim non celebra-  
bantur.* 192. 1.  
 Tit. xiv. *Tempore quadragesimæ cessent  
judicia, & negotia, quantum fieri  
possit.* Ibid. 2.  
 Tit. xv. *De chrismate, & ablutione pe-  
dum, & reconciliatione pœnitenti-  
tium in Cœna Domini.* 193. 1.  
 Tit. xvi. *De cibis, aliisque rebus prohibi-  
tis in quadragesima.* Ibid.  
 Tit. xvii. *Ne iudæis die Cœna Domini,  
neque aliis tribus, qui proxime se-  
quuntur, in publicum prodeant.* Ibid. 2.  
 Tit. xviii. *Communia de Quadragesima.* Ibid.  
 Tit. xix. *De fejunio, quatuor temporum,  
& aliorum dierum.* 194. 1.  
 Tit. xx. *De Jeuniis monachorum.* 195. 1.  
 Tit. xxi. *Ne quisquam die Dominico je-  
junet.* Ibid.  
 Tit. xxii. *Contrariæ sententiae Græcorum,  
& Latinorum de Jejunio sabbati.* Ibid.  
 Tit. xxiii. *Quibus diebus oporteat christia-  
nos a carnibus abstinere.* 196. 1.  
 Tit. xxiv. *De cibis olim prohibitis,* Ibid. 2.  
 Tit. xxv. *Ne quisquam carnium cibos, aut  
vinum Hæreticorum more dereste-  
tur.* 197. 2.  
 Tit. xxvi. *De agape, & de iis, qui faci-  
unt agapas.* Ibid.  
 Tit. xxvii. *Communia de Jejunio.* 198. 1.  
 Tit. xxviii. *De vigiliis.* Ibid. 2.  
 Tit. xxix. *De Litanis.* 199. 2.

## LIBER DECIMUS.

## De Baptismo.

- Tit. i. *De catechizandis, & catechu-  
menis.* 201. 1.  
 Tit. ii. *De iis, qui Catechumenos docent.* 202. 1.  
 Tit. iii. *De Catechumenis, qui in pecca-  
ta inciderunt.* Ibid. 2.  
 Tit. iv. *De preparatione, quam postular  
baptismus.* 203. 1.  
 Tit. v. *Varia de Catechumenis.* Ibid.  
 Tit. vi. *Sacerdotes habeant cognitioea, quæ  
pertinent ad Baptismi susceptio-  
nem.* 204. 1.  
 Tit. vii. *Discant christiani mysterium ba-  
ptismatis.* Ibid. 2.  
 Tit. viii. *Nemo baptizetur invitus.* Ibid.  
 Tit. ix. *De abrenuntiatione, quæ fit in Ba-  
ptismo.* 205. 1.  
 Tit. x. *De materia Baptismi.* Ibid. 2.  
 Tit. xi. *De forma Baptismi.* 206. 1.  
 Tit. xii. *De ministro Baptismi.* 207. 1.  
 Tit. xiii. *De effectu Baptismi.* 209. 1.  
 Tit. xiv. *Baptismus non tollit digni-  
mam.* 211. 1.  
 Tit. xv. *De Baptismo infantium, & de  
eius necessitate.* 212. 1.  
 Tit. xvi. *De immersione, & de immer-  
sionum numero.* 213. 1.  
 Tit. xvii. *De variis cæremoniis, quæ in  
Baptismo observari solent.* Ibid. 2.  
 Tit. xviii. *De loco, in quo Baptismus est*  
*Tom. VI.*

- suscipiendus.* 215. 1.  
 Tit. xix. *De diebus ad suscipiendum Ba-  
ptismum constitutis.* Ibid. 2.  
 Tit. xx. *Non denegetur Baptismus his, qui  
sunt in periculo mortis etiam extra  
tempora statuta.* 218. 1.  
 Tit. xxi. *De voluntate ad suscipiendum  
Baptismum.* 219. 2.  
 Tit. xxii. *De susceptoribus.* 220. 2.  
 Tit. xxiii. *De cognatione, quæ oritur &  
Baptismo.* 221. 1.  
 Tit. xxiv. *Baptizentur hi, qui ignorant  
se baptizatos esse.* 222. 1.  
 Tit. xxv. *Ne pecunia accipiatur bapti-  
zandi cauſa.* Ibid. 2.  
 Tit. xxvi. *Nemo audeat eos, qui baptiza-  
ti sunt, rebaptizare, neque quisquam  
se rebaptizari permittat.* 223. 1.  
 Tit. xxvii. *De pœna illorum, qui bis su-  
scipiunt Baptismum.* 225. 1.  
 Tit. xxviii. *De pœnis, quibus afficiuntur  
ii, qui apud hæreticos Baptismum  
suscipiunt, aut filios hæreticis, defe-  
runt baptizandos.* Ibid. 2.  
 Tit. xxix. *Hæretici sine forma Ecclesiæ  
baptizati, si ad Ecclesiam veniunt,  
iterum baptizentur.* Ibid.  
 Tit. xxx. *Hæretici rite baptizati, per ma-  
nus impositionem, aut per fidei pro-  
fessionem suscipiuntur ab Ecclesia.* Ibid.  
 Tit. xxxi. *Baptizati apud Hæreticos, qui  
formam Ecclesiæ servant, non rebap-  
tizentur.* Ibid.  
 Tit. xxxii. *Communia de Baptismo.* 226. 1.

## LIBER UNDECIMUS.

## De Confirmationis Sacramento.

- Tit. i. *De Chrismate ex Oleo, & Bal-  
samo.* 227. 1.  
 Tit. ii. *Episcopi est confidere Chrisma, non  
autem presbyteri.* Ibid. 2.  
 Tit. iii. *Per singulos annos benedicendum  
Chrisma.* 228. 1.  
 Tit. iv. *Petant presbyteri ab Episcopis  
Chrisma.* Ibid. 2.  
 Tit. v. *Custodiatur Chrisma diligenter.* 229. 1.  
 Tit. vi. *De ministro confirmationis.* Ibid.  
 Tit. vii. *De effectu confirmationis.* 230. 1.  
 Tit. viii. *Ab Hæreticis baptizati per con-  
firmationem recipiuntur ab Eccle-  
sia.* 231. 1.  
 Tit. ix. *De diebus ad suscipiendum hoc Sa-  
cramentum constitutis.* Ibid.  
 Tit. x. *Non est suscipiendum bis hoc Sa-  
cramentum.* Ibid. 2.  
 Tit. xi. *De patribus spiritualibus.* Ibid.  
 Tit. xii. *De cognatione quæ oritur ex hoc  
Sacramento.* 232. 1.  
 Tit. xiii. *Ne pecunia accipiatur Chrisma-  
tis, aut confirmationis cauſa.* Ibid.  
 Tit. xiv. *Communia de confirmatione.* Ibid. 2.

## LIBER DUODECIMUS.

## Pars Prior de Eucharistia, at Sacramento.

- Tit. i. *De Materia, & Forma Euchari-  
stie.* 233. 1.  
 Tit. ii. *Vy*

- Tit. ii. Corpus Christi revera est in Eucharistia, & de effectu, quem in sumente producit. 235. 2.  
 Tit. iii. De Ministris, qui conficiunt, vel tribuunt Eucharistiam. 236. 1.  
 Tit. iv. Ab Hæreticis non sumatur Eucharistia. 237. 1.  
 Tit. v. Energumeni possunt sumere Eucharistiam, sed non ministrare. Ibid.  
 Tit. vi. De cultu, & veneratione maxima, quæ debetur Eucharistie, & Missæ Sacrificio. Ibid. 2.  
 Tit. vii. De frequenti perceptione Eucharistie. 238. 1.  
 Tit. viii. De percipienda Eucharistia in Cœna Domini, vel in Paschate. 240. 1.  
 Tit. ix. Quonam modo se debeant comparare christiani ad perceptionem Eucharistie. Ibid. 2.  
 Tit. x. Non denegetur Eucharistia leprosis, & obiis infirmis. 242. 2.  
 Tit. xi. Eucharistia non denegetur illis, quibus mores impendet. 243. 1.  
 Tit. xii. Quibus de causis prohibeantur clerici, aut laici a perceptione Eucharistie. 245. 1.  
 Tit. xiii. De communione laica. 247. 1.  
 Tit. xiv. De peregrina communione. 248. 1.  
 Tit. xv. De iis, qui acceptam Eucharistiem non consumunt. Ibid.  
 Tit. xvi. Communia de Eucharistia. Ibid. 2.  
**L I B E R D E C I M U S T E R T I U S.**  
 Pars Posterior de Sacrificio Missæ.  
 Tit. i. De ministris, qui offerunt Sacrificium, & de his, qui non possunt offerre. 249. 1.  
 Tit. ii. Quem ordinis servare debeant Sacerdotes in Missæ celebratione. 250. 1.  
 Tit. iii. Missæ Sacrificium celebretur a junis. Ibid.  
 Tit. iv. De precibus, & ceremoniis, quas in Missæ Sacrificio varie synodi, & Pontifices Maximi servari iussierunt. Ibid. 2.  
 Tit. v. De rebus, quas licet, aut non licet in Altari offerri. 253. 2.  
 Tit. vi. De oblationibus. 254. 1.  
 Tit. vii. Nullus Sacerdos sacrum faciat in loco non consecrato. Ibid.  
 Tit. viii. Missæ Sacrificium olim non fiebat ante horam terciam. Ibid.  
 Tit. ix. Quibus diebus olim Sacerdotes non faciebant sacrum. Ibid. 2.  
 Tit. x. Sacerdos non faciat sacrum solus. Ibid.  
 Tit. xi. De cultu, & veneratione maxima quæ debetur Missæ Sacrificio. 255. 1.  
 Tit. xii. De vestibus sacratis, vasis, corporali, pallis, pallio, & insignibus propriis Sacerdotum, aliorumque ministeriorum reverentiadis, mundanidis, & conservandis. Ibid. 2.  
 Tit. xiii. De Missis privatis. Ibid.  
 Tit. xiv. Mulieres non accedant ad altare, neque Sacerdotum sint administræ. Ibid.
- Tit. xv. Diebus Dominicis omnes interfines Missæ a principio ad finem usque, 256. 1.  
 Tit. xvi. De loco laicorum in missis. Ibid. 2.  
 Tit. xvii. Ne quis audiat Missam presbyteri concubinarii. Ibid.  
 Tit. xviii. De Missa Catechumenorum. Ibid.  
 Tit. xix. De Missis defunctorum, & pro quibus possit Sacrificium offerri, & pro quibus non. 257. 1.  
 Tit. xx. De Sacerdore, qui se abstinet a perceptione Eucharistie cum facit sacrum, item de ministris, & aliis, qui interficiunt Sacrificio, & non communicant. 258. 2.  
 Tit. xxi. Num Sacerdos, qui pœnitentiam accepit, possit post actam pœnitentiam facere sacram. Ibid.  
 Tit. xxii. Presbyteri, qui faciunt sacram apud sanctimoniales statim discedant. Ibid.  
 Tit. xxiii. Communia de Sacrificio Missæ. Ibid.  
**L I B E R D E C I M U S Q U A R T U S.**  
 De Pœnitentiæ Sacramento.  
 Tit. i. Laus Pœnitentie, 260. 1.  
 Tit. ii. De contritione. 261. 1.  
 Tit. iii. De confessione. 262. 2.  
 Tit. iv. De satisfactione. 266. 1.  
 Tit. v. De effectu Pœnitentie. Ibid. 2.  
 Tit. vi. De potestate sacerdotali, & de absolutione. 267. 1.  
 Tit. vii. De Indulgentiis. 268. 1.  
 Tit. viii. De recipiendis peccatoribus, qui Pœnitentiam agere volunt. 269. 2.  
 Tit. ix. Non admittitur pœnitentia illius, qui in peccato perseverat. 271. 2.  
 Tit. x. Tempus, & modus Pœnitentie plerumque constituitur arbitrio Sacerdotis. 273. 2.  
 Tit. xi. De modo imponendi Pœnitentiam. 275. 1.  
 Tit. xii. Pœnitentia non suscipiatur ab heretico Sacerdote. 277. 2.  
 Tit. xiii. De Pœnitentia publica. Ibid.  
 Tit. xiv. Presbyter non potest reconciliare Pœnitentem injussu Episcopi. 278. 1.  
 Tit. xv. Non ordinantur, qui publicam Pœnitentiam egerunt. Ibid.  
 Tit. xvi. Ne Pœnitentes matrimonium contrahant. Ibid.  
 Tit. xvii. De Pœnitentibus qui ex vivis excedunt. 279. 1.  
 Tit. xviii. Qui morbo oppressus obmutuit, pœnitentiam accipere potest, si significationem dedit suæ voluntaris. 280. 1.  
 Tit. xix. Varia de pœnitentibus ægrotis. Ibid. 2.  
 Tit. xx. De his, qui post Pœnitentiam ad pristinos mores redeunt. 281. 1.  
 Tit. xxi. De Sacerdote, qui Pœnitentiam accepit. 282. 1.  
 Tit. xxii. Presbyteris, & Diaconis, qui peccarunt, non imponatur manus. 284. 1.  
 Tit. xxiii. De templis, & presbyteris olim ad suscipiendos Pœnitentes constitutis. Ibid.  
 Tit. xxiv.

Tit. xiv. Pœnitentiæ quædam clericis, O monachis proprie constitutæ.	284. 2.
Tit. xxv. Varia Pœnitentiæ.	286. 1.
Tit. xxvi. Communia de Pœnitentia.	287. 1.
<b>L I B E R D E C I M U S Q U I N T U S .</b>	
De Extrema unctione, Funeribus, & Sepulturis.	
Tit. i. De Extrema unctione.	290. 1.
Tit. ii. De lugendis mortuis moderate.	291. 1.
Tit. iii. De preeibus pro mortuis adhiben- dis.	Ibid. 2.
Tit. iv. Pro quibus mortuis possit Missæ Sacrificium offerri, O pro quibus non possit.	292. 1.
Tit. v. Ne oblationes defunctorum retine- antur a laicis.	Ibid.
Tit. vi. De Pœnitentibus, qui ex hac vi- ta migrarunt.	Ibid. 2.
Tit. vii. Cum moritur Episcopus veniat Episcopus vicinus ad mandandum tumulo illius corpus.	Ibid.
Tit. viii. Ne quisquam bona Episcopi de- functi surripere audeat.	293. 1.
Tit. ix. De iis, qui cibos offerunt mor- tuis.	Ibid.
Tit. x. Non sepeliebantur olim corpora defunctorum in Ecclesia.	Ibid.
Tit. xi. Ne corpora mortuorum pallis, aut vestibus sacris tegantur.	Ibid. 2.
Tit. xii. Quibus de cauſis privetur quis se- pultura Ecclesiastica.	Ibid.
Tit. xiii. De poena illius, qui sepulchrum violat.	295. 1.
Tit. xiv. Ne pecunia accipiatur sepulturæ cauſa tamquam pretium.	Ibid. 2.
Tit. xv. Communia de funeribus, O se- pulturis.	296. 2.
<b>L I B E R D E C I M U S S E X T U S .</b>	
De Sacramento Ordinis.	
Tit. i. De ministerio Sacram. Ordinis.	297. 1.
Tit. ii. Episcopus non ordinet in aliena diœcesi.	298. 1.
Tit. iii. Ne Episcopus clericum alienum ordinet sine scientia Episcopi, ad quem pertinet.	Ibid.
Tit. iv. Episcopus servet canonum statuta in conferendis ordinibus.	Ibid.
Tit. v. Ne laicus statim Episcopus, aut presbyter ordinetur, sed prius ordi- nes inferiores suscipiat.	Ibid.
Tit. vi. De temporibus ordinationum.	Ibid. 2.
Tit. vii. De cæremoniis, quæ in ordina- tione presbyteri, O reliquorum cle- ricorum observari solent.	300. 1.
Tit. viii. Ordinentur clerici multis pre- sentibus, non tamen intersint cate- chumeni.	301. 1.
Tit. ix. Quæ ætate clerici possint sacris ini- tiari.	Ibid.
Tit. x. De illicitis ordinationibus.	302. 1.
Tit. xi. Quales debeant esse, qui ordinan- tur, O ne quisquam sine examine or- dinetur.	Ibid.
Tit. xii. De Neophytis non ordinandis.	306. 1.

Tit. xiii. De digamis non ordinan lis.	Ibid. 2.
Tit. xiv. Ne digamus clericus ordinetur, licet post digamiam fuerit bapti- zatus.	308. 2.
Tit. xv. De publice pœnitentibus non ordi- nandis.	Ibid.
Tit. xvi. De Hæreticis ad fidem conversis non ordinandis exceptis Novatianis, O aliis quibusdam.	311. 2.
Tit. xvii. De homicidis non ordinandis.	Ibid.
Tit. xviii. De incontinentibus non ordi- nandis.	Ibid. 2.
Tit. xix. De filiis presbyterorum, O de aliis ex illico concubitu natis non ordinandis.	312. 1.
Tit. xx. De ordinandis hominibus impe- ritis.	Ibid. 2.
Tit. xxi. De his, quibus aliquid membrum debet, non ordinandis.	313. 1.
Tit. xxii. De his, qui rebaptizati sunt, aut ab Hæreticis baptizati non ordi- nandis, exceptis infantibus.	314. 1.
Tit. xxiii. De militibus, O curialibus non ordinandis.	Ibid.
Tit. xxiv. De energumenis non ordi- nandis.	315. 1.
Tit. xxv. De iis, qui morbo oppressi bapti- zantur, non ordinandis.	Ibid.
Tit. xxvi. De servis non ordinandis.	Ibid.
Tit. xxvii. De libertis non ordinandis sine consensu patroni.	316. 2.
Tit. xxviii. De quibusdam non ordinandis propter varia crima, aut propter alias cauſas.	Ibid.
Tit. xxix. Qui baptizati, aut nati sunt in provinciis remotis non facile ordi- nentur.	317. 1.
Tit. xxx. Non ordinentur, qui uxores ha- bent, nisi castitatem se servare pro- miserint.	Ibid.
Tit. xxxi. Ne quisquam per simoniam con- ferat aut suscipiat ordines, O de or- dinatis a simoniacis.	Ibid.
Tit. xxxii. De his, qui magnis sceleribus obstricti ordines suscepérunt.	320. 1.
Tit. xxxiii. Prohibeantur a ministerio sa- trorum ordinum, qui post ipsos ordi- nes susceptos gravia crima susce- perunt.	321. 1.
Tit. xxxiv. Nemo suscipiat bis eundem or- dinem.	Ibid. 2.
Tit. xxxv. De ordinatis ab excommunica- tis, vel depositis.	Ibid.
Tit. xxxvi. De ordinatis ab Hæreticis, O Schismaticis.	322. 1.
Tit. xxxvii. De quibusdam, qui ordines suscipere non prohibentur.	Ibid. 2.
Tit. xxxviii. Monachi ascendere possunt ad sacros ordines, si Episcopus, O Abbas consensum præbeant.	Ibid.
Tit. xxxix. De rebus, quas promittere de- bent, qui ordinantur.	Ibid.
Tit. xl. De Tonsura.	Ibid.
Tit. xli. Ne quisquam, qui uxorem haberet,	Ibid.

- sacris initietur, nisi ipse, & uxor  
promiserint castitatem. 323. 1.  
Tit. xlvi. Communia de ordinandis. Ibid.
- LIBER DECIMUS SEPTIMUS.**  
De Matrimonio.
- Tit. i. Ne quisquam Matrimonium damna-  
re audeat. 324. 1.  
Tit. ii. De sponsalibus. Ibid. 2.  
Tit. iii. Mulieres non nubant sine consen-  
su parentum, vel aliorum, in quo-  
rum sunt potestate. 325. 1.  
Tit. iv. Non sufficit consensus parentis in  
matrimonio filii, sed necessarius  
est contrahentis consensus. Ibid. 2.  
Tit. v. De ceremoniis que in matrimo-  
nio observari solent, & in primis de  
benedictione. Ibid.  
Tit. vi. Ne pecunia accipiatur benedictio-  
nis nuptialis causa. 327. 1.  
Tit. vii. Quibus temporibus nuptias cele-  
brari non licet. Ibid.  
Tit. viii. De fide, & amore mutuo viri,  
& uxoris. Ibid. 2.  
Tit. ix. Quibus temporibus viris consuli-  
tur ab uxoribus abstinere. Ibid.  
Tit. x. Ne fidelis matrimonium contrahat  
cum infideli. 328. 2.  
Tit. xi. Non possunt contrahere Matrimo-  
nium, qui votu castitatis se adstrin-  
gerunt. Ibid.  
Tit. xii. Ne Poenitentes Matrimonium  
contrahant. 329. 1.  
Tit. xiii. Ne Matrimonium contrahantur  
inter consanguineos, & affi-  
nes. Ibid.  
Tit. xiv. Ne quisquam commatrem ducat  
uxorem. 337. 1.  
Tit. xv. Ne clerici, qui sacris sunt initia-  
ti, uxores ducant. Ibid.  
Tit. xvi. Ne qui uxorem habet sacris ini-  
tiatur, nisi ipse, & uxor promise-  
rins castitatem. Ibid.  
Tit. xvii. Ne Presbyteri, aut Diaconi, aut  
Subdiaconi uxor mortuo viro nu-  
bare. Ibid. 2.  
Tit. xviii. Presbyteri, & alii, qui sacris

- sunt initiati, abstineant ab uxo-  
ribus, si non abstinent, punian-  
tur. 338. 1.  
Tit. xix. Ne uxor Episcopi, presbyteri  
dormiat in letto, aut in cubiculo  
viri. Ibid.  
Tit. xx. Ne presbyter, diaconus, aut sub-  
diaconus intersint ludis, qui fiunt in  
nupiis. Ibid. 2.  
Tit.xxi. Adulter non potest ducere uxo-  
rem eam, cum qua, vivente viro,  
concubuit. 339. 1.  
Tit. xxii. Ob quæ criminis privetur quis  
spe conjugii. Ibid. 2.  
Tit. xxiii. Clerici, qui non sunt sacris or-  
dinibus initiati, uxores ducere pos-  
sunt. 340. 2.  
Tit. xxiv. Ne Clericus viduam, aut mere-  
tricem ducat uxorem. Ibid.  
Tit. xxv. De conjugio servorum, & li-  
bertorum. Ibid.  
Tit. xxvi. Ne vir uxorem dimittere aude-  
at, excepta fornicationis causa. Ibid.  
Tit. xxvii. Vir, dum uxor vivit, non potest  
alteram ducere, neque uxor alteri  
viro nubere. Ibid.  
Tit. xxviii. Nemini licet duas uores eo-  
dem tempore habere. 344. 1.  
Tit. xxix. De conjugibus, qui ad religio-  
nem se conferunt. Ibid. 2.  
Tit. xxx. De secundis nupiis, & ne quis-  
quam eas damnat. 345. 1.  
Tit. xxxi. Ne digami ordinentur Clerici,  
licet post digamiam fuerint bapti-  
zati. 346. 1.  
Tit. xxxii. Clericus digamus tantum po-  
test ascendere ad ordinem subdiaco-  
natus. Ibid.  
Tit. xxxiii. De Matrimonio clandestino. Ibid.  
Tit. xxxiv. De concubinis, & de his, qui  
concubinas habent. 347. 1.  
Tit. xxxv. De adulteris, & raptoribus fe-  
minarum. Ibid.  
Tit. xxxvi. De restibus, & aliis probatio-  
nibus in causa matrimoniali. Ibid.  
Tit. xxxvii. Communia de Matrimonio. 348. 1.



**ANTONII AUGUSTINI**  
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
**JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.**  
Pars Tertia  
DE JUDICIIS.

ANTONII AUGUSTINI  
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
IURIS PONTIFICII AETERRIS EPITOME  
Pisa: Tertii  
de Iudiciorum

ANTONII AUGUSTINI  
ARGHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.  
PARS TERTIA DE JUDICIIS.

## LIBER PRIMUS

## De Actionibus, sive Judiciis.

TITULUS I.  
LAUS JUSTITIAE.  
CAPUT I.



Urpe est me hoc defendere,  
quod prius mihi non consti-  
terit justum esse, quia ego  
homines propter justitiam  
diligo, non autem justitiam  
propter homines postpono.  
*Gregor. Leont. Exconsuli*  
*lib. 8. regist. epist. 51.*

## CAPUT II.

Amatoris justitiae indicium est, quoslibet, &  
quomodolibet hanc velle penitus invenire. Justi-  
tia nempe pretiosa margarita est, quae non solum  
in thesauris regiis, verum etiam in sterquiliniis  
est querenda, &c. *Nicol. epist. ad Michael. Imp.*  
*in princ. incipit, Quanto majora.*

## CAPUT III.

Perfectorum virorum est, non solum justitiam  
& veritatem, quae Christus est, coram cupitis  
mundi. Principibus confiteri, verum etiam, si nec-  
esse sit, usque ad mortem tota virtute defende-  
re, &c. *Nicol. ad Senatorem CP. ep. 16.*

## CAPUT IV.

*Prov. 14.* Scriptum est: *Justitia elevat gentem, injur-  
itia vero miseros facit populos.* & *Psalmista:*  
*Psalm. 105.* Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt ju-  
stitiam, in omni tempore. *Arelat. sub Carolo,*  
*cap. 13.*

## CAPUT V.

*Prov. 14.* Quod per justitiam stet regnum, Salomon in  
proverbiis adstruit ita inquiens: *Justitia elevat  
gentem, & miseros faciat populos peccatum.*  
*Prov. 20.* Item: *Misericordia, & veritas custodiunt Re-  
gem, & roboratur justitia thronus eius.* Item:  
*Prov. 21. a.* Facere misericordiam, & iudicium magis pla-  
cer Deo, quam victimæ. Et infra: *Rapinae im-  
piorum detrahent eos, qui noluerunt facere ju-  
dicium.* Item ibi: *Qui sequitur justitiam, &  
misericordiam, invenit vitam, & justitiam,*  
*Ecc. 10.* & gloriam &c. Item: *Regnum a gente in gen-  
tem transfertur proper injusticias, & injurias,  
& contumelias, & diversos dolos.* Quibus verbis  
liquido claret, quod pietas, justitia, & misericor-  
dia stabiliant regnum, & lassiones viduarum, &c

pupillorum, calumniæque miserorum, violen-  
taque judicia, & perversio justitiae evidenter  
illud evertant. Unde & multorum regnum col-  
lapsio, quia pietatis, justitiae, & misericordiae non  
habuerunt stabilimentum, his quæ dicta sunt, pa-  
tenter fidem attribuit. *Paris. sub Ludov. G' Loth.*  
*l. 2. cap. 4.*

## CAPUT VI.

Per hoc supernæ majestatis auctoritatem, cuius  
universa reguntur imperio, placari credimas, si  
in populo nostro justitiae jura servamus, & ille  
pius pater, & Dominus, qui humanæ fragilitatis  
substantiam suo semper adjuvare consuevit au-  
xilio, melius dignabitur cunctorum necessitati-  
bus, quæ sunt opportuna, concedere his, quos co-  
gnoscit præceptorum suorum monita, custodire,  
&c. Convenit ergo, justitiae, & æquitatis in omni-  
bus vigore servato, distingat legalis ultio, judi-  
cum, quos non corrigit canonica prædicatio sa-  
cerdotum, quo fiat, ut dum præterita rescantur  
sceleris, nullus audeat perpetrare futura, & ita  
universos excedentes pro disciplina tenore ser-  
vando correctionis fræna constringat, ut in uni-  
versa regione nostra pacis, & concordiae jura pro-  
ficiant. *Guntramnus Rex Francorum in synod.*  
*Motifc. II.*

TITULUS II.  
DE CONCORDIA, ET AMORE MUTUO,  
ET DE RECONCILIATIONE DISSI-  
DENTIUM.

## CAPUT I.

Präcipimus, ut Episcopi ad solum Deum, & *Diss. 90. c.*  
salutem populi habentes respectum, omni  
tepiditate deposita, ad pacem firmiter tenendam  
mutuum sibi consilium, & auxilium præbeant,  
neque alicujus amicitia, aut odio prætermittant.  
*Ibid.* Quod si quis in hoc Dei opere tepidus inventus  
suerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. *In-*  
*noc. II. in concil. Rom. c. 9. Alexand. III. in con-*  
*cil. Lateran. c. 21.*

## CAPUT II.

Vos, si dilectionem habueritis ad invicem, &  
unanimis fueritis, facile tales separare poteritis  
(*loquitur de iis, qui invehuntur in Episcopos*)  
si vero, quod absit, discordes fueritis, & canino  
dente vos derodere cœperitis, non solum eos non  
su-

# 360 Juris Pontificii Veteris Epitome

superabit, sed & vobis ipsis nocebitis. *Alexand.*  
*ep. 2. ante med.*

## C A P U T III.

*Dif. 90. c. 4.* Perlatum est ad Sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratres velle, & ut cadant, decertare: similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones, & emulationes inter vos fieri, a quibus dissensionibus vos averttere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus, nam si hoc agere cito neglexeritis & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolicæ Sedis, & totius Ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis. *Victor. ep. 2. in med.*

## C A P U T IV.

*II. q. 3. c. 89. Si quis, in fin.* Homini religioso parum esse debet, inimici, tias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. *Callist. ep. 1. in fin. Ivo part. 5. c. 235. decret.*

## C A P U T V.

Studendum est Episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem, quam ad judicium coercentur. *Steph. ep. 2. ante med.*

## C A P U T VI.

*Philipp. 3.* Nemo quod suum est querat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait: „Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad ædificationem, nec enim poterit unitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis adstrinxerit, quia: „sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra“. Hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. *Leo ep. 82. ad Anast. Thesalon. Episc. c. 11.*

## C A P U T VII.

Hi, qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurrant. *Arelat. II. c. 31.*

## C A P U T VIII.

*Dif. 90. c. 6.* Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet. *Carth. IV. c. 25. L. Burch. lib. 1. c. 62. Ivo part. 5. c. 172. decret.*

## C A P U T IX.

*Dif. 90. c. 7.* Studendum est Episcopis, ut dissidentes fratres, sive clericos, sive laicos ad pacem magis, quam ad judicium cohortentur. *Carth. IV. c. 26. L. Capitul. lib. 6. c. 287. Burch. lib. 1. c. 101. Ivo part. 5. c. 203. decret.*

## C A P U T X.

*Dif. 90. c. 8.* Discordantes clericos Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per audientiam damnat. *Carth. IV. cap. 59. L. Burch. lib. 2. cap. 215. Ivo part. 6. c. 290. decret. Anselm. lib. 8. c. 34. in addit. Cæsar. lib. 4. c. 112.*

## C A P U T XI.

*Dif. 90. c. 9.* Oblationes dissidentium fratrum neque in sarcario, neque in gazophylacio recipientur. *Carth. IV. cap. 93. Tolos. XI. cap. 4. Troslejan. cap. 12. Burch. lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. decret.*

## C A P U T XII.

Quicumque odio, aut longoqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diutina intentione nequierint, a sacerdotibus civitatis primi arguantur; qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de Ecclesiæ coetu justissima excommunicatione pellantur. *Agath. c. 31. Vormac. c. 41. Trosl. c. 12. Burch. lib. 10. c. 61. Ivo part. 13. c. 62. decret.*

## C A P U T XIII.

Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjuro uno anno a communione sanguinis & corporis Domini segregatus reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerint jejunii, absolvat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. *Ilerd. 1. Pet. 4. c. 7. vide Trosl. c. 11. Rab. cap. 20. de pœnit. Burch. lib. 12. c. 17. Ivo part. 12. c. 74. decret.*

## C A P U T XIV.

Propter illud cælestè mandatum: *Pacem me. Joann. 14. amodo vobis, &c.* si inter consacerdotes ex causa livore emiserit, ut pendente certamine sibi invicem reconciliari non possint, electis ab utraque parte fratribus, id est, presbyteris, præpondente dulcedine, litis jacula finiant, & vota pacis requirant, &c. Si quis tunc reconciliari neglexerit, cum ad synodum venerit, non solum reatum coram coepiscopis se cognoscat incurrire, verum etiam congrue pœnitentia intelligat vindictam subire, &c. *Turon. II. c. 2.*

## C A P U T XV.

Sicut omnis, qui diligit fratrem suum, ex Deo est, ita omnis, qui odit proximum, ex diabolo est, dilectione enim sola discernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc 1. Joann. 3. manifestari sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, quoniam hoc est annuntiatio, quam ab initio auditis, ut diligamus alterum; & post paululum: Omnis qui odit fratrem suum homicida est, & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur, &c. Et Paulus: Non occidat sol super iracundiam Ephes. 4. vestram. Et: Nolite locum dare diabolo. Relatum est nobis, quorundam sacerdotum personas non solum occasum solis ab ira non revocare, sed quod nec annosa transactio temporum ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus sol justitiae Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horam ergo discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censimus, atque præcipimus eis, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quod discordiæ servierant. Quod si unus, alio conteiente, ad satisfactionem charitatis curreat, ex eo tempore, ut pacificus intra Ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festinavit, sen-*

*Vid. dif. 90. c. 2. Oblations.*

tentia tamen superiori servata, ut tempus quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persolvat. *Tolet. XI. c. 4. vide Carthag. IV. c. 93. L. vide Tros. c. 12. Burch. lib. I. cap. 131. & lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. & part. 5. c. 231. decret.*

## C A P U T XVI.

De pacis bono, atque concordia, ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur, inter Episcopos, & comites, inter clericos, & monachos, & omnem populum christianum, &c. Quidquid illud est, quod nos ad veræ pacis studium, & charitatis perfectionem provocat, totis viribus sectandum est. Quidquid nos ab illa disjungit, ut venenum mortiferum cavendum est. *Arelat. sub Carolo c. 12. Capitul. lib. 7. in addit. c. 63.*

## C A P U T XVII.

Omnis homines, & maxime Christiani, student inter se pacem, unanimitatem, & concordiam habere, odium vero, & discordiam longe a se propellere. *Turon. sub Carolo c. 32.*

## C A P U T XVIII.

*Hebr. 12.* Si inter omnes fideles pax, & concordia habenda est, dicente Apostolo: *Sequimini pacem, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum;* multo magis inter Episcopos, & Comites esse debet, qui post Imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum sibi ad Dei servitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solum non noceant, quin potius adminiculo sint. *Cabil. sub Carolo c. 20. Magunt. sub Raban. c. 4. Magunt. sub Arnulph. c. 24.*

## C A P U T XIX.

*Joann. 8. & Epbes. 4.* Ut pax & concordia sit, atque unanimitas in populo Christiano, quia unum Deum patrem habemus in celis, & unam matrem Ecclesiam, unam fidem, unum baptismum, ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, si ad unam & veram hereditatem regni caelestis cupimus pervenire, quia non est dissensionis Deus, sed pacis, ut ipse ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* *Magunt. sub Carolo c. 5. Magunt. sub Rab. cap. 4. Capitul. lib. 7. cap. 15. in addit.*

## C A P U T XX.

Admonendi sunt benevoli subditi, ut sic alienis bonis congaudeant, quatenus habere & propria concupiscant, sic proximorum facta diligendo laudent, ut etiam imitando multiplicent, ne si in hoc presentis vitæ studio ad certamen alienum devoti fautores, sed pigri spectatores assistant, & post certamen sine bravio remaneant, qui nunc in certamine non laborant, & tunc eorum palmas afflitti respiciant, in quorum nunc laboribus ociose perdurant. Valde peccamus, si aliena bona gesta non diligimus: sed nihil mercedis agimus, si ea quæ diligimus, in quantum possumus non imitamur. *Greg. in pastor. lib. 3. cap. 11. apud Aqui gr. c. 103. ad fin.*

## C A P U T XXI.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis virtus spiritualia merito exageranda videntur, &c. odium, & discordia, quæ chari-

*Tom. VI.*

tatem inter proximos extinguunt, dilectionem vacuant, & omnia bona pervertunt, & non sinnunt proximos in mutua dilectione confistere, nec quierant, tranquillamque, ut decuerat Christianos, vitam degere. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. I. c. 1. in fin.*

## C A P U T XXII.

Hi, qui Palatinis honoribus fulciuntur, sive clerici sint, sive laici, dignum est, ut vinculo charitatis connectantur, ne alterutrius injuriam, aut dehonorationem contra fas meditentur, ne desides, & dolosi ad invicem existant, ne forte qui dolosi sunt, incident in illud Psalmistæ dicentis: *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala Psalm. 27. autem in cordibus eorum. Da illis Domine secundum opera eorum, & secundum nequitiam adiumentorum ipsorum.* *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. II. c. 6. in med.*

## C A P U T XXIII.

Hoc summopere elaborandum est, ut semper inter pastores Ecclesiarum, & gregem Christi pax, & concordia, unanimitasque servetur, nisi enim charitatem & concordiam in invicem habuerint, Deum, sicut oportet, propitium habere non merebuntur. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 3. cap. 10. Aqui gr. II. sub Ludov. part. 4. c. 6.*

## C A P U T XXIV.

Si fideliter vultis regnare, & vigorem Regium, & seniorale, & super vestros, & super impugantes potestatem vestram optatis habere, charitatem illam, quam Apostolus docuit: *de corde puro, 1. Tim. 1. & conscientia bona, & fide non ficta cum fratribus vestris studete habere.* *Meld. c. 7.*

## C A P U T XXV.

Ut tanta inter nos, largiente Domino charitas, & unitas teneatur, ut quoties aliqui in populis, quibus regendis præesse dignoscimur, adversus Ecclesiam, & sacerdotalem auctoritatem contemptores, & rebelles existunt, tanta instantia invicem & litteris & verbis juvare studeamus, ut pondere Ecclesiastici vigoris retrusi, & preli ad humilitatem pœnitentiæ compellantur. *Valent. sub Loth. c. 13.*

## C A P U T XXVI.

Per murmurations, & detractiones charitatis vinculum, quod præcipue inter pastorem, & gregem Deus requirit, & quod nos singulariter Deo jungit, nimis dolenter solvit. Et recedente Deo, qui in scissura mentium habitare non potest, gravissima quotidie damna, & mortes animarum fiunt, ita ut si haec negligantur, non jam pastores, sed interfectores, quod absit, Christi ovium, inveniamur. *Valent. sub Loth. c. 14.*

## C A P U T XXVII.

Dominicis & festis diebus presbyteri, ante quam missas celebrent, interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inventi fuerint, statim reconcilientur. *Nannet. c. 1. Ivo part. 2. c. 122. decret.*

## C A P U T XXVIII.

De discordantibus Salomon ait: *Homo perver- Prov. 16. sus fuscitat lites, & verbosus separat Principes.* Item: *Semper iurgia querit malus, Angelus Ibid. 17. autem crudelis mittetur contra eum.* *Angelus cru-*

Z z

## 362 Juris Pontificii Veteris Epitome

crudelis immundus est spiritus, qui a Deo contra peccantes, iuris querentes mittitur, ut eos vel in praesentia affligat, vel etiam post mortem ad interitum aeternum rapiat. Item Salomon: *Vir iracundus provocat rixas, qui autem patiens est, mitigat suscitatas.* Item: *Qui meditatur discordias, diligit rixas; cum talibus certe Deus non est, quoniam attestante Paulo Apostolo: Non est Deus dissensionis, sed pacis.* In pace autem vocavit nos Deus. Hinc suavis doctor Ecclesiae Gregorius: *Deus in unitate est: illi ejus merentur gratiam habere, qui se ab invicem per seculorum scandala non dividunt.* Et Dominus in Evangelio: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo,* *Coloss. 3.* &c. juxta Pauli vocem: *Simus cum patientia supportantes invicem, & donantes nobis metropolis, si quis adversus aliquem habet querelam.* Sicut Deus in Christo donavit nobis, ita & nos dimittamus invicem, si quid detur nobis, ut dimittatur, quod debetur a nobis. Tale quippe *Matt. 6. c.* Estum cum Deo facimus in oratione dicendo: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;* unde summopere cavadum est nobis, qui enim non dimittit ei; qui sibi facit injuriam, hoc petendo, non pro se facit orationem, sed superinducit maledictionem; & frustra sibi Dominum propitium fieri querit, qui placare proximos negligit. *Trost. c. 12.*

### TITULUS III.

#### NE LITIGENT TEMERE CHRISTIANI.

##### CAPUT I.

**E**I, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo. *Christus apud Matt. 5. n. 40. Fab. ep. 2. post med.*

##### CAPUT II.

Ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. *Christus apud Luc. c. 9. n. 19. Fabian. epist. 2. post med.*

##### CAPUT III.

Abstine te a lite, & minues peccata, homo enim iracundus incendit item, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitias, &c. *Ecclesiast. cap. 28. num. 10. Pontian. ep. 2. in med. Xyst. III. epist. unic. ad med.*

##### CAPUT IV.

Jam quidem delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis injuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? *Paul. 1. Corinth. c. 6. num. 7. Fabian. epist. 2. post princ. Pius ep. 2. in fin.*

##### CAPUT V.

<sup>2. q. 7. c. 8.</sup> Si eodem Servum Domini non oportet litigare. *Paul. 2. ad Timoth. c. 2. num. 24. Zephyrin. epist. 1. Fabian. epist. 2. ad med. Ivo part. 6. cap. 320. decret. & lib. 4. tit. 7. cap. 9. Panorm. Tarrac. lib. 2. cap. 6.*

##### CAPUT VI.

Boni, & veri Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitia, & pacis legibus prius temperare, quam in iudicio, ubi frequenter amarissimus animæ rancor innascitur, suum jus pertinaciter experiri. *Alea. epist. 1. in med.*

##### CAPUT VII.

Scitote vos a persecutione fratrum, & ab omni litigio abstinere debere, dicente Scriptura: *Servum Dei non oportet litigare, nec cuicunque nocere,* sed omnes persecutores ecclesiarum, servorumque ejus vestris redargutionibus corrigerete, testante Apostolo: *Argue, obsecra, increpa.* Quæcumque ergo contentiones inter Christianos ortae fuerint, ad Ecclesiam deferantur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur. *Marcellin. ep. 2. in princ.*

##### CAPUT VIII.

Si quis ab Episcopo suo, vel de Ecclesia, vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, si nihil convicii, aut criminationis objicerit, eum pro sola contentione a communione Ecclesie non licet submoveri. *Aurel. cap. 4. al. 8.*

### TITULUS IV.

#### NE EPISCOPI, ET ALII CLERICI LITIGENT SINE GRAVI CAUSSA.

##### CAPUT I.

**S**i legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur Episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. *Felix II. in synod. Roman. epist. 1. cap. 17. Burch. lib. 1. cap. 169. Ivo part. 5. cap. 279. decret.*

##### CAPUT II.

Ne advocatus litium fias, &c. neque enim judicem, aut cognitorem secularium negotiorum dem. Te quod hodie te ordinare vult Christus, &c. *Petrus Apostolus apud Clement. epist. 1. post princ.*

##### CAPUT III.

Scitote vos a persecutione fratrum, & ab omni litigio abstinere debere, dicente scriptura: *Servum Dei non oportet litigare, nec quidquam nocere.* *Marcell. epist. 2. in princ. ad Episcopos Orientis.*

##### CAPUT IV.

Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget. *Carth. IV. cap. 19. L.*

##### CAPUT V.

Clerici, qui frequenter litigat, & ad caussandum facilis est, testimonium nemo absque grande examine recipiat. *Carth. IV. cap. 58.*

##### CAPUT VI.

Si inter Episcopos de rebus terrenis, aut possessionibus sub repetitione, aut retentionis titulo nascatur contentio, impletio anni spatio pro studio charitatis, quæ cum eis debet rebus temporibus antefieri, per Epistolam fratrum affectuose admoniti, aut inter se, aut in praesentia electorum iudicium negotium sanare festinent. Quod si distulerint, donec ipsa caussatio abrogetur, a charitate fratrum, qui distulerit, habeatur extraneus, quia injustum est, ut qui cum eis præsunt, inter se quacumque occasione dissentiant. *Aurel. IV. cap. 12.*

##### CAPUT VII.

Episcopus ad forum, neque ubi publice negotia

tia judiciaria excentur, non perget suæ caussæ suffragaturus, nisi forte ut aut pauperibus oppressis iucurrat, aut viduis, & orphanis tuitionem conferat, aut de verbo Dei judices admoneat, ut <sup>1. Joann. 7.</sup> juxta Domini præceptum justa judicent judicia. Hoc & de presbyteris, & diaconibus observandum est. *Cabilon. sub Carolo cap. 11.*

#### C A P U T VIII.

<sup>c. 1. ne cler. vel monach. ap. Greg. IX. & in 1. coll.</sup> Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis secularibus omnino abstineant, sunt autem hæc, &c., contentiones, & lites, vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores esse secularium rerum, &c. *Magunt. c. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Capitul. lib. 7. cap. 172. in additis, C. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decree.*

#### C A P U T IX.

<sup>1. Tim. 3. 1. Cor. 7. Ephes. 4.</sup> Interdicit Apostolica auctoritas litigium omni Episcopo, quam & nos auctoritatem benigno amplectentes animo, constitutimus, ut nullus Episcoporum se litigiosis immisceat contentibus. *Aquisigr. II. sub Ludov. part. 1. cap. 4.*

#### T I T U L U S V.

NE MONACHI LITIGENT SINE GRAVI CAUSSA.

#### C A P U T I.

**E**piscopus ad forum, nec ubi publice negotia judiciaria excentur, non perget, suæ caussæ suffragaturus, &c. Hoc & de Abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis observandum est. *Cabil. sub Carolo c. 11.*

#### C A P U T II.

Monachi ad secularia placita nullatenus veniant, neque ipse Abbas sine consensu Episcopi sui, & cum necessitas exigit, tunc per iussionem, & consilium Episcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi movere præsumat, sed quidquid querendum, vel etiam respondendum sit, per advocationes suos hoc faciat: Abbates, & monachi querelas omnino devitent. *Magunt. cap. 12. Burch. lib. 8. c. 89. Ivo part. 7. cap. 107. decret.*

#### C A P U T III.

<sup>c. 1. ne cler. vel monach. ap. Greg. IX. & in 1. coll.</sup> Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis secularibus omnino abstineant, multa sunt ergo negotia secularia, de his tamen pauca perstrinximus, &c. contentiones, & lites, vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores esse secularium rerum. *Magunt. cap. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decret. C. Capitul. lib. 7. cap. 172. in additis.*

#### C A P U T IV.

Monachi ad placita secularia nullatenus vadant. *Rhemen. cap. 29.*

#### T I T U L U S VI.

DE ADMONITIONE CHARITATIS

#### ANTE LITEM.

#### C A P U T I.

<sup>2. q. 7. c. 16.</sup> Si quis erga Episcopum, vel actores Ecclesiæ se proprium habere crediderit negotium, non prius aeat judices, quam ad eos recurrit charita-

tis studio, ut familiariter colloquio commoniti ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur, quod si aliter egerit, communione privetur. *Nicæn. cap. 27. apud Jul. epist. 2. cap. 6. Anaclet. epist. 2. post princ. Xyst. II. epist. 2. ante med. Aurelian. V. cap. 17. Burch. lib. 1. cap. 132. C. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Anselm. lib. 3. cap. 85.*

#### C A P U T II.

Si quis erga Episcopum, vel actores Ecclesiæ *Ibid.* quamlibet querelam, aut actionem justite habere crediderit, ipse Redemptoris sui, cuius actio nostra est institutio, viarum non immemor, sed se-<sup>1. Pet. 2.</sup> ctator egregius, qui cum malediceretur, non re-<sup>Esaias 53.</sup> maledicebat, sed *sanguinum ovis coram tondente* <sup>Luc. 23.</sup> se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens apud Patrem intercessit, non prius Pri-<sup>mates, aut alios judices aeat, quam ipsos, a qui-</sup> bus se læsum estimat, convenient familiariter, & non ferme, sed *sæpiissime*, ut ab eis aut suam ju-<sup>2. Pet. 2.</sup> stitiam accipiat, aut justam excusationem, &c. Si secus egerit, ab ipsis, & ab aliis communione privetur, tamquam Apostolorum, patrumque aliorum contemptor, de quibus ait propheta: *Erunt quasi non sine, C. peribunt viri, qui contradicunt vobis. Alexand. ep. 1. in med. Capitul. lib. 7. cap. 21. in addit. Burch. lib. 1. c. 132. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 6. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 81. Tarrac. lib. 2. cap. 27.*

#### C A P U T III.

Si inter Episcopos de rebus terrenis, aut pos-<sup>sessionibus sub repetitione, aut retentionis titu-</sup> lo nascatur contentio, impleto anni spatio, pro studio charitatis, quæ cunctis debet rebus tempo-<sup>ralibus anteferri, per Epistolæ fratrum affectuo-</sup> se admoniti, aut inter se, aut in præsentia electo-<sup>rum judicum negotium sanare festinent. Quod si</sup> distulerint, donec ipsa causatio abrogetur a cha-<sup>ritate fratrum, qui distulerit, habeatur extraneus,</sup> quia injustum est, ut qui cunctis præsont, inter se<sup>quacumque occasione dissentiant. Aurel. VI. c. 12.</sup>

#### C A P U T IV.

Si quæcumque persona contra Episcopum, vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrit charitatis stu-<sup>dio, ut familiariter aditione commonitus sanare ea</sup> debeat, quæ in querimoniam deducuntur, quam rem si differre voluerit, tunc demum ad Metro-<sup>politani audientiam veniatur, de qua re, cum lit-</sup> teras suas Metropolitanus ad comprovincialem Episcopum dederit, & causa ipsa inter utrosque quacumque occasione amicis mediis non fu-<sup>rit</sup> definita, ut ipsi Metropolitanus necessarium sit in eodem negotio iterare scriptum, & secundo ad-<sup>monitus, aut mittere, aut venire distulerit,</sup> tunc \* a charitate Metropolitanus sui nov. rit se esse suspensum, donec ad prætentiam ejus veniens causa ipsius, de qua petitur, reddiderit ratio-<sup>\* tamdiu.</sup> nem. *Aurel. V. cap. 17. Capitul. lib. 6. cap. 287.*

#### T I T U L U S VII.

QUALIS ESSE DEBEAT JUDEX,

ET DE IPSIUS OFFICIO.

#### C A P U T I.

<sup>De accus. c. 24. ap. Gr. IX. c. 4. end.</sup> Qualiter, & quando debeat Prælatus proce-<sup>tit. in 4. coll.</sup>

Z z 2 de-

## 364 Juris Pontificii Veteris Epitome

dere ad inquirendum, & poniendum subditorum excelsus, ex auctoritatibus novi & veteris testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicae sententiae, &c. Legitur enim, quod villicus ille, qui dissimilatus erat apud Dominum suum, quod dissipasset bona ipsius, audiret ab illo: *Quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tue, jam enim non poteris amplius villicare.* Et in Genesi Dominus ait: *Descendam, & videobo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifeste comprobatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malevolis, & maledicis, sed a providis, & honestis, non semel tantum, sed saepe, quod clamor ionuit, & dissimilatio manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut si rei poposcerit qualitas, canonica distictio culpam feriat delinquentis, non tanquam sit auctor\*, & judex, sed quasi deferente fama, vel denuntiantे clamore, officii sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen est observandum in Prælati, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurront, & insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruiat ædificium, &c. Verum ita voluerunt providere Prælati, ne criminarentur injuste; ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capituli, id est, degradationem intenditur, nisi legitima procedat\* inscriptione, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor ascendet, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo ad inquirendum, & poniendum ejus excessus, non ex odio somite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus si fuerit gravis excessus, & si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino, quod est secundum evangelicam sententiam a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præses, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absenterit, & exponenda sunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi le ipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina testimiorum sunt ei, ut quid, & a quo sit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legimus admittendas, ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionem vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excelsus tanto diligentius debet Prælatus affur-

\* accusator.  
Thren. 3. b.  
\* procedat.

gere, quanto diuina bilius eorum offensas defenseret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus tacatur, et si tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum, ut tamen in omnibus diligens adhibetur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur, sicut accusationem legitimam præcedere debet inscriptione, sic & denuntiationem charitativa admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire, illo semper adhibito moderatione, ut juxta formam judicij, sententia quoque formæ dicteretur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum, quæ, cum causa requirit, facilis, & liberius a suis possunt administrationibus amoveri. *Innec. III. in concil. gener. Later. cap. 8.*

### C A P U T II.

Multum derogatio prævalet, quando derogatori creditur, ideo variis detractionibus, atque accusationibus non decet labefactari Primatem, sed magis patrum regulis roborari. Nec facile, aut indifferenter suscipere accusations præsumat, dicente Dominino: *Non suscipias vocem mendacitatis,* *Exod. 23. 1.* sed prius probare debet suspicionem, & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere, quia veritatis professionem propinquitatis, inimicitiae, timoris, amoris, odii, & cupiditatis intentio impedire, & adversa fratribus irrogare solet. *Felix II. in syn. Rom. cap. 10. Capitul. lib. 6. cap. 287.*

### C A P U T III.

Judicantem oportet cunctarum, & ordinem 30. q. 5. c. 18. rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, ac proponeadi, adiiciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio amborum partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus judex prius sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quaestione, quod proponant. Et tamdu actio ventiletur, quoisque rei veritas inveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conveniat. *Eleuth. epist. unic. cap. 2. Jul. epist. 2. cap. 31. Hadr. ad Episcopum Mediom. cap. 24. Capitul. lib. 5. c. 246. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo part. 6. cap. 316. O 317. decret. O lib. 4. tit. 9. cap. 3. O tit. 11. cap. 22. O 13. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 53. O cap. 58.*

### C A P U T IV.

Quærendum est in iudicio, cujus sit conversatio, & fidei, qui accusatur, quoniam hi, qui non sunt rectæ conversationis, ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur majores natu accusare; nec quorum fides, vita, & libertas nescitur, neque viles personæ in eorum recipiantur accusationem. Rimandas vero sunt enucleatim personæ accusatorum, &c. *Callist. epist. 2. cap. 5. Carthag. IV. cap. 90. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 5. O tit. 8. cap. 3. panorm. O part. 53. cap. 289. decret. Anselm. lib. 3. cap. 54.*

### C A P U T V.

Monet Apostolus non amplius nos invicem te. *ad Rom. 2. me.*

mere judicare; temere enim judicat, si quis Episcopum absque sedis Apostolicæ auctoritate condemnat. *Damas. epist. 3. ante fin.*

## C A P U T VI.

*23. q. 4. c. 23. q. 4. c. 45.* Quæsum est super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nihil de his legimus a majoribus definitum esse. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permisum, & Dei ministrum esse in hujusmodi datum vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita, ut haec tenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam avertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamus. Ipsi autem in oratione reddenda gesta sua omnia servabuntur. *Innoc. epist. 3. cap. 3. Raban. cap. 16. de Poenit. Burch. lib. 6. c. 44. Ivo part. 10. c. 94. decret. Anselm. lib. 13. cap. 14. Tarrac. lib. 6. cap. 31.*

## C A P U T VII.

*23. q. 4. c. 23. q. 4. c. Illud. 46.* An preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem a principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu, quam rem principes numquam sine causa cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa, vel criminis semper remittunt, ut causa cognita vindicentur. Quæ cum quæstiōni fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, & dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis. *Innoc. ibid. cap. 5. Raban. d. cap. 16. Ivo part. 10. c. 94. decret.*

## C A P U T VIII.

*Dif. 86. c. 2. Joann. 15. 2.* Constanter tenenda est justitia, & benigne præstanda clementia. [ Odio habeantur peccata, non homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod in peccatis severius castigari necesse est, non sanguinis plectatur animo, sed mendacis. At si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expavescamus, quasi illi adversitati propriis viribus restituendum, cū & consilium nostrum, & fortitudo nostra sit Christus, ut sine quo nihil possimus, per ipsum cuncta possimus. *Leo. epist. 90. vel 92. ad Rusticum Narbon. in princ. Tarrac. lib. 4. c. 46.*

## C A P U T IX.

*Dif. 14. c. ult.* Sicut quædam sunt, quæ nulla possunt traditione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id neverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum. *Leo epist. 90. vel 92. in princ. Anselm. lib. 2. c. 76. Ivo in prologo part. 5. c. 3. Cæsar. lib. 2. c. 56. Tarrac. lib. 1. c. 114. C<sup>r</sup> lib. 3. c. 61.*

## C A P U T X.

Ne odio, vel gratia moveamur, quæ in causarum disceptationibus esse non debet: ita vestre charitati cognitionem adnexæ querimonias delegamus, ut nihil adversum venerandos canones,

nihil contra sanctæ memoriaræ decessoris mei iudicium valeat, quidquid obreptum nobis esse constituerit. *Hilar. epist. 3. ad Leonitum, C<sup>r</sup> alios Episcopos in med.*

## C A P U T XI.

Judices, & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex radice charitatis suam desiderent promovere sententiam. *Felix II. in epist. cap. 21.*

## C A P U T XII.

Hortamur, ut portatori, in quibus fuerit iustitiae ratio manifesta, manum decenter præbere solatii, atque sacerdotali eum compassionem debeas adjuvare. Nulla ergo vos res ab æquitatis studio, nulla suspendat potentia personarum, sed innitens præceptis dominicis, omnia, quæ sunt restringendi adversa, contemne. In defendendis partibus iustitiae constanter insiste. Odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas, ut tanto maiorem in adventu Redemptoris nostri fructum mercedis invenias, quanto eris mandata non negligens in favorem iustitiae, & defensionem impenerdis. *Greg. Columbo Episcopo Numid. lib. 7. registr. epist. 16.*

## C A P U T XIII.

In primis requirendum est de persona presbyteri dilectissimi fratris, & coepiscopi nostri Januarii; & si ita se veritas habet, sicut ejusdem Episcopi petitio continet, in Ecclesia, atque in loco suo modis omnibus idem Presbyter revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota, sive probata est, subtiliter ipso presente, & pro se ratione reddente, quærendum est & genus causæ, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc in exilio demorari, an certe in Ecclesia sua, & officio suo debeat revocari, &c. Si autem aliter, quam antefati Episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter quærendum est, & veritate cognita, cum Dei timore, quod iustitiae ordo suauiter, judicandum. Quia ergo Stephanus Episcopus odio sui \*quædam fista, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter suo actum, sed injuste se aliter condemnatum, diligenter quærendum est primo, si judicium ordinabiliter est habitum, id est, si alii accusatores, atque alii testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda, si digna exilio, vel depositione fuit, si eo præsente, qui accusatus est, subjurejurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi, & defendendi se habuit. Sed, & de personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærendum est, cuius conditionis, cuiusve opinonis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum Episcopum inimici habuissent, & utrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certe se scire specialiter testati sunt, si scriptis judicatum est, & partibus præsentibus sententia recitata est. Quod si forte hæc solemniter acta non sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit, in Ecclesiam suam modis omnibus revocetur, &c. Quod si forte aliqua de objectis contra memoratum Stephanum Episcopum

2. q. 1. c. 7.

\* in odio

suo

## 366 Juris Pontificii Veteris Epitome

pum probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula, an certa graviora probata sint, ut ex eis qualiter definitio nem tuam probare debeas, possis scire. *Greg. lib. 11. ep. 50. Joanni defensori eunti in Hispaniam. Anselm. lib. 3. c. 89. Cesar. lib. 5. c. 54.*

### C A P U T XIV.

Majus periculum est judicantis, quam ejus, qui judicatur. Unde unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet, aut puniat. *Hadr. ad Episc. Med. c. 66. Capitul. lib. 7. c. 372. Anselm. lib. 3. c. 88.*

### C A P U T XV.

Judices locorum, aut auctores fiscalium patrimoniorum ex decreto domini nostri Reccaredi regis simul cum sacerdotum concilio Kal. Novemb. convenient, ut discant, quam pie, juste, & humaniter cum populis facere debeant, nec injustis vexigalibus, & immoderatis exactiōibus ipsos premant, sed potius per miserationem compatiētes a gravaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere decet, nec in angariis, aut in operationibus superfluis, sive privatum onorent, sive fiscalem gravent. Sunt enim prospēctores Episcopi, secundum regis ad nonitionem, qualiter judices cum populis agant, ut ipsos præmonitos corrigant, aut insolentiā eorum Principum auribus innotescant. Quod si correptos emendare nequierint, & ab Ecclesia, & a communione suspendant. A sacerdote vero, & senioribus deliberetur, quid per provincias in suo detrimento præstare debeant judices, si ad concilium non venerint. *Tolet. III. c. 18.*

### C A P U T XVI.

Ut comites, vel judices primo viduarum, orphanorum, vel Ecclesiarum causas audiāt, & definiant in eleemosyna Domini Regis, & postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent. *Vernen. c. 23.*

### C A P U T XVII.

Ut nullus Episcopus, nec Abbas, nec laicus propter justitiam faciendam sportulas contradictas accipiat, quia ubi dona intercurrunt, justitia evacuatur. *Vern. c. 25.*

### C A P U T XVIII.

Omnes faciant justitiam, tam laici, quam Ecclesiastici. *Vern. c. 26.*

### C A P U T XIX.

Ut comites, judices, seu reliquus populus obedientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justitas faciendas, & munera pro iudicio non recipient, nec fallos testes, ne per hoc pervertant iudicia iustorum, &c. *Arelat. sub Carolo c. 13.*

### C A P U T XX.

*Exod. 18. Deut. 16.* Nullus Christianus pro quolibet placito, vel indicio a qualibet persona munera exigere, aut accipere debet, quoniam id divina scriptura multis in locis magna interdit auctoritate: *Munera excecent oculos sapientium, subvertunt verba iustorum. Turon. sub Carolo c. 35.*

### C A P U T XXI.

Comitibus, & iudicibus hoc sum opere observandum est, ut juste iudicent, & nequaquam

in iudicio munera, seu personas accipient, dicente Domino: *Non accipies personam, nec munera, quia munera excecent oculos sapientium, & mutant verba iustorum;* sed etiam ministros, quos vicarios, & centenarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum avaritia, aut rapacitate populus gravetur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur, &c. *Cabil. sub Car. c. 21.*

### C A P U T XXII.

Episcopi consentientes sint comitibus, & iudicibus ad justitas faciendas, & nullatenus per aliquorum mendacium, vel fallum testimonium, neque perjurium, aut præmium lex iusta in aliquo depravetur. *Magunt. sub Carolo c. 8. Magunt. sub Rab. c. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

### C A P U T XXIII.

Omnibus Episcopis, Abbatibus, cuncto clero omnino præcipimus, Vicedomino, præpositos, advocatos, sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjurios, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes. De iudicibus autem, vel centenariis, atque tribunis, seu vicariis dignum esse censeamus, ut si mali reperti fuerint, de ministerio suo abiiciantur. *Magunt. cap. 50.*

### C A P U T XXIV.

Episcopi, & judices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicanda modo, quædam Dei iudicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite ante tempus iudicare, quonadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Et illius memores sint. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis. *Rhemens. cap. 19. Burch. lib. 1. cap. 60. Ivo part. 5. c. 170. decret.*

### C A P U T XXV.

Ut præpositi, & vicedomi secundum regulam, vel canones constituantur. *Rhemens. c. 24.*

### C A P U T XXVI.

Nullus homo muaera pro placito requirat, aut accipere præsumat. *Rhem. c. 39.*

### C A P U T XXVII.

In negotiis secularibus dirimendis oportet Episcoporum causam merito discernere non gratia, neque enim sic debet Episcopus suscipere potentem, ut contristet contra justitiam pauperem; neque pro paupere auferre justitiam a potente. Non defendat improbum, nec sancta indigno committenda arbitretur, neque arguat, aut impugnet, cuius crimen non deprehendit. *Iisd. lib. 2. cap. 5. de Eccles. officiis apud Aquisgr. cap. 9. infin.*

### C A P U T XXVIII.

Justus quoque Episcopus debet esse, & sanctus, ut justitiam in populis, quibus præest, exerceat, reddens unicuique quod meretur, nec accipiat personam in iudicio. Inter laici autem, & Episcopi justitiam hoc interest, quod laicus potest apparere justus in paucis, Episcopus vero in tot exercere justitiam potest, quot & subditos habet. *Hier. in epist. ad Titum apud Aquisgr. cap. 10. infin.*

CA-

## C A P U T XXIX.

Ad peccatum Regis pertinet, quando judicibus, ministrisque inquis ministerium suum impletum commitit, neque enim ministerium suum per alios tantum administrare, & se ab eo debet alienare. Non ergo dicimus, ut solus iuris, & querimonias populi audiat, & investiget, & definit, quoniam nequaquam ad hæc solus sufficere potest: sed magis, ut tales sub se timentes Deum, & avaritiam odientes constituant, per quos Regem Regum non offendat. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 3. in princ.*

## C A P U T XXX.

Quales debeant esse judices, qui a Rege consti-  
tuuntur, constat ex Deuter. cap. 1. & 16. & ex  
Job cap. 29. & Exod. c. 18. *Paris. sub Ludov.*  
*& Loth. lib. 2. c. 3. post princ. & lib. 3. cap. 23.*  
*Aquisgr. II. part. 4. c. 10.*

## C A P U T XXXI.

Bonus judex, sicut nocere civibus nescit, ita prodefe omnibus novit. Aliis enim præstat cen-  
suram justitiae, alias bonitate judicii sine perso-  
narum acceptione suscipit. Non infirmat justi-  
tiæ avaritiae flamma, nec studet auferre alteri,  
quod cupiat sibi. Boni judices justitiam ad solam  
obtinendam salutem aeternam suscipiunt, nec  
eam munieribus acceptis distribuunt, ut dum de-  
justo judicio temporalia lucra non appetunt, præ-  
mio aeterno ditentur. *Isidor. apud Paris. sub Lu-  
dov. & Loth. lib. 2. c. 3. in med.*

## C A P U T XXXII.

Obsecramus, ut in eligendis adjutoribus ve-  
stris, & Republicæ ministris, qui vice vestra po-  
pulum Dei regere, & gubernare, atque judicare  
debent, solerissimam providentiam habeatis,  
semper illud attentes, quod in libro Exodi ad  
*Exod. 18. d.* Mose dicitur: *Provide, inquit, de omni po-  
pulo viros potentes, & timentes Deum, in qui-  
bus sit veritas, & qui oderint avaritiam, &  
constitue ea eis tribunos, & centuriones, &  
quinquagenarios, qui judicant populum omni  
tempore. Parisiens. sub Ludovic. & Lothar.  
lib. 3. cap. 23. Aquisgran. II. sub Ludovic.  
part. 4. cap. 10.*

## C A P U T XXXIII.

Ut justitia misericordiarum ad aures pietatis vestræ  
clamantium, & in omni regno ditioni vestræ sub-  
jecto, per ministros a clementia vestra ad hoc in-  
stitutos, qui Deum timeant, & munera odio  
habeant, irrenue exquiratur, & absque persona-  
rum acceptione perficiatur, usqueaque expedit  
dominis nostris, eorumque fidelibus, & regno,  
*Osee 11. b.* quia per prophetam dicit Spiritus sanctus: *Mi-  
sericordiam, & judicium custodi, & spera in  
Deo tuo semper. Tull. part. ult. c. 15.*

## C A P U T XXXIV.

Cuncti judices justi, sicut Deo placet, studeant  
dare judicia. Nam non dubium est, quod acrius  
illos condemnabit sententia nostri judicii, a qui-  
bus non tenetur æquitas judicandi; non vicarios,  
aut quoçcumque de latere suo per regionem sibi  
commissam instituere, vel destinare præsumant,  
qui, quod absit, malis operibus consentiendo,  
venalitatem exerceant, aut iniqua quibuscum-

que spolia inferre præsumant. *Guntramnus Ren  
Francorum ad Matisc. II.*

## T I T U L U S VIII.

*HÆRETICI, VEL INFIDELES NON JU-  
DICENT.*

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. VI. & XXII.  
quibus adde:

## C A P U T I.

**A**Udet aliquis vestrum, habens negotium ad-  
versus alterum, judicari apud iniquos, &  
non apud sanctos? &c., Ad verecundiam vestram  
„ dico, sic non est inter vos sapiens quisquam, qui  
„ possit judicare fratrem suum? sed frater cum  
„ fratre judicio contendit, & hoc apud infideles.“  
*Paul. ep. 1. ad Cor. c. 6. n. 1. Pius ep. 2.*

## C A P U T II.

Credentes præterea, receptatores, defensores,  
& fautores hæreticorum excommunicationi de-  
cernimus subjacere, firmiter statuentes, ut past-  
nicamus, 13. *Excommu-  
nicatione no-  
tatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex  
tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica  
officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad  
hujusmodi, nec ad testimonium admittatur, &c.  
Quod si forte judex extiterit, ejus sententia nullam  
obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad  
ejus audientiam perferantur. Innoc. III. in concil.  
gener. Later. cap. 3.*

## C A P U T III.

Hæretici non possunt esse judices. *Gelas. in 2. q. 6. c. 32.  
tom. de anathemate, cuius initium est, Ne  
forte.*

## C A P U T IV.

Catholicus, qui causam suam sive justam, si-  
ve injustam ad judicium alterius fidei judicis pro-  
vocat, excommunicetur. *Carthag. IV. c. 87.*

T I T U L U S IX.  
NE ALIENI JUDICENT.

## C A P U T I.

**N**ULLUS Episcopus alterius Parochianum præ-  
sumat retinere, aut ordinare, absque ejus  
Episcopi voluntate, vel judicare. Salva tamen  
in omnibus Apostolica auctoritate, quia sicut ir-  
rita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio, quo-  
niam censemus nullum alterius judicis, nisi sui  
sententia teneri. Nam qui eum ordinare non po-  
tuit, nec judicare ullatenus poterit. *Nicæn. c. 26.  
apud Julian. Xyst. II. epist. 2. in med. Magunt.  
sub Arnulph. c. 14. Hadr. c. 16. in ep. ad Episco-  
pum Mediomatr. Capitul. lib. 7. cap. 308. An-  
selm. lib. 6. c. 118. Burchard. lib. 2. c. 39. Iua-  
part. 6. c. 140. decret.*

## C A P U T II.

Peregrina judicia generali sanctione prohibe-  
mus, quia indignum est, ut ab exteris judicen-  
tur qui provinciales, & a se electos debent ha-  
bere judices. *Nicol. 53. apud Jul. c. 16. Higin.  
epist. 1. in fin. Fabian. epist. 3. in princ. Xyst.  
III. epist. unic. c. 3. Fœlix cum LXX. Episc. ep.  
2. in med. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 17.  
Capitul. lib. 7. c. 309. & in addit. c. 145. Cæ-  
sar. lib. 5. c. 25. Tarrac. lib. 6. cap. 150. Burch.  
lib. 1. cap. 147. Ivo part. 5. c. 260. & part. 6.  
cap. 331.*

# 368 Juris Pontificii Veteris Epitome

*cap. 331. decret. & epist. 179. ad Galterium Belvacen. Anselm. lib. 3. c. 73.*

## C A P U T III.

*De rescriptis, Nonnulli gratia sedis Apostolicæ abutentes, e. 28. ap. Gr. IX. in 4. coll. cap. 5.* litteras ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus, & expensis liti cedere, vel importunitatem auctoris redimere compellatur. Cum autem per judicium injuriis aditus patere non debeat, quas juris observantia interdit, statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam diocesim per litteras Apostolicas ad judicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutio ne fecerint mentionem. *Inn. III. in conc. Lat. c. 37.*

## C A P U T IV.

*z. q. 6. c. 26.* Neminem exhiberi de Provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut auctor semper rei forum sequatur, &c. *Fælix in synod. LXX. Episcoporum epist. 2. in med. Hadr. c. 5. them. 8. ad Episcopum Mediom. Ivo part. 5. c. 248. & part. 6. c. 331. decret. & ep. 215. ad Hildebert. Cenoman. Episcopum. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.*

## C A P U T V.

*z. q. 6. c. 13. Leges. Genes. 19. b. z. q. 6. c. 15.* Peregrina judicia submovemus. Unde Dominus mentionem faciens Loth per Mose loquitur: *Ingressus es ut advena, numquid ut judices?* Unaquaque Provincia tam juxta Ecclesiasticos, quam juxta sæculi leges suos debet justos, & non iniquos habere judices, & non externos, nisi Apostolicæ sedis hujus decreverit auctoritas, quatenus quicumque causam habuerit, apud suos judices judicetur, & non ad alienos causas vagandi, stimulante protervia, sua n despiciens patriam transeat. *Anacl. epist. 1. ante fin. Anselm. lib. 3. cap. 80.*

## C A P U T VI.

Causam vestram alieno nolite committere iudicio. Valde enim iniquum est, ut omnibus suis, alii quilibet aliorum se causis immisceant, quoniam nullis in locis spiritualis cura deficit, sed se per omnia, quocumque nomen Dei prædicatur, extendit. *Anacl. epist. 3. post med.*

## C A P U T VII.

Omnis leges tam divinæ, quam humanæ alienum servum judicare prohibent, &c. *Teleph. ep. 1. in med.*

## C A P U T VIII.

*g. g. 2. c. 1.* Nemo alterius terriinos usurpet, nec alterius Parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui sententia tenebitur, &c. Nullus Primas, vel Metropolitanus diocesani Ecclesiæ, vel Parochianus, aut aliquem de ejus Parochia præsumat excommunicare, aut judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio, vel iudicio. *Callist. epist. 2. c. 3. Ivo part. 14. c. 74. decret. Anselm. lib. 6. c. 120. Capitul. lib. 7. c. 37. Cæsaraugust. lib. 5. c. 18.*

## C A P U T IX.

Constat Episcopos locorum singulorum, omni-

um, qui sub eorum degunt moderamine, curam habere sollicitam, & caussas, utilitatesque eorum cum Dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, ut alii quilibet omnibus suis se illorum causis adviscent. Sed illi eorum vitam, & judicium competenti, regularique debeant moderamine disponere, qui eos in fæderotum ordinant, & a quibus iam ordinati sunt. Quoniam ut lex loquitur, *Maledictus omnis est, qui transfert terminos proximi sui, & dixit omnis populus: Amen.* *Fabian. epist. 2. ante med.* *Deut. 27.*

## C A P U T X.

Pulsatus ante suum judicem caussam dicat, & *z. q. 6. c. 3.* ante non suum judicem pulsatus, si voluerit, taceat. *Fabian. epist. 3. c. 3. Xylo. III. epist. sing. Hadrian. ad Episc. Med. c. 56. Burch. lib. 16. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 1. in fin. panorm. & part. 6. c. 323. decret. & epist. 239. ad Gumbaldum Antisiod. Episc. Anselm. lib. 3. cap. 73. Capitul. lib. 7. c. 367.*

## C A P U T XI.

Nullus fæderotum caussam suam alieno committat judicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum, sed unusquisque comprovinciales judices, & notos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos, aut suspectos inibi judices habuerit, pro quibus causis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias Provincias appellare, & venire concessum est. *Cornel. epist. 2. in fine. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 2. panorm.*

## C A P U T XII.

Nullus alienigena, aut accusator eorum fiat (*Episcoporum, auctorum Ecclesiæ, & defensorum*) aut judex. Unde & de Loth scriptum est: *Ingressus es ut advena, numquid ut judices?* *Genes. 19. Steph. ep. 2. c. 3. Ivo part. 6. c. 327. decret. Anselm. lib. 3. c. 18.*

## C A P U T XIII.

Nec cui liceat sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ, relictis iis fæderotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesiæ natu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum provincialium Episcoporum iudicium experiri, vel pati. *Marcell. epist. 1. ante med.*

## C A P U T XIV.

Ab Apostolis, eorumque successoribus novimus constitutum, criminaciones adversus doctores nona debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quemquam alterius iudicis, quam sui, sententia debere constringi. *Euseb. epist. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 165. Ivo part. 5. c. 275. decret. vide Valentinianni, & aliorum const. 5. sive 10. lib. 9. Cod. Theodos. tit. 1. Capitul. lib. 7. c. 309. & in additis c. 145.*

## C A P U T XV.

Si quæ causæ, vel contentiones inter clericos, *z. q. 1. c. 26.* vel inter laicos superioris, vel inferioris gradus fuerint exortæ, secundum synodum Nicenam, congregatis omnibus ejusdem provinciali Episcopis iudicium terminetur: Nec alicui liceat, sine *z. q. 6. c. 14. Non liceat.* præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, relictis his fæderotibus, qui in eadem provincia Dei Ecclæ.

clesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod si quis forte præsumperit, & ab officio cleri submotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. *Innoc.* ad *Victor.* epist. 2. c. 3. *Anselm.* lib. 2. c. 53. *O* lib. 3. c. 75. *Capitul.* lib. 6. c. 287. *O* lib. 7. cap. 109. *Cæsar August.* lib. 5. cap. 10. *Tarrac.* lib. 1. c. 148. *O* lib. 2. cap. 20.

## C A P U T XVI.

*Difl. 7. c. 2.* De aliena Ecclesia clericum ordinare, aut judicare nullus usurpet, nisi ejus Episcopus precibus exoratus concedere voluerit. *Innoc.* ep. 2. cap. 7. *Ivo lib. 3. tit. 5. c. 23. panorm.*

## C A P U T XVII.

*6. q. 3. c. 2.* Non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia, sed apud semetipsum habeat judices, sacerdotes, & Episcopos, singulos videlicet juxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit, a suis judicibus judicetur, & non ab alienis, id est, a suæ justis judicibus provinciæ, & non ab externis, nisi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag.* H. epist. 1. ante fin. *Ivo lib. 4. tir. 3. c. 2. panorm.* *Anselm.* lib. 3. c. 107. *Tarrac.* lib. 2. c. 216.

## C A P U T XVIII.

*11. q. 1. c. 39.* Pervenit ad nos, quod si quis contra clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum Episcopis eosdem clericos in tuo facias judicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat esse incongruum, hac tibi auctoritate præcipimus, ut de novo hoc facere non præsumas: sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certe ab eo judices deputentur; aut si forte ad arbitrios eundum est, partes ad eligendum judicem ab ipso executio deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra Episcopum causam habuerit, tuac te interponere debes, ut inter eos, aut ipse cognoscas, aut certe te admonente sibi judices elegant. Nam si sua unicuique Episcopo jurisdictione non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debet ordo, confundatur? *Greg. lib. 9. ep. 32. Romano defensori Siciliae.*

## C A P U T XIX.

*6. q. 3. c. 1.* In lege scriptum est: *Per alienam messem transiens falcam mittere non debet, sed manu spicas conterere, O manducare.* Falcam ergo judicii mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse commissa, sed per affectum boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiæ corpus monendo, & persuadendo, quasi mandando converte. *Greg. ad August. Anglorum Episcopum,* resp. 9.

## C A P U T XX.

Si quis Episcopus judicaverit, vel ordinaverit alterius parochianum sine consensu, & voluntate sui Episcopi, oportet non sine increpatione in communione concilio admitti, ita ut Ecclesiasticum ultra non solvat canonem. *Hadr. ad Episcopum Mediom.* c. 28. *Magunt. sub Arnulph.* c. 15.

## C A P U T XXI.

*11. q. 1. c. 49.* Clericus, sive laicus, si crimine, aut lito pulsatus fuerit, non alibi, quam in foro suo audia-

tur. *Hadr. ad Episcopum Mediom.* c. 33. *Capitul.* lib. 7. c. 332. *Anselm.* lib. 3. c. 88.

## C A P U T XXII.

Si in aliqua provincia aliquis Episcopus contendat cum fratre Episcopo, neminem alium vocent Episcopum ex alia Provincia. *Sard.* cap. 3. G. 4. L.

## C A P U T XXIII.

Episcopum non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non esse subiecta, neque in regionem, quæ ad ejus curiam minime dignoscitur pertinere, ad aliquid ordinandum: neque Presbyteros, neque diaconos ad alias Episcopos pertinentes, nisi forte cum consilio, & voluntate propria regionis Episcopi. Quod si quispiam horum aliquid audere voluerit, irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, & is, qui male usurpaverit, a synodo arguatur. (Nam si ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum judicare præsumat). *Antif. c. 22.*

## C A P U T XXIV.

Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur; si judicium Episcopale ab Imperatore petat, non impediatur. *Carth. c. 107. G. Milev. 19. L. Afric. c. 71. L.*

## T I T U L U S X.

## NE LAICI DE CLERICIS JUDICENT.

## C A P U T I.

**S**i clericus adversus clericum negotium \* habeat, relictio Episcopo, non eat ad sacerdaria iudicia, sed prius rem declaret apud suum Episcopum, vel ex ejus Episcopi voluntate apud eos, quo utraque pars elegerit, ut judicent. Si quis contrarium fecerit, subjaceat poenis canonicis. *Chalced. c. 9. Aquisgr. c. 86. vide Carthag. c. 15. G. Burch. lib. 2. c. 183. Ivo part. 6. c. 228. O 360. decret. Anselm. lib. 5. c. 83. Capitul. lib. 1. c. 28. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

## C A P U T II.

Quia laici quidam Ecclesiasticas personas, & *Deforo* complices etiam Episcopos suo iudicio stare compelunt, eos, qui de cætero id præsumperint, a communione fidelium decernimus segregandos. *Alex. II. in concil. gener. Later. c. 14. ad fin.*

## C A P U T III.

Laici jurisdictionem, & auctoritatem Episcoporum, & aliorum prælatorum ita evanescat, ut nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse, &c. Quocirca sub anathematis districione severius prohibemus, ne de cætero talia præsumant attemptare, &c. *Alexand. II. in concil. Later. c. 19.*

## C A P U T IV.

Prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. *Innoc. III. in concil. Later. c. 1. eod. tit. cap. 40.*

## C A P U T V.

Silvester Episcopus dixit, nulli omnino clericis licere causam quamlibet in publico examinare, nec ullum clericum ante judicem laicum stare. *Silvester in concil. Rom. CCLXXV. Episcoporum, c. 4.*

# 370 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T VI.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Nemo clericus, vel (subdiaconus, aut diaconus, aut Presbyter, aut) Episcopus propter causam suam quamlibet intret in curiam, quoniam omnis curia a cruce dicitur, & immolatio simulacionum est. Quod si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat, numquam rediens ad matrem Ecclesiam. *Silvester in synod. Roman. CCLXXXII. Episcoporum, c. 16.*  $\sigma$  in epilogo *Longobard. lib. 2. tit. 51. c. 12. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 1. panorm.*

## C A P U T VII.

De Presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo prae sumant publicis actionibus interpellationem facere, nisi suo Episcopo, & si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat juxta canonum statuta, &c. *Syn. Rom. sub Zachar. c. 12.*

## C A P U T VIII.

Cujuslibet ordinis clericos laici non judicent, nec de Ecclesiis eiulant. *Nicol. II. in syn. Rom. CXIII. Episcoporum, c. 10.*

## C A P U T IX.

Nullus laicus prae sumat invadere clericum, vel judicare res ejus, & Ecclesiarum, nisi Episcopus, & qui sub eo est. *Gr. VII. in syn. Rom. ann. incert. c. 5.*

## C A P U T X.

<sup>c. 2. de judic. etud Gr. IX.</sup> Decernimus, ut laici Ecclesiastica terminare negotia non prae sumant, & Episcopos etiam Abbatibus, Archidiaconi, & alii Ecclesiarum prelari de negotiis Ecclesiasticis, vel de aliis, que spiritualia esse noscuntur, aliquorum laicorum iudicio non disponant, nec propter eorum prohibitionem Ecclesiasticam diu nant justitiam exercere. *Eug. II. in concil. Rhemens. c. 4.*

## C A P U T XI.

<sup>18. q. 1. c.</sup> Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sacerduli non judicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiarum, quidquid illud est, dirimatur, & omnimodo obedientiatur eorum. *Clemens epist. 1. post princ. Ivo part. 6. cap. 345. decret. Anselm. lib. 6. c. 158. Cæsar. lib. 4. cap. 78.  $\sigma$  lib. 5. c. 14.*

## C A P U T XII.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Relatum est, quod quidam amuli Christi, ejusque Ecclesiarum infidiales, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare prae sumant, cum magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat, &c. *Alex. epist. 1. in princ. Capitul. lib. 7. c. 155. Anselm. lib. 2. cap. 35.*

## C A P U T XIII.

Sacerdotes, si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus, sed & a summis Pontificibus constringantur, non a sacerdotibus, aut malæ vietæ hominibus arguantur, vel arceantur. *Pontian. epist. 1. in med.*

## C A P U T XIV.

<sup>11. q. 1. c. 3.</sup> Clericum cujuslibet ordinis absque Pontificis sui permisso nullus prae sumat ad sacerdiale iudicium attrahere. *Marcellin. epist. 2. in princ. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 24. Capitul. lib. 7. c. 145. Cæsar. lib. 5. c. 34.*

## C A P U T XV.

Maximum Episcopum furore suo, & infana temeritate ad secularium quoque iudicium tribunalia subditum questioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, obiciunt pervenisse. *Bonifac. epist. 2. in med.*

## C A P U T XVI.

Censemus, ut quicunque prætermisso sacerdote Ecclesiarum ad disceptationem venerit secularium, sacris liminibus expulsus a caelesti arceatur altario, &c. Qui sub observatione clericali caelesti probatur servire officio, ex clero abiendum se norit, si prætermisso sacerdotum iudicio secularis adierit potestatem, &c. Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab Episcopis possat, tum si petitiones suæ laicum viderit obviare, ex permisso Episcopi sui in sacerduli moderatores disceptatione configat. *Leo ep. 94. ad Episcopos Thrace, in fin.*

## C A P U T XVII.

Fratri, & coepiscopi nostri Felicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognovimus, quod in insula <sup>11. q. 2. c.</sup> Sardinia sacerdotes a laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri tui despiciant, dumque solum simplicitati a vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Unde horror, ut omni excusatione postposita, Ecclesia, quam suscepisti, auctore Deo regas, disciplinam clericu tenere cogas, &c. *Greg. Januar. Episc. Caralit. lib. 3. reg. ep. 26.*

## C A P U T XVIII.

Denique hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis præcisus permisum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, iudicare præsumant, penitus ignoramus. *Nicol. ad Michael. Imp. ante fin. Anselm. lib. 1. c. 75.*

## C A P U T XIX.

De Presbyteris, qualescumque sint, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita ipsorum quipiam investigandum, sed Episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia referendum. *Nicol. ad consult. Bulgar. c. 70.*

## C A P U T XX.

Vobis non licet clericos iudicare, cum vos magis ab ipsis convenienter iudicari. *Nicol. ad consult. Bulgar. c. 83. in fin.*

## C A P U T XXI.

Si quis Episcopus, Presbyter, diaconus, clericus de re criminali, vel civili in Ecclesia contendat, omisso iudicio Ecclesiastico publicis iudiciis velut se purgare, licet pro eo sententia feratur, suum locum amittat, si causa criminalis ligent, est: si civilis, amittat quod evicit, si proprium locum habere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices undique patet auctoritas, ipso se indignum fraternali consilio iudicat, qui de universa Ecclesia male sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium, cum privatorum (Christianorum) causam Apostolus etiam ad Ecclesiam deferri, & ibi determinari præcipiat. *Carthag. c. 15. G. Carth. III. c. 9. L. Vern. c. 18. vide Chalced. c. 9. Capitul. lib. 7. c. 145.  $\sigma$  155. vide Carthag. lib. 1. c. 38. Corpus canonum c. 15. Ivo part. 6. c. 362. decret. Cæsar. lib. 5. c. 56.*

CA-

C A P U T XXII.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur. <sup>Placuit, 10.</sup> *Carthag. c. 107. G. Milevit. 19. Afr. 71. L.*

C A P U T XXIII.

Si clericus reliquo officio suo propter districtio-  
nem ad sacerdalem judicem fortasse confugerit, is  
ad quem recurrerit, solatum ei defensionis im-  
penderit, cum eodem de Ecclesiæ communione  
pellatur. *Agathens. c. 8. Capitul. lib. 6. c. 143.*  
*C lib. 7. c. 190. ex addit.*

C A P U T XXIV.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Clericus non audeat criminale negotium in ju-  
<sup>48. G. 18.</sup> dicio sacerdali proponere. *Agath. cap. 32. Vorm.*  
<sup>Clericum,</sup> *cap. 61. Capitul. lib. 6. cap. 155. Ivo part. 6. c.*  
*367. decree.*

C A P U T XXV.

Clericis non liceat, inconsultis sacerdotibus  
fuis, sacerdalia judicia expetere. *Andegav. c. 2.*

C A P U T XXVI.

<sup>\* vicario-</sup> Clerico, nisi ex permisso Episcopi sui, fervo-  
<sup>rum, f.</sup> rum \* suorum sacerdalia judicia adire non liceat.  
*Venet. c. 9.*

C A P U T XXVII.

Clerici sine ordinatione Episcopi sui adire, vel  
interpellare publicum judicium non præsumant.  
*Epaun. c. 11.*

C A P U T XXVIII.

<sup>Vide 11. q.</sup> Clericus cujuslibet gradus, sine Pontificis sui  
<sup>1. c. 4.</sup> permisso, nullum ad sacerdalem judicium præsumat  
attrahere. Neque laico, inconsulto sacerdote,  
clericum in sacerdalem judicium liceat exhibere.  
*Aurel. III. c. 31. vide Marcell. epist. 2.*

C A P U T XXIX.

Si quis judicium clericos de quolibet corpore  
venientes, atque de alario mancipatos, vel quo-  
rum nomina in matricula Ecclesiæ tenentur in-  
scripta, publicis actionibus applicare præsumper-  
it, si a sacerdote admonitus emendare noluerit,  
agnoscat se pacem Ecclesiæ non habere. *Aurel.*  
*IV. c. 13.*

C A P U T XXX.

Nullus sacerdarium personarum, prætermisso  
Pontifice, seu præposito Ecclesiæ, quemquam  
clericorum pro sua potestate constringere, &  
discutere audeat, vel damnare, sed & clericus, si  
pro caussæ appetitione cujuscumque fuerit ab  
Ecclesiastico ordinatore commonitus, se ad au-  
dientiam spondeat affuturum, & respondere nul-  
la calliditate dissimulet, sed quæcumque caussa-  
tio quotiens iater clericum, & sacerdalem verti-  
tur, absque Presbytero, aut Archidiacono, vel  
si quis esse præpositus Ecclesiæ dignoscitur, ju-  
dex publicus audire negotium non præsumat. Sa-  
ne si caussa habentibus placuerit ire ad judicium,  
forte ex voluntate communi, permittente præ-  
posito Ecclesiæ, clericu licentia tribuatur. *Au-*  
*rel. IV. cap. 20.*

C A P U T XXXI.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Clerici conclericos suos, reliquo Pontifice suo,  
<sup>43. Judica.</sup> ad judicia publica non pertrahant. Si quis hoc  
præsumperit facere, caussam perdat, & a com-  
munione efficiatur extraneus. *Tolet. III. c. 13.*  
*Innoc. III. in ep. ad Pisan. Archiep.*

C A P U T XXXII.

Nullus clericus de qualibet caussa extra discus-  
sionem Episcopi sui a sacerdali judice injuriam  
patiatur. Quod si quicunque judex cujuscumque  
clericum absque causa criminali, id est, homi-  
cidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortasse  
præsumperit, quamdui Episcopo loci illius vitum  
fuerit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Matisc.*  
*cap. 7.*

C A P U T XXXIII.

<sup>11. q. 1. c.</sup> Nullus clericus ad judicem sacerdalem quem-  
<sup>de foro comp.</sup>  
<sup>c. 2. in 1. coll.</sup> cumque alium fratrem de clericis accusare, aut  
ad caussam dicendam trahere quocumque loco  
præsumat. Sed omne negotium clericorum, aut  
in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut archidiaconi  
præsentia finiatur. Quod si quicunque clericus  
hoc implere distulerit, si junior fuerit, uno mi-  
nus de quadraginta iesus accipiat, si certe hono-  
rarius, triginta dierum inclusione mulctetur.  
*Matisc. cap. 8. Burch. lib. 16. cap. 21. Capitul.*  
*lib. 6. cap. 154. C lib. 7. c. 139.*

C A P U T XXXIV.

Non licet Presbytero, aut diacona, vel cui-  
quam clericorum de qualibet caussa conclericum  
suum ad judicem sacerdalem trahere. *Antiod.*  
*cap. 35.*

C A P U T XXXV.

Judices publici contra veteranam consuetudi-  
nem per omnes parochias, vel monasteria, quas  
Moses Episcopus circuire \* consuevit, [ipsi illici-  
ta præsumptione videntur discurrere, & clericos, <sup>\* mos est</sup>  
Episcopis cir-  
vel Abbates, ut coram eis compareant, invitatos  
atque districtos ante se faciunt exhiberi. Quod  
omnimodis religioni non convenit, nec cano-  
num permittit auctoritas. Unde omnes unanimiter  
censiimus sententiantes, ut deinceps ista de-  
beant emendare, & si præsumptione, vel pote-  
state, qua possunt, excepta invitatione Abbatis,  
aut Archipresbyteri, in ipsa monasteria, vel paro-  
chias aliquid fortasse præsumperint, a commu-  
nicione omnium sacerdotum eos coavenit seque-  
strari. *Cabilon. c. 11.*

C A P U T XXXVI.

Ut nullus clericus ad judicia laicorum publica  
conveniat sine iussione Episcopi sui, vel Abba-  
tis, juxta canonis Carthaginen. cap. 8. (vide su-  
pra) cui enim ad eligendos judices undique Ec-  
clesiæ patet auctoritas, se indignum fraterno con-  
sortio judicat, quod de universa Ecclesia male  
fentiendo, de judicio sacerdali poscit auxilium,  
cum privatorum Christianorum caussas Aposto-  
lus ad Ecclesiam deferri, atque ibidem determi-  
nari præcipiat, & maxime in talibus caussis in-  
quietudinem Domino Regi faciat. *Concil. apud*  
*Palat. Vernis, cap. 18. vide Carth. cap. 15. G.*  
*Carth. III. c. 9. L.*

C A P U T XXXVII.

De Constantino Imperatore, qui noluit con-  
troversias Episcoporum dijudicare. *Parisien. sub*  
*Ludov. & Loth. lib. 1. c. 19.*

C A P U T XXXVIII.

Clerici, & monachi, qui inter se negotium ali-  
quod habuerint, a suo Episcopo judicentur, &  
non a sacerdibus, fas enim non est, ut divini

## 372 Juris Pontificii Veteris Epitome

*muneris ministri, temporalium potestatum subdantur arbitrio.* *Troslejan. cap. 3. ex Capit. lib. 1. cap. 28.*

### C A P U T XXXIX.

*Auditum lugubre, dictu nefas, actu dignoscitur horibile, quando contra omnem patrum, & totius Christianæ religionis, & auctoritatem, & consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum, & ceterorum religiosorum ut domini, ac magistri residentes, velut Abbes de illorum vita, & conversatione, a regula sibi penitus ignota perverso ordine judicant.* *Trosl. c. 3.*

### C A P U T XL.

*Quicumque judex sacerularis Presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, atque de junioribus absque audience Episcopi, vel Archidiaco- ni, vel Archipresbyteri, injuriam inferre præsumperit, anathema ab omnium Christianorum confortio habeatur.* *Trosl. c. 5. ex Capitul. Caroli Imperat.*

### C A P U T X L I .

*Nullus judex neque Presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut junorem Ecclesiæ sine conscientia Pontificis per se distingat, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia, cui injuriam fecit, tamdu sit sequestratus, donec reatum suum cognoscatur, & emendet.* *Trosl. c. 6. ex Capit. lib. 6. c. 154. O lib. 7. cap. 139. O in addit. c. 210. Burch. lib. 16. c. 22.*

### C A P U T X L I I .

*Silvester constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesia.* *Damas. in Silvest.*

### C A P U T X L I I I .

*Julius constitutum fecit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia.* *Damas. in Jul.*

### T I T U L U S XI. DE JUDICIO EPISCOPI.

*Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LX.*

### T I T U L U S XII.

### EPISCOPUS JUDICET CUM CLERICIS.

*Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LX. quibus adde:*

### C A P U T I .

*S*i qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores saceruli non judicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ, quicquid illud est, dirimatur, & omni modo\* obdiant statuis eorum. *Clem. ep. 1. post princ. Ivo part. 6. c. 345. decret. Anselm. lib. 6. c. 158. O 198. Caesar. lib. 4. c. 78. O 92. O lib. 5. c. 14.*

### C A P U T II.

*Si quid de quocunque clero ad aures tuas per-  
venerit, quod te juste possit offendere, facile non  
credas, nec ad vindictam te res accendar inco-  
gnita, sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tua  
diligenter est veritas persuadenda. & tunc si qua-  
litas rei poposcerit, canonica distitio culpam  
feriat delinquentis.* *Greg. lib. 11. ep. 49. Joanni  
Episc. Panorm.*

### C A P U T III.

*Acephalum liquet esse concilium, ubi de tan-  
ta persona (*loquitur de Ignatio Patriarcha*) Submitti-  
tur, & majorum non expectatur sententia,  
cum nec in causa clericorum inferioris gradus,  
soli Episcopi sui judicium tantummodo præ-  
stolandum \* sit.* *Nicol. in epist. ad Mich. Imp. \* postulan-  
dum, post meā.*

### T I T U L U S XIII.

### DE JUDICIO ARCHIEPISCOPI.

*Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XI. & XII.*

### T I T U L U S XIV.

### DE JUDICIO PATRIARCHÆ, VEL PRIMATIS.

*Vide in Part. I. Lib. II. Tit. XV. XVI.  
XVII. & XVIII.*

### T I T U L U S XV.

### DE JUDICIO SYNODI.

*Vide in Part. I. Lib. V. Tit. XXXVI.  
XXXVII. XXXVIII. & XXXIX.*

### T I T U L U S XVI.

### DE JUDICIO PONTIFICIS MAXIMI.

*Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XIII. XIV. & XV.*

### T I T U L U S XVII.

### DE JUDICIBUS INFERIORIBUS.

### C A P U T I .

*S*i criminofus fuerit aliquis Presbyter, in præ-  
sentia Episcopi, vel Archidiaconi dijudice-  
tur. Et si probata fuerit ejus culpa, per Episco-  
pum, vel suos expellatur, & alius per Episco-  
pum intromittatur. *Greg. VII. in concil. Rom.  
ann. incert. c. 4.*

### C A P U T II.

*Omne negotium clericorum aut in Episcopi 11. q. 1. c. 6.  
sui, aut in Presbyteri, aut in Archidiaconi præ. Nullus , c.  
sentia finiatur. Matiscan. I. cap. 8. Burch. lib. 2. de foro  
16. cap. 21.*

### C A P U T III.

*Quicumque judex, aut sacerularis Presbyte-  
ro, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut  
de junioribus absque audience Episcopi, aut Ar-  
chidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre  
præsumperit, anno ab omni Christianorum con-  
sortio habeatur extraneus.* *Antifod. c. 43.*

### C A P U T IV.

*Dictum est, quod in plerisque locis Archidia-  
coni super Presbyteros Parochianos quandam  
exerceant dominationem, & ab eis census exi-  
gant, &c. contenti sint regularibus disciplinis, &  
teneant propriam mensuram, & quod eis ab Epi-  
scopis injungitur, hoc per parochias suas exercere  
studeant, nihil per cupiditatem, & avaritiam  
præsumentes.* *Cabillon. sub Carolo cap. 15. Ivo  
part. 3. c. 134. decret.*

### T I T U L U S XVIII.

### NE MINOR JUDICET DE MAJORE.

### C A P U T I .

*S*i hæc Photius non legit, saltem Joannem An-  
tiochenum Episcopum in Ephesina synodo  
recolere valuerit, idcirco damnatum, quia Cy-  
rillum anterioris, id est, Alexandrinæ sedis An-  
tistitem damnare non meruit. Unde præfata uni-  
versalis synodus ad Celestinum summæ sedis no-  
straæ Pontificem scribens, iater cetera dicit: „In-  
„ di-

„ dignetur ergo tua religiositas competenter pro his, quæ facta sunt, si enim data fuerit volentibus licentia, maiores injuriis sedes afferre \*, & contra eos, in quibus non habent potestatem contra leges, & contra canones proferre sententias, ibunt ad ultimam confusioneum Ecclesiæ res.“ *Syn. Rom. sub Hadr. II. allocut. 3. apud syn. VIII. gener. act. 7.*

#### C A P U T II.

Sancta tertia synodus generalis Antiochenum damnavit Joannem, quoniam adversus sedis potioris, id est, Alexandrinæ, prima non consenteante, aulus est proferre sententiam. Quarta, deinde magna & universalis synodus, adeo hanc temeritatem execrata est, ut Diocorum Alexandrinum sine restitutione damnaverit: præsumperat enim & ipse contra primæ sedis privilegium, contra regulas agens, cum esset posterior, se anteriori præferre. *Syn. Rom. sub Hadr. II. apud syn. VIII. gener. act. 7.*

#### C A P U T III.

Majores a minoribus nec acculari, nec judicari ullatenus posse, dicebat Petrus Apostolus, quoniam non solum hoc divinas, sed & leges facili inhibere dicebat. *Clem. ep. 1. post med.*

#### C A P U T IV.

Major a minori nec argui, nec judicari potest. *Clem. ep. 1. in fin.*

#### C A P U T V.

Major non potest a minore judicari, nec Episcopi Pontifici, a quo consecrari probantur, præjudicium inferre ullum possunt. Quod si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter Ecclesiastica ullo modo statuta censeri. *Marcell. ep. 2. post princ.*

#### C A P U T VI.

<sup>2. 9. 7. c. 4.</sup> In sancta. Sicut major non potest a minore judicari, ita nec colligari. *Jul. ep. 2. c. 36.*

#### C A P U T VII.

<sup>Dif. 21. c. 4.</sup> Quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a Pontificibus legitime, & Ecclesiasticis legibus fuerit expeditus? &c. Præcipue cum de secundæ sedis ageretur Antistite, nec ab inferiori qualibet, sed a prima sede jure possit absolvī. [Inferior quippe potiorem absolvere non potest, sola ergo potior inferiori convenienter absolvit. *Gelas. in tom. de anathemate, in fin. Nicol. ad Mich. Imper. ante med.*

#### C A P U T VIII.

Miramur, quia quantum nobis præsentium portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi vobis & Subaudum fratrem, & coepiscopum nostrum Arelatensis civitatis Antistitem, cuius Ecclesia in regionibus Gallicanis Primatis privilegio, & sedis Apostolicæ vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati, in judicium sequentis civitatis Episcopi, quod nulla Ecclesiastica lege, vel ratione conceditur, judicandum jubetis occurrere, ut ipso de conciliato loci sui præjudicio conquerente, illum, qui usurpavit, neceste sit de illicita prælumptione culpari. Pro quibus Christianitatis vestre confidencia freti, paterno studio postulamus, ut si

quid tale factum est, congrua satisfactione celeriter amputetur, nec ullum sui exemplum in perturbatione Ecclesiarum, quas vobis Deus credit, relinquere concedatur, & hujusmodi causis sollicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra Ecclesiasticas regulas petentibus concedatis. *Pelag. ad Regem quendam Francorum apud Nicol. in epist. ad Mich. Imper. ante med.*

#### C A P U T IX.

Suavissimus pater, & Papa noster Gregorius clero Mediolanensis Ecclesie pro eligendo sibi Episcopo litteris suis præcipiens ait: „ Pensantes ergo, quæ cunctis expedient, & quam vobis gratia divina prætulerit, integerim semper in omnibus obedientiam præbete. Judicari namque a vobis ultra non debet, semel prælatus, sed tanto nunc subtiliter judicandus est, quanto postmodum judicandus non est. Consecrato autem vobis, Deo auctore, pastori tota vos mente committite.“ *Nicol. epist. ad Mich. Imper. ante med.*

#### C A P U T X.

Satis evidenter ostensum est, non posse legitimate subjectos de Prælati sui vita judicare, nec præter hæresim, cujuscumque sit meriti, temere reprehendere. Sed si adhuc placet aliquid de hoc nosse, quod delectet, antiqui patris, & venerabilis Doctoris Areopagitæ Dionysii ad Demophilum verba vobis recitare præcipite, qui etiam in causa pietatis delinquentem sacerdotem nefas sancit a minoribus vel ab inferioribus judicari, ne fiat in Ecclesia Dei aliquid inordinatum, & status ejus in aliquo confundatur. *Nicol. ad Mich. Imper. ante med.*

#### C A P U T XI.

<sup>Dif. 21. c. 7.</sup> Cum quidam tempore quodam contra Xystum Papam tentassent quedam non boni rumoris obiicere, & in concilio, cui Valentinianus Augustus intererat dictum fuisse, non licere adversus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit judicare judicium suum. Etenim nullus Pontificum mñorum, vel inferiorum urbium subactus judiciis invenitur. Unde Joannes Antiochenus, tertiae videlicet sedis Episcopus, inter cetera legitur in Ephesina synodo usque ad correctionem damnatus, qui Cyrillum Alexandrinum, secundæ scilicet sedis Episcopum irreguliter damnationi præsumpsit addicere, eadem venerabili synodo ad Cœlestinum summæ sedis Præfulem, taliter in scriptis postulante, ac dicente: „ Indignetur ergo tua religiositas competenter pro his, que facta sunt, si enim data fuerit volentibus licentia, & maiores injuriis sedes affipere, & contra eas, in quibus non habent potestatem, contra leges, sic & canones proferre sententias, ibunt ad ultimam confusioneum Ecclesiæ res.“ &c. Denique si in Epistola <sup>21. d. c. 6.</sup> Hebr. c. 7. legimus ad Hebreos, quod minor a majore benedicatur; restat profecto, ut exigente ratione, etiam maledicatur. Siquidem hæc utique prænoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in ecclesiis consuetudinem tradidere

derunt, hodieque in Ecclesia Romana, quæ magis est omnium ecclesiarum, imprætermis servatur, ita ut nullus sacerdos, majore suo non innuente consacerdote, cuilibet rei benedicere nitatur. Sed & anterior stans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere, &c. Per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique a suis judicandis præpositis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi jus ullum penitus obtineant. *Nicol. ad Mich. Imperat. prope med. Anselm. lib. 7. cap. 142. al. 144. Ivo part. 5. decret. cap. 17. O' part. 6. cap. 355.*

## C A P U T XII.

*Dif. 21. c. 4.  
Inferior.  
Eplain. 49.*

Hinc liquido pervidetur, quia quem non potest absolvere, non potest judicio inferior potius ligare, &c. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui fecat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam? His ita ex divina Scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui majoris potestatis est judiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subjugare. *Nicol. ad Mich. Imp. in med.*

## C A P U T XIII.

*Dif. 21. c. 8.*

Submittitur (*Ignatius Patriarcha*) minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exercitatis sanctorum Patrum, semper ubi est major auctoritas sit eundum, & in omnibus controversiis ad potiores sedes judicia dirigantur. Quod non solum a catholicis, verum etiam ab ipsis constat observatum haereticis. Alioquin acephalum liquet esse concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non expectatur sententia, cum nec in causa clericorum inferioris gradus solius Episcopi sui judicium tantummodo prestolandum sit, &c. Et quanto magis ad posterioris auctoritatis judicium tenditur querimonia, tanto adhuc amplius majus culmen perendum est, quo usque gradatim perveniat ad eam sedem, cuius causa aut a se negotiorum meritis existentibus in melius commutatur, aut solius Dei sine quaestione reservatur arbitrio. *Nicol. ad Mich. Imperat. in med.*

T I T U L U S X I X.  
*DE JUDICIBUS ELECTIS.*

## C A P U T I.

*q. 6. c. 13.*

Peregrina judicia salva in omnibus Apostoliaca auctoritate. (*Fab. ex Xyst. III.*) generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ut ab exteris judicentur, qui provinciales, & a se electos debent habere judices. *Nic. en. c. 53. apud Jul. c. 16. Felix cun. Septuaginta Episcopis ep. 2. in med. Hygin. ep. 1. in 60. Fab. ep. 3. in princ. Xyst. III. ep. unic. c. 3. vide Nicen. c. 23. O' c. 54. apud Jul. epist. 2. Hadr. ad Episcopum Mediom. c. 17. Burch. lib. 1. c. 147. Ivo part. 5. c. 260. O' part. 6. c. 331. decret. O' epist. 179. Anselm. lib. 3. c. 73. Capital. lib. 7. c. 309. O' in additis c. 145. Caesar. lib. 5. c. 25. Tarrac. lib. 6. c. 150.*

## C A P U T II.

Si clericus adversus clericum causam habeat, relecto Episcopo, non eat ad secularia judicia. Sed prius rem declarat apud suum Episcopum, vel ex ejus Episcopi voluntate apud eos, quos utraque pars elegerit, ut judicent. Si quis contrarium fecerit subjaceat poenis canonicis. *Chalc. c. 9. Aquisgran. c. 86. vide Carthag. cap. 15. G. Burchard. lib. 2. cap. 183. Ivo part. 6. cap. 228. O' 360. decret. Anselm. lib. 5. cap. 83. Capital. lib. 1. cap. 28. Tarragon. lib. 1. c. 148.*

## C A P U T III.

Statuimus, quod si quis allegaverit, se judicem habere suspectum, coram eodem causam justæ suspicionis assignet: & ipse cum adversario, vel si forte adversarium non habeat, cum judice arbitros communiter eligat, aut si forte communiter convenire non possunt, elegant absque malitia ipse unum, & ille alium, qui de suspicione causa cognoscant: & si nequierint in unam concordare sententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipsis decreverint, robur habeat firmitatis. Sciant quoque se ad id fideliter exequendum ex injunctio a nobis in virtute obedientiæ sub attestatione divini judicij disticto pracepto teneri. Gaussa vero suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata, sua jurisdictione judex utatur. Ac ipsa probata legitimè, de reculatōis assensa personæ idoneæ committat negotium recusatus, vel ad superiorē transmittat, ut in eo ipso procedat, secundum quod fuerit procedendum, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 48.*

## C A P U T IV.

Ille, qui vi, aut timore a fede pulsus, aut suis rebus spoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrantur: & tamdiu in fide propria pacifice cuncta dispensantur, quamdiu expulsus, vel spoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit, induciæ ei petenti a Patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & judices a se electi tribuantur, ut in loco, unde est ille, qui accusatur, aut si alibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa per surreptionem evenire solent. *Felix II. in synod. Rom. epist. 1. c. 8. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 8. O' tit. 8. cap. 14. panorm. Anselm. lib. 3. c. 52.*

## C A P U T V.

Si qua causa inter terram venientem ad partem suarum Ecclesiarum, & monasteriorum evenerit, & pacifice non putuerit ordinari, apud electos Abbates, & alios patres timentes Deum, sine voluntaria dilatione, mediis sacrosanctis Evangelii finiatur. *Greg. in syn. Lateran.*

## C A P U T VI.

Unaquæque provincia tam juxta Ecclesiasticas, quam juxta saeculi leges, suos debet justos, & non iniquos habere judices, & non externos, &c. Sed ad duodecim ejusdem provinciæ judices, ad

ad quorum judicium omnes caussæ civitatum referuntur, deferatur negotium. *Anaclet. epist. I. ante finem. Anselm. lib. 3. c. 80. al. 84.*

## C A P U T VII.

<sup>5. q. 4. c. 2. 3. g. 8. c. 1. §. Judices.</sup> Duodecim judges quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus caussa juste judicetur, nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocato a suorum primo conventu Episcoporum, per eos ejus caussa juste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero ejus caussæ ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatur, sicut ab Apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur. *Zeph. epist. I. ante med. Ivo part. 5. cap. 245. decret. Anselm. lib. 3. c. 41. Cæsar. lib. 5. c. 41. Tarac. lib. 2. c. 52.*

## C A P U T VIII.

<sup>4. q. 4. c. 1.</sup> In omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, judges electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. *Fabian. epist. 2. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 27. panorm. C part. 2. c. 321. decret. Anselm. lib. 3. c. 72. Cæsar. lib. 5. c. 51. Tarac. lib. 2. c. 7.*

## C A P U T IX.

<sup>11. q. 1. c. 4.</sup> Judices alii esse non debent, quam quos ipse qui impetratur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sanctæ sedes, aut ejus Primates auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. *Jul. epist. 2. c. 34. ex concilio Niceno. Ivo lib. 4. tit. 11. c. 2. panorm. Anselm. lib. 3. c. 21.*

## C A P U T X.

Homines fundi Saloniaci juris sanctæ Ecclesiæ Romanæ fines fundi Gerdiniæ collimitantis eidem præfato fundo Ecclesiæ sanctæ Romanæ volunt pervadere, &c. Volumus accidente ad Panormitanam civitatem, questionem ipsam discutere, &c. Electis arbitris tranquille, & legaliter sopiaatur, nos enim non solu[n]a nunquam mota suscitari volumus, verum etiam quæ prava foris admoventur, sopia modis omnibus festinamus, &c. *Greg. lib. 1. epist. 9. Pet. subdiacon. Eadem scribit lib. 7. ep. 83. ind. 2. Fantino Joann. Episc. Syrac. ep. 101. C lib. 8. ep. 28. Zittano Zizasimæ, C ep. 58. Bonif. Episc. Regio.*

## C A P U T XI.

<sup>De arbit. c. 2. in 1. coll.</sup> Gloria vestra præcipiat Donatum officialem cum Julianæ ancilla Dei arbitrale subire judicium, quatenus quidquid eorum de tali controversia arbitrorum judicio fuerit definitum, effectui mancipetur, ut id, quod se admittere, si ve retinere perspexerit, non hoc virtutis opere fieri, sed legis justitiæ debeat reputari. *Gregor. Theodoro Sardiniae Duci, lib. 1. regist. ep. 46.*

## C A P U T XII.

<sup>De arbit. c. 2. in 1. coll.</sup> Pompejana religiosa fœmina per hominem suum suggestit a nobis multa se querundam hominum sublinere assidue irrationaliter gravamina, &c. Prædictam vobis fœminam necessario duximus commendandam, ut comitante justitia, nulla caussa fraternitas tua prædictam fœminam in nullo contra æquitatem gravari permittat, nec aliqua inconsulte pati dispendia, sed si eam

habere caussas contigerit, in electorum judicio altercando ventiletur contentio, & quæcumque fuerint definita, tranquille ad effectum perdantur, &c. *Greg. Januar. Episc. Caralit. lib. 1. regist. ep. 61.*

## C A P U T XIII.

Sex consensu partium judges electi fuerint, <sup>2. q. 6. c. 33. Sane.</sup> etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat provocari. *Carthag. cap. 15. G. Carthag. III. c. 10. L. Ivo part. 6. cap. 363. Cæsar. lib. 5. cap. 64.*

## C A P U T XIV.

Si appelleatur, & eligat appellans judges, & cum eo is, contra quem appellatur, ab his non liceat appellare. *Carth. c. 98. G. al. 96. Afric. cap. 63. L.*

## C A P U T XV.

In caussa inter Maurentium Episcopum, & civitatem Germanicam, jubet concilium Africanum diligere judges. Maurentiusque septem de legit, & ipsa civitas Germanicia reliquos jubetur diligere. *Carth. c. 105. G. Afr. c. 67. L.*

## C A P U T XVI.

<sup>c. 2. de arbit. & c. 3. de for. comp. Greg. IX. & c. 4. hos ut. in 1. coll. \* duo; L.</sup> Si ex diversis Provinciis Episcopi inter se litigantes sint, ille Primas dei judges, in cuius regione est locus, de quo contendunt. Si communis consensu vicinos eligunt vel unus\*, vel tres eligantur. Si tres elegerint, trium, vel saltem duorum sententiam sequantur. *Carth. cap. 122. G. Milev. c. 24. L. Afr. c. 88. Burch. lib. 1. cap. 68. Ivo part. 5. c. 176. decret. Cæsar. lib. 5. c. 24.*

## C A P U T XVII.

Ab electis judicibus non licet appellare. Si no- <sup>3. q. 6. c. 32.</sup> A judici- lit quis judicibus obediens, Episcopus primæ sedis bus, vide litteras, ut nullus Episcopus ei communicet <sup>2. c. 19. Quis.</sup> quoad obediens. *Carth. c. 123. G. Milev. cap. 24. quis. L. Afr. c. 89. L. Capitul. lib. 1. cap. 44. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 8. panorm. C part. 6. c. 365. de- creter. Cæsar. lib. 5. c. 24.*

## C A P U T XVIII.

Provinciæ Africæ, ex quibus terni judges electi sunt, Carthaginensis, Numidia, Byzacena, cuius Primas Donatianus, Mauritania Sizophensis, & Tripolitana, qui omnes universa cognoscunt. *Carth. c. 128. G. Milev. c. 27. L.*

## C A P U T XIX.

Si inter Episcopos de rebus terrenis, aut possessionibus sub repetitione, aut retentionis titulo nascatur contentio, impleto anni spatio, pro studio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus antefieri, per Epistolæ fratrum studiose admoniti, aut inter se, aut in præsentia electorum judicium negotium sanare festineat. *Aurel. IV. cap. 12.*

## C A P U T XX.

Si inter consacerdotes ex caussa livor emerserit, ut pendente certamine sibi invicem reconciliari non possint, electis ab utraque parte fratribus, id est presbyteris, litis jacula finiant, & vota pacis acquirant, &c. *Turon. II. c. 2.*

## C A P U T XXI.

Leges sanciunt, tam Ecclesiasticae, quam civiles, omnem, qui elegerit aliquem judicem modis omnibus sequi ac obedire præceptis ejus, &

ne-

nequaquam refutare penitus, ac repellere prolatas ab eo, & depromptas definitiones, & leges. Cum itaque pars vestra petierit, & proposuerit judicem beatissimum Papam Nicolaum, quomodo vos extra Ecclesiaz, ac Reipublicæ leges, ac regulas eum redarguere, ac judicare prælumpfis, afferentes non secundum canonum egisse, neque secundum iustitiaz, ac veritatis rationem decrevisse, quæ sibi vila sunt definiendo. Invenimus ergo in parte hac, & Ecclesiasticas, & civiles reprobare leges pro eo, quod quem elegistis, & prætulisti judicem, nunc abiiciatis; nemo enim electum a se judicem, & propria actione vice-versa judicare, vel condemnare penitus debet. Nam nunquam aliquando quis judicatus, dum condemnatus fuerit, firmavit prolatam damnationem, & ideo per nullum tempus, vel modum firmum erit judicium. *Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ apud synod. VIII. gen. action. 6. post med.*

## C A P U T XXII.

Sacri canones non quorumcumque, sed eletorum judicium sententiam minime spernendam edocent. *Anast. in proœm. VII. syn. gener.*

T I T U L U S XX.  
DE SANGUINE NON JUDICENT CLERICI.

## C A P U T I.

*No cler. vel mon. c. 9. Gr. IX. c. 2. eod. in 4. coll.* **S**Ententiam sanguinis nullus clericus dicet, aut proferat, nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, intersit. Si quis autem hujusmodi occasione statuti Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis aliquod præsumplerit inferre dispensandum, per censuram canonica m compescatur. Nec quisquam clericus litteras scribat, aut dicet, pro vindicta sanguinis destinandas. Unde in Cu*riis Principum* hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus rotariis, aut ballistariis, aut hujusmodi viris sanguinem præponatur, ne illam chirurgia partem subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceant, quæ ad unctionem, vel incisionem inducit. Nec præcipue quisquam purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis ritum cujuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat, salvis nichilominus prohibitionibus de monomachis sive duellis antea promulgatis. *Concil. gener. Later. sub Innoc. III. cap. 18.*

## C A P U T II.

*15. q. 4. c. 1.* Criminalia negotia non judicat Episcopus, Presbyter, Clericus. *Tarrac. cap. 4.*

## C A P U T III.

Cognovimus quosdam clericorum infrunitos ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus, definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedit, neque intersit atrio sauciolo, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est. Si tamen ex nunc aliquis eorum definita contemnens illuc accederit, aut interfuerit, defraudatus honesti honoris stola illis gregibus examinatorum societur, quos divinis prætulit mysteriis. *Matisc. II. c. 19.*

## C A P U T IV.

Non licet presbytero, nec diacono ad trepaliū, ubi rei torquentur, stare. *Antifiod. c. 33.*

## C A P U T V.

Non licet presbytero, in judicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur. *Antifiod. c. 34.*

## C A P U T VI.

Sæpe Principes contra quoslibet majestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt, & quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri judices, ubi jurejurando supplicij indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discutor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum. *Tolet. IV. cap. 30. Burch. lib. 2. cap. 149. Ivo part. 6. c. 222. decret.*

## C A P U T VII.

His, a quibus Domini sacramenta trastanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet. Et ideo quod morte plectendum est, sententia propria judicare non præsumant, aut truncationes quibuslibet personis per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam in Ecclesiaz suæ familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore privetur, & loco, sub perpetuo quoque damnationis teneatur religatus ergastulo, cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est, propter Domini misericordiam: qui non vult peccatoris mortem, sed *Ezech. 18. ut convertatur, O vivas. Tolet. XI. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 201. Ivo part. 5. cap. 315. decret. Anselm. lib. 11. cap. 60. in Rom. Raban. cap. 30. de paenit. Cæsar. lib. 5. cap. 62. Tarrac. lib. 4. cap. 69.*

T I T U L U S XXI.  
NE IN ECCLESIIS, VEL IN ATRIIS, VEL  
IN DOMIBUS ECCLESIARUM JUS  
DICATUR.

Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XVI.

T I T U L U S XXII.  
DIE DOMINICO, ET ALIIS QUIBUSDAM  
JUDICIA NE FIANT.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XIX. & Lib. XXI. Tit. XIV.

T I T U L U S XXIII.  
DE JUDICIBUS DELEGATIS.

## C A P U T I.

UT provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ, si ipse (*Romanus Pontifex*) decretit. *Nicæn. c. 59. apud Jul. epist. 2. c. 21. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 39. Capit. lib. 7. c. 344. in addit. c. 138.*

## C A P U T II.

Placuit, ut accusatus, vel judicatus a provincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellat, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retratari negotium procuret, &c. *Nicæn. c. 19. apud Jul. ep. 2. c. 3. Victor. epist. 1. in med. Xyst. II. ep. 1. ante fin. Capitul. lib. 7. c. 255. in addit. Burch.*

Burch. lib. I. c. 144. & 176. Ivo lib. 4. sit. 12.  
c. 2. panorm. & part. 5. c. 257. decret.

C A P U T . III.

1. q. 6. Si Placuit, ut si Episcopus accusatus fuerit, & Episcopum, judicaverint congregati Episcopi provinciae illius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellare Episcopo placuerit, & confugere ad beatissimum Episcopum Romanum, & voluerit audiri, & iustum putaverit, ut renovetur examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima provinciâ sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat, & sit in potestate Episcopi Romani, quid velit, & quid existimet suscipiendum, & si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum Episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, a quo destituti sunt, erit in suo arbitrio, si vero crediderit sufficere Episcopos, ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo judicaverit. Nicæna synod. apud Zosinum in commonitorio refertur in concilio Carthag. VI. cap. 3. L. & ante canones Carthag. Gregos, & in epist. Carthag. c. 135. G. concilii. Carthag. VI. ad Bonifacium, L. vide Sardic. c. 5. G. 7. L. Ennod. pro Symmach. Nieol. ep. 2. ad Episc. apud Convicin. Ivo part. 5. c. 27. decret. Anselm. lib. 2. c. 57.

C A P U T . IV.

3. q. 9. De-  
crevimus, per delegatos agit. Bonifac. epist. 2. ad Episc.  
cap. 10. Gallia. Burch. l. 1. c. 161. Ivo part. 5. c. 271.  
decret. Anselm. lib. 3. c. 34. & 84.

C A P U T . V.

Si quis Episcopus in aliquo negotio condemnatus sit, & putat se bonam causam habere, si rursus judicium innovetur, Petri Apostoli memoria honoretur, & scribatur a judicantibus Julio Episcopo Romæ, ut per vicinos Episcopos, (scribatur Episcopo Romæ vel a judicantibus vel a vicinis Episcopis, L.) ut si videatur oportere, judicium renovetur, cognitores ipse præbeat, si non videatur renovari, oportet, ut firma maneat, quæ judicata sunt. Sardic. c. 3. G. 4. L.

T I T U L U S . XXIV.

DE POSTULANDO.

C A P U T . I.

De postul. c. 1. Greg. IX. C. in 1. coll. Clerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur cerara judge sacerdotali ad-  
vocati in negotiis fieri non præsumant, nisi propriam, vel Ecclesiæ suæ causam fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt. [ Sed nec procurations villarum, aut jurisdictiones etiam sacerdotes sub aliquibus principibus, vel sacerdotalibus viris, ut Justitiarii eorum fiant, clericorum quipiam existere\* præsumat, &c. Distritius autem decrevimus ponendum, si religiosorum quipiam aliquid predicatorum audeat attemptare. Alexand. III. in concil. Later. c. 12.

C A P U T . II.

3. q. 3. c. ult. Quia Episcopi, universique sacerdotes ad so-  
Tom. VI.

lam laudem Dei, bonorumque operum actionem constituuntur, debet unusquisque eorum, tam pro Ecclesiasticis, quam etiam propriis suis actionibus, excepto publico videlicet crimine, habere advacatum non male famæ suspectum, bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. Synod. Rom. sub Eugen. II. & Leon. IV. c. 19. Longobard. de advocas. l. 2. sit. 47.

C A P U T . III.

Si fuerit quispiam sacerdotum inventus, qui advacatum in judicium proferre non valeat, coram plebe propria suum Episcopum eundem oportet discutere sacerdotem, si bonæ, an male conversationis existat, cuius rei causa debite advacatum habere non possit; male vero inventus pro qualitate culpæ secundum canonum normam emendari curetur. Synod. Rom. sub Eugen. II. & Leon. IV. c. 20.

C A P U T . IV.

Ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas eggerit, hoc est postulaverit, si quis fidelis administraverit. Innoc. ep. 4. c. 3.

C A P U T . V.

Ne quis sacerdotum, vel clericorum more secularium judicum audeat accipere pro impensis patrocinii munera, nisi forte in Ecclesiæ oblata gratuita, quæ non favore munieris videantur accepta, sed collatione devotionis illata. Quæ si ita probatur accipero, veluti exactor scionis, aut usurarum possessor, secundum statuta patrum se noverit degradandum. Tarrac. c. 10. Caesar. lib. 5. c. 76.

C A P U T . VI.

Si quis judicium clericos de quolibet corpore venientes, atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Ecclesiæ tenentur inscripta, publicis actionibus applicare præsumperit, si a sacerdote admonitus emendare noluerit, agnoscatur se pacem Ecclesiæ non habere. Similiter, & ad ultimam administrationem Pontifices presbyteros, atque diaconos ideo excusatlos esse decrevimus, quia quod lex sæculi, & in paganis sacerdotibus, & in ministris ante præliterat, justum est, ut erga Christianos specialiter conservetur. Aurel. IV. cap. 13.

C A P U T . VII.

Monachi ad sæcularia placita nullatenus venniant, neque ipse Abbas sine consensu Episcopi sui, &c. Sed quidquid querendum, vel etiam respondendum sit, per advacatos suos hoc faciant. Magunt. c. 12. Burch. lib. 8. c. 89. Ivo part. 7. c. 107. decret.

C A P U T . VIII.

Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. a Necler. vel negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia, &c. in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphantorum, aut viduarum, &c. Quæ omnia ministri altaris Domini interdicimus, &c. Magunt. sub Carolo c. 14. Magunt. sub Rabbin. c. 13. Capit. lib. 7. c. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. c. 108. decret.

B b b

TI.

15. q. 2. c. 8.  
Obfervan-  
dum.

mon. cap. 1.  
Greg. IX. &  
in 1. coll.

\*

Greg. IX. &

in 1. coll.

# 378 Juris Pontificii Veteris Epitome

## TITULUS XXV. DE PROCURATORIBUS.

### CAPUT I.

*De rescript. c. 28. Greg. IX. in 4. coll. c. 5. eod. tit.* **S**unt alii, qui se ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel sopia possint suscitare querelas, aut novas immittere quæstiones, finiunt causas, supra quibus a sede Apostolica litteras impetrant, absque dominorum mandato, quas vel reo, ne per eas laborum, vel expensarum dispendio molestetur, aut auctori, ut per ipsas adversarium indebita vexatione fatiget, veniales exponunt. Cum autem lites restringendas sint, potius quam relaxandas, hac generali constitutione sancimus, ut si quis supra aliqua quæstione de cætero sine mandato speciali Domini litteras Apostolicas impetrare præsumperit, & litteræ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur, nisi forte de illis personis extiterit, de quibus non debet exigere de jure mandatum. *Innoc. III. in concil. general. Lateran. c. 37.*

### CAPUT II.

*¶ 7. c. 1.* Infamis persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. *Felix in syn. LXX. Episcoporum epist. 2. in med. Hadrian. Papa ad Epi/c. Mediom. c. 5. them. 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 24. panorm. ¶ part. 5. c. 248. ¶ part. 6. c. 331. decret. Anselm. lib. 3. c. 27. Cæsar August. lib. 5. c. 30. Tarrac. lib. 2. c. 12. Paulus & Paul. interpres Anian. lib. 1. tit. 2. sent. Capit. lib. 7. c. 143. in addit.*

### CAPUT III.

*De procurat. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.* Si caussam vultis dicere, instruam de cætero personam cum mandato legaliter facta, tuis, ac presbyterorum, seu diaconorum in testimonium subscriptionibus roborato, gestisque ex more in dito transmittite, ut quidquid cum ea actum fuerit, possit jure subsistere, &c. *Greg. Max. Episcop. Saloni. lib. 11. ep. 13. reg.*

### CAPUT IV.

*¶ 1. 9. 3. Pla- cuit, c. 2.* Episcopi, presbyteri, diaconi conductores, vel procuratores non fiant, neque ex aliquo turpi, vel inhonesto quæstu cibum parent, &c. *Carth. c. 16. G. Carth. III. c. 15. L. Vormat. cap. 67. Burch. lib. 2. c. 151. Ivo part. 6. cap. 242. decret. Anselm. lib. 7. c. 151.*

### CAPUT V.

*Ibid.* Qui serviant Deo, & annexi sunt clericis non accedant ad actus, seu administrationem, vel pro curationem domorum, &c. Proinde aut clerci sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. *Carth. I. c. 6. Burch. I. 2. c. 150. Ivo part. 6. c. 223. decret.*

### CAPUT VI.

Si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire (*ad concilium*) &c. quemcumque ex presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigit, ut ratio polcit, atque cum eo mandatarium suum juxta legem ordinem munitur, ut si a quolibet contra eundem Episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo quen dixerit, qui petit, accipiat responsum, & justitia, quæ fuerit ordinata, nulla in postmodum dilationem habeat. *Emerit. cap. 5.*

## CAPUT VII.

Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis secularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia secularia, &c. Conductores, aut procuratores esse secularium rerum, &c. Quæ omnia ministri altaris Domini interdicimus, &c. *Magunt. sub Carolo c. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Capitul. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. c. 108. decret.*

## TITULUS XXVI.

### DE NOTARIIS.

#### CAPUT I.

*De prob. c. 11. Quoniam. Greg. IX. & in 4. coll. c. 3.* **S**tatuimus, ut tam in ordinario judicio, quam in extraordinario, judex semper adhibeat aut publicam, si potest habere, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, &c. & cætera, quæ occurserunt, competenti ordine conscribenda, designando loca, tempora, & personas, & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant, ubi si super processu judicii fuerit suborta contentio, per hæc possit veritas declarari. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 38.*

#### CAPUT II.

Julius constitutum fecit, ut nullas clericus caussam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia, & ut notitia, quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monumentorum in Ecclesia confectio per primicerium notariorum celebraretur, sive quod cautiones, vel instrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel colligaciones, aut manumissiones clericorum in Ecclesia per ferinium sanctum celebrentur. *Damas. in Julii.*

#### CAPUT III.

De notariis ad scribendum, & legendum in conciliis. *Vide Tolet. III. in princ. Tolet. IV. c. 4. & aliis conciliis.*

## TITULUS XXVII.

### DE SÆCULARIBUS NEGOTIIS.

#### CAPUT I.

**S**æcularia judicia, si habueritis, contemptibles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad judicandum. *Paul. ep. 1. ad Corinth. c. 6. n. 4. Pius ep. 2. in fin.*

#### CAPUT II.

Quicumque caussa habuerit, apud suos judices judicetur, & non ad alienos caussa vagandi, stimulante protervia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad duodecim provinciarum judices, ad quorum judicium omnes caussæ civitatum referuntur, deferat negotium; si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos interveniente Primate, &c. Si vero fuerit sæcularare, apud ejusdem ordinis viros, judicio tamen Episcoporum, cum Apostolus privatorum Christianorum caussas magis Ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali judicio terminari voluit, &c. juste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate Ecclesiastica, & coram Patricio sæcularia judicentur negotia in communione. *Anaclet. ep. 1. in fin.*

CA.

C A P U T III.

Sciendum, quoniam in his festivitatibus, in quibus superius ab omni opere mundano cessandum esse monstravimus, multo magis a saecularibus negotiis abstinentum fore decernimus, &c. Principue cum eo die ad militiam divinam accessens homo implicari non debeat negotiis saecularibus. Nicol. ad consult. Bulgar. c. 12.

C A P U T IV.

Nulli presbytero, vel diacono sine voluntate Episcopi sui licentia sit, saeculares peragere causas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit excommunicationis sententia ferendum se noverit. Emerit. c. 11.

C A P U T V.

Placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas Episcopalis modum suum ponat irae, nec pro quolibet excelsum cuilibet ex familia Ecclesiae aliquid corporis membrorum sua ordinatione presumat extirpare, aut auferre. Quod si talis emerferit culpa advocato judice civitatis ad examen ejus ducatur, quod factum fuisse afferitur; & quia omnino justum est, ut Pontifex saevissimum non impendat vindictam, quidquid coram judice verius patuerit, per disciplinæ severitatem, atque turpi declavatione maneat emendatum, &c. Similiter & presbyteros, quia compemimus aliquos ægritudine accedente familiae suæ crimen imponere, &c. decernimus, ut si presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducat Episcopi. Ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo judicem hoc jubeat querere, & si scelerishujus causa fuerit inventa, ad cognitionem Episcopi hoc reducat, &c. Emerit. c. 15.

T I T U L U S XXVIII.  
COMMUNIA DE JUDICIIS.

C A P U T I.

**N**eque in redubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habuum teneatur. Nicæn. cap. 76. apud Julium epist. 2. c. 28. Zephin. ep. 1. post princ. Felix ep. 1. post princ. Anselm. lib. 3. c. 35. C. 58. Ivo part. 6. c. 329. decret.

C A P U T II.

Nallæ causæ a judicibus Ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibita esse noscuntur. Felix in syn. Rom. ep. 1. c. 7.

C A P U T III.

Ad judicium vocari mortuus non potest, cum persona, quæ ad judicium vocatur, ideo vocatur, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis: & omnibus patet, quia mortui cadaver per se nec respondere, nec satisfacere potest. Rauenn. sub Ioann. IX. c. 1.

C A P U T IV.

Injustum judicium, & deficitio injusta Regio 81. q. 3. c. metu, aut iussu, aut cuiuscumque Episcopi, aut potentis a judicibus ordinata, vel acta non valeat, &c. Callist. ep. 1. in fin. Marcellin. epist. 2. in fin. Hadr. Papac. 70. ad Episc. Meliom. Burch. lib. 15. cap. 8. Ivo part. 16. cap. 9. decret. Anselm. lib. 3. cap. 86. Capit. lib. 5. c. 251. Tarrac. lib. 2. c. 60.

C A P U T V.

In omni judicio quatuor personas necesse est 8. q. 4. c. 1. semper adesse, id est, judices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. Fab. ep. 2. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. C. part. 6. c. 321. decret. Anselm. lib. 3. c. 72. Cæsar. lib. 5. c. 51. Tarrac. lib. 2. c. 7.

C A P U T VI.

Grave non oportuit videri cuiuscumque retrahisti judicium, quia veritas exagitata saepius, magis splendescit in luce, & pernicies revocata in judicium gravius, & sine poenitentia condemnatur, nam fructus divinus est, iustitiam saepius recensere. Innoc. epist. 7. in princ. Anselm. lib. 2. cap. 28.

C A P U T VII.

Omnis iustitiam faciant, tam laici, quam Ecclesiastici. Synod. sub Pipino apud Palatium Vernis, c. 6.

C A P U T VIII.

Qui ad subvertendam iustitiam a duobus munera accipiunt, hoc est, ab eo, qui quod sibi iuste ablatum est, iuste requirit, & ab eo, qui eadem iuste invalit, admonendi sunt, & fortiter increpandi, ne regnum Christi, quod omnibus iuste facientibus patet, sibi sine ulla retractatione secludant. Mag. sub Raban. c. 19.

C A P U T IX.

Cuncti in postmodum sollicite præcavebunt, ne aliquis pro vacuumque privata commoditate, aut reiicienda cupiditate, sive alicujus consanguinitatis, vel familiaritatis, seu a nictiæ conjunctione nobis immoderatus fuggerat, vel postulationibus, aut quolibet modo illiciat, ut contra iustitiae rationem, & nostri nominis dignitatem, aut regiminis æquitatem agamus. Carol. Imperat. Ludov. Pii F. in concil. Holon. apud Meld. c. 4.

C A P U T X.

Si forte subreptum nobis quipiam, ut homini fuerit, competenter, & fideliter, prout sublimitati regiae convenit, & necessitatibus subiectorum expedit, ut hoc rationabiliter corrigatur, vestra fidelis devotione admonere curabit. Carol. Ludov. Pii Fil. in concil. Holon. apud Meld. cap. 5.

## LIBER SECUNDUS

## De Accusationibus.

## TITULUS I.

*NE QUISQUAM SINE GRAVI CA-  
USSA ACCUSERET, PRÆSERTIM  
EPISCOPUM,*

## CAPUT I.

**O**MNES, qui adversus patres armantur infames esse censentur. *Nicen. c. 41. apud Jul. ep. 2. c. 10.*

## CAPUT II.

*De accus. e. Qualiter, & quando, 24. Gr. 1X. ead. tit. in 4. coll. cap. 4.* Quia prælati non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quia etiam interdum suspenderet, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrit, & infidias patiuntur, ideo sancti patres provide statuerunt, ut accusatio prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat edificium, nisi diligens adhibetur cautela, per quam non solum fallax, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. *Innocent. III. in concil. gener. Lateranens. cap. 8.*

## CAPUT III.

*6. q. 1. c. 12.* „Quiescite (inquit sancta magna Nicæna synodus) & nolite persecuti eos, qui Deo perfec- „tæ ministrant, & sincera voluntate Dei super- „ni mandata custodiunt, & nostris legibus sub- „jugantur, quia nec decet, nec ordo patitur, „ut iniqui, & carnales spirituales persecuantur, „&c. quorum orationibus & terrena bella sedan- „tur, & recedentium a Deo angelorum pellun- „tur incursus.“ *Felix II. in synod. Rom. ep. 1. in princ. C. 20. Burchard. lib. 1. cap. 180. Ivo part. 3. c. 296. decret.*

## CAPUT IV.

Nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multotiens inhibicium est, ne quis Domini sacerdotibus detractiones iroget, quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatas? *Felix II. in synod. Rom. c. 20.*

## CAPUT V.

*1. q. 7. c. 13.* Est a multis antecessoribus nostris synodaliter decretum, atque firmatum, ut oves, quæ pastori suo commissæ fuerint, cum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, præsumant; nec ullatenus pro quacumque re alia, nisi pro sua injustitia, accusare audeant, quoniam pastoris actus gladio oris\* non sunt feriendi, quamquam reprehendendi astimantur. *Syn. nach. in synod. Rom. VI. ante med. Euseb. ep. 2. ante fin. Joann. ep. 1. in princ.*

## CAPUT VI.

Variis detractionibus, & accusationibus non aportet labefactari judices, & Primates Ecclesiæ, sed magis Apostolorum, & doctorum regulis informari, ac roborari, &c. Si omnia in hoc loco vindicata essent locum divina judicia non haberent, supervacuis enim ad beneficia laborat impenditis, qui sole certat facibus adjuvare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quod servos

suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus invidiæ stimulis agitatur, quam charitatis. *Anacles. ep. 1. ante medium.*

## CAPUT VII.

Apostoli statuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ, qui Apostoli, & successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis adversus eos, vel Ecclesiæ eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio ea sanent, quæ sananda sunt, & charitativa emendent, quæ juste emendanda agoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hæc egerint, lacerare, accusare, aut infestare presumplerint, excommunicentur, & minime absolvantur antequam per satisfactionem condignam egerint poenitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur. *Anacles. epist. 2. ante med. Troslejan. cap. 5. Vide Nicen. c. 27. apud Jul. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 5. panorm. C part. 5. c. 238. decret. Anselm. lib. 3. c. 36. Vide Hadrian. Papa ad Medium. Episcopum c. 2. C Capitul. lib. 6. c. 287. C lib. 7. c. 135. in addit.*

## CAPUT VIII.

Doctor, vel pastor Ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam disstringendus, quia restores Ecclesiæ a Deo iudicandi sunt, sicut ait Propheta: *Deus tetit in sy. Psalm. 81. magogi Deorum, in media autem Deos disiudicas, &c. Anacles. ep. 3. ante fin. Burch. lib. 1. cap. 136. Ivo part. 3. cap. 250. decret. C lib. 4. tit. 5. c. 11. panorm.*

## CAPUT IX.

Non est a plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita restorum exemplo David, &c. *Evarist. ep. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 8. panorm. C part. 5. c. 240. decret. Anselm. lib. 3. c. 12. Isidor. lib. 3. c. 38. de summo bono.*

## CAPUT X.

Proculdubio hi, qui eos (*Episcopos, C reliqui sacerdotes*) persecuntur, & amovere intentiuntur injuste, contra Apostolicam auctoritatem, & si a morte prohibentur, dicente Domino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut converteretur, C vivat, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni judicantur finitimo.* De quibus a temporibus Apostolorum, & infra ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse dicimus. *Alexand. ep. 1. post princ.*

## CAPUT XI.

A prædecessoribus nostris inhibitum legimus, ut nemo contristet doctores, neque accusatorem

nem aduersus eos suscipiat. Ipse namque Apostolorum princeps in ordinatione Beati Clementis Clem. ep. 1. populum instruens ait : „ Quicunque contra- 11. q. 3. c. 12. veritatem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit “. Et doctor gentium inquit : „ Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius “, &c. Has considerantes pietates, & pericula vitantes animarum, una cum omnibus Domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, & cum omnibus hujus capitatis membris, sicut a beatis Apostolis, & a reliquis sanctis Patribus & a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes, qui sanctos Patres perse- quuntur, aut amovere, vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, & alienos a liminibus Ecclesiae usque ad satisfactionem fieri, quia sic odit Deus eos, qui aduersus patres armantur, ut patrum invasores, vel destructores, qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi, quos Episcopos vocamus, propter eorum sceleribus adversantur, quanto magis eis, qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus ; quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, rei sunt, &c. Alexand. ep. 1. ante med. Trosleian. c. 5. Vide Nican. c. 41. apud Jul.

## C A P U T XII.

3. q. 1. c. 3. Nulli du-  
bium, in fin. Crucifigunt Dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur. Alexand. epist. 3. in fin.

## C A P U T XIII.

Difl. 94. c. 2. Qui vos persequitur, ipsum, cuius legatione fungimini, persequitur, &c. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum evertit, &c. Et quia Dei caussam impedit, & statum conturbat Ecclesia, ab ejus liminibus arceatur. Alexand. ep. 2. in princ. referebatur etiam in concil. Tribur. c. 9. & in concil. Trosleian. c. 5. Burch. lib. 13. c. 37. Ivo part. 16. c. 38. decret.

## C A P U T XIV.

6. q. 1. c. 16. Summa iniquitas est fratres detrahere, & accusare, &c. Alexand. epist. 3. in princ. An- selm. lib. 11. cap. 44.

## C A P U T XV.

6. q. 1. c. 8. Qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab Sacerdotes. omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia a quibus se Domini populus benedici, salvari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi, populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo : quia non est discipulus super magistrum, &c. Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituantur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit, a quibus se omnes fideles carere debent : quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus rei sunt, &c. Teleph. ep. 1. post princ. Ivo part. 6. c. 314.

decret. Anselm. lib. 3. c. 13. Hadr. Papa ad Episcopum Mediom. c. 1. Capitul. lib. 6. c. 280. & lib. 7. c. 167.

## C A P U T XVI.

Oves pastorem suum non reprehendant, plebs 6. q. 1. c. 9. vero Episcopum non accuset, nec vulgas eum arguat : quoniam non est discipulus super Mass. 10. magistrum, neque servus supra dominum. Episcopi autem a Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam a subditis, aut pravae vita hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi, ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alios vendentes ejecit, &c. Pius ep. 1. in med. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 243. decret. Anselm. lib. 3. c. 33.

## C A P U T XVII.

Nec criminatio minorum, quanto magis Episcoporum, facile est recipienda, &c. Qui fratres accusant, vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccant, dicente Apostolo : Dilectio proximi malum non operatur. Eleuther. ep. unic. post med.

## C A P U T XVIII.

Criminationes contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum omnes, quos instruunt, & sicut filii patres carnales, sic & hi patres debent diligere spirituales, non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui, & patres vocantur, magis portandi, quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fidei, & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam, ac conversationem ducat, accusatori respondeat, quia indignum est, ut docto stulto, & indocto, atque reprehensibili- Proverb. 26. ter viventi respondeat juxta stultitiam suam, &c. Quidquid irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Nulli Imperatori, vel cuiquam pie- Difl. 20. c. 2. tatem custodiendi licet aliquid contra mandata divina presumere. Callist. ep. 1. ante med. Vide Marcell. ep. 2. in fin. Hadrian. Papa c. 70. ad Episc. Mediom. Capitul. lib. 5. c. 248. & 251. Burch. lib. 1. c. 135. Tarrac. lib. 2. cap. 60. Ivo part. 5. cap. 234. & part. 16. c. 9. decret.

## C A P U T XIX.

De sacerdotibus Domini, quos vos audivimus contra pravorum hominum infidias adjuvare, &c. Hi non sunt infestandi, sed honorandi. In eis quoque Dominus honoratur, cuius legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi, & portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus. Pontian. epist. 1. in princ. Tros. c. 5.

## C A P U T XX.

Sancti Apostoli statuerunt, ne accusarentur sacerdotes, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorum fieret accusatio, &c. Similiter statuentes Apostolica auctoritate jubemus, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant, nisi in fide Oves. erraverit, reprehendere audeant, quia facta præpositorum oris \* gladio ferienda non sunt, neque \* ovis. po.

*Matt. 10.* potest discipulus esse super magistrum , dicente  
*Luc. 6.* Veritatis voce : *Non est discipulus super magi- strum , nec servus super dominum suum . Fabian. epist. 2. in fin. Greg. Papa lib. 12. indict. 7. epist. 31. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 12. panorm. C part. 5. cap. 253. decret. Anselm. lib. 3. cap. 44. C 34. in addit. Cesar. lib. 5. cap. 43.*

## C A P U T XXI.

Si a fide deviaverit Episcopus , erit corrigen-  
dus prius secreto a subditis suis ; quod si incorri-  
gibilis , quod absit , apparuerit , tunc erit accu-  
sandus ad Primate suos , aut ad sedem Apostoli-  
cam : pro aliis vero actibus suis magis est tole-  
randus ab omnibus , & subditis suis , quam accu-  
sandus , aut publice derogandus , &c. *Ibidem.*

## C A P U T XXII.

Summopere prævidendum est , ne pastorem  
suum oves , qua ei commissæ fuerant , reprehen-  
dere , nisi a fide exorbitaverit , neque accusare  
præsumant , quoniam tales accusationes vim non  
habent , neque eis nocere possunt. *Cornel. epist. 2. in med.*

## C A P U T XXIII.

*A. q. 1. c. 17.* Infames esse eas personas dicimus quæ pro ali-  
qua culpa notantur infamia , id est , omnes , qui  
Christianæ legis normam abiciunt , &c. & omnes ,  
qui adversus patres armantur , qui in omni mun-  
do infamia notantur. *Steph. ep. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 14. panorm. C part. 5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. c. 5. Cesar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.*

## C A P U T XXIV.

*E. Cor. 6.* Licet Apostolo prohibente inter Christianos  
non debeat accusationes exerceri , sed si prohibi-  
beri non poterit , accusationes Episcoporum ad  
meioratos Primate debent ab accusatoribus de-  
ferri. *Steph. epist. 2. post princ.*

## C A P U T XXV.

Scimus dilectissimi , quia semper carnales spi-  
rituales solent persequi , & malevoli benevolos in-  
famare , & lacerare. Ideoque Apostoli , & succe-  
sores eorum , ac reliqui sancti patres noluerunt fie-  
ri faciem Episcoporum accusationem , quoniam  
si facilis esset , aut nullus , aut vix aliquis modo  
inveniretur , &c. *Steph. epist. 2. in med.*

## C A P U T XXVI.

Sic odit Deus eos , qui adversus patres arman-  
tut , ut patrum invatores , qui in omni mundo in-  
famia sunt notati. *Steph. epist. 2. ante fin. Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 71. Deud. cap. 3. Ca- pir. lib. 7. cap. 374.*

## C A P U T XXVII.

Detractioines , & accusationes , atque persecu-  
tiones inter Christianos oppido vitande sunt ,  
quia licet pauci simus in comparatione aliorum ,  
si tamen unanimes fuerimus , facilius adversariis  
resistemus. *Marcellin. epist. 2. post princ.*

## C A P U T XXVIII.

Sic odit Deus eos , qui patres persequuntur , ut  
patrum invatores , qui in omni mundo infamia  
notantur , & ideo juste , & regulariter respuun-  
tur. *Euseb. epist. 1. ante med.*

## C A P U T XXIX.

Servos Dei nolite persequi , Episcopos nolite

infamare , neque accusare , quia Deus eos suo ju-  
dicio voluit reservari , quod enim non ab huma-  
nis , aut prava vita hominibus eos depravari , aut  
accusari voluit , ipse dedit exemplum , quando *Matt. 21.*  
per seipsum , & non per alium negotiantes ejicit *Luc. 19.*  
sacerdotes de templo , &c. Dei ergo ordinationem *6. q. 1.e. 8.*  
accusat , qui Episcopos accusat , vel condemnat ,  
dum minus spiritualia , quam terrena sectatur.  
*Euseb. epist. 2. post princ. Telesph. epist. 1. Hadrian. cap. 1. ad Episc. Mediom. Ivo part. 6. c. 314. decret. Anselm. lib. 3. cap. 13. Capit. lib. 6. cap. 98. C 280. C lib. 7. cap. 167. C 462. vide lib. 5. cap. 170.*

## C A P U T XXX.

Ab Apostolis , eorumque successoribus novi-  
mus constitutum , criminaciones adversus docto-  
res non debere suscipi , nec peregrina judicia fieri ,  
nec quemquam alterius judicis , quam sui senten-  
tia debere constringi , caput enim Ecclesiæ Chri-  
stus est , Christi autem vicarii sacerdotes sunt , qui  
vice Christi legatione funguntur in Ecclesia , &c.  
*Euseb. epist. 3. in princ. Burch. lib. 1. cap. 163. Ivo part. 5. cap. 275. decret. vide Valentinianni , C aliorum consti. 5. sive 10. lib. 9. Cod. Theod. tit. 1. Capitul. lib. 7. cap. 209. C in addi-  
tis , cap. 145.*

## C A P U T XXXI.

Una cum omnibus Apostolicae subjectis regu-  
lae sancimus , ne quisquam deinceps Christiano-  
rum Episcopis nocere præsumat , cum & Doctor  
gentium id ipsum prohibeat , dicens : *Seniorem 1. Tim. 5. ne increpaveris , sed obsecra ut patrem , &c. Jul. epist. 1. ante med:um.*

## C A P U T XXXII.

Criminatores adversus doctorem nemo reci-  
piat. *Xylo. III. epist. unic. post princ.*

## C A P U T XXXIII.

Omnis qui adversus patres armantur , ut pa-  
trum invatores , & maestatores infames esse cen-  
semus. *Pelag. epist. 1. in fin.*

## C A P U T XXXIV.

Non sunt consentiendi , sed reprobandi qui  
prælatos suos reprehendunt , vel accusant. *Pelag. II. epist. 3. in princ.*

## C A P U T XXXV.

Prædictor omnipotentis Domini Apostolus *2. q. 7.c. 28.*  
dicit : *Seniorem ne increpaveris. Sed hæc ejus Paulus.*  
*regula in eo servanda est , cum culpa senioris ex- 1. Tim. 5.*  
*emplo suo non trahit ad interitum corda juniorum.* Ubi autem senior junioribus exemplum ad  
interitum præbet , ibi ad stricta increpatione fe-  
riendum est. Nam scriptum est : *Laguens iure- 8. 3. 1. 8. 2.*  
*num omnes vos ; & rursus propheta dicit : Et pec- 2. 42. Esaia 42.*  
*cator centum annorum maledictus est. Greg. 3. 65. Esaia 65.*  
*lib. 7. indict. 2. epist. 1. Januario Episcop. Ca- 6. 3. 1. 8. 2.*  
*ralitan.*

## C A P U T XXXVI.

Accusationes adversus doctorem nemo susci-  
piat , quia non potest humano condamnari ex-  
amine , quem Deus iudicio suo reservavit. *Hadr.*  
*ad Episc. Mediom. cap. 67. Capit. lib. 7. cap. 67. Anselm. lib. 3. cap. 88.*

## C A P U T XXXVII.

*Accusato-*  
*Episcopus accusatores fratrum excommuni- res.*  
*cet ,*

cet, & si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. cap. 55. Cæsar. lib. 4. cap. 112.*

## TITULUS II.

DE ADMONITIONE CHARITATIS  
ANTE ACCUSATIONEM.

Vide in Partis II. Lib. XVII. Tit. VI. quibus adde:

## CAPUT I.

**S**I quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui re-  
cipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam i-  
pie ab eis charitable conventus fuerit, ut ipsam  
causam emendare debeat, & eam corrigeret no-  
luerit, non olim, sed tunc ad summos Primate  
causa ejus canonice deferatur, &c. *Felix. O' se-  
ptuaginta Episc. epist. 2. in princ. Hadrian. c.  
5. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 174. Ivo  
part. 5. cap. 292. decret. Anselm. lib. 3. cap.  
28. Capit. lib. 7. cap. 143. in addit.*

## CAPUT II.

**S**i quis adversus Episcopum causam habuerit,  
non prius alios Episcopos audeat, ut eum accu-  
set, quam familiariter ei suam indicet querelam,  
& ab eo, aut justam emendationem, aut ratio-  
nablem percipiat excusationem, ipsa nos in-  
struente veritate. *Si peccaverit in te frater tuus,  
vade, O' corripe eum inter te O' ipsum solum:  
si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si au-  
tem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum,  
vel duos, ut in ore duorum, vel trium feceris  
omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ec-  
clesie, id est, accusa eum publice, & non prius,  
& reliqua. Si quis Episcopum post hæc elegerit  
accusare, summis Primatibus Episcoporum suam  
indicit causam, & non secularibus, qui magis ad  
pacem, quam ad judicium eos revocent, ut cha-  
ritas in omnibus & ab omnibus custodiatur, &c.*  
*Felix II. in syn. Rom. epist. 1. cap. 2. O' 3.*

## CAPUT III.

**A**pостоли statuerunt, ne facile commoveren-  
tur, aut lacerarentur, vel accusarentur col-  
lumnae sanctæ Dei Ecclesiæ, qui Apostoli, & suc-  
cessores eorum non immerito dicuntur. Sed si  
quis aduersus eos, vel Ecclesiæ eorum commotus  
fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrit  
charitatis studio, ut familiari colloquio communi-  
ti ea sanent, quæ sananda sunt, & charitable emen-  
deant, quæ juite emendanda agnoverint. Si au-  
tem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare,  
acculare, aut infestare præsumperint, excom-  
municentur, & minime absolvantur, antequam  
per satisfactionem condignam egerint poenitentia-  
tiam. *Anaclet. ep. 2. post princ. Ivo lib. 4. tit. 5.  
c. 5. panorm. O' part. 5. c. 238. decret. vide  
Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 2. Capitul. lib.  
6. c. 287. O' lib. 7. c. 135. in additis. Anselm.  
lib. 3. c. 36.*

## CAPUT IV.

**D**e his clericis, & laicis, qui Episcopos, vel  
reliquos sacerdotes, prius tam ad Primate  
eorum, quam ad reliquos accusant judices, quam  
aeribus eorum, a quibus se laicos existimant, in-  
culcant, ut ab eis, aut jus suum, aut justam re-  
cipiant apologiam: per eundem ait Dominus

Prophetam: *Audi domus Israel, O' domus Re-  
gis ausulta quia vobis judicium est, quoniam  
laqueus factus estis speculationi, O' rete expan-  
sum super Thabor, &c. Alex. ep. 1. post princ.*

## CAPUT V.

**N**eque aliquis eorum (Episcoporum) aut Ec-  
clesiarum actorum, vel defensorum ad aliquos  
prius accusari debet, quam ipsi charitable bis,  
aut ter ab eis, qui se laicos existimant, vel eos,  
pro aliquibus erratis corripere cupiunt, con-  
veniantur, ut ab eis, aut familiariter emendatio-  
nem, aut justam percipient excusationem. Quod  
qui præsumperit, liminibus arceatur ecclesiæ  
usque ad condignam satisfactionem. *Steph. ep.  
2. post princ. Burch. lib. 1. cap. 142. Ivo part.  
5. cap. 255. decret.*

## CAPUT VI.

**S**i erga Episcopum, vel actores ecclesiæ quis-  
quam causam habuerit, eos cum charitate man-  
suete conveniat, ut ab eis vulnus, unde agi-  
tur, recte sanetur, aut ipse, si secus egerit, ac-  
cusator, excommunicetur. *Ex concil. Nicæn. A-  
thanasi. O' alii ad Felicem II. post princ.*

## TITULUS III.

DE JUDICE, CORAM QUO FIERI  
DEBET ACCUSATIO.

Vide in Part. II. Lib. XII. a Tit. VII. ad XIX.

**V**bi agitur de Judice, eiusque officio, O'  
de particularibus judicibus, Episcopo, Archie-  
piscopo, Patriarcha, seu Primate, Synodo,  
Romanoque Pontifice, Judicibus electis, O'  
similiis.

## TITULUS IV.

## NE MINOR DE MAIORI JUDICET.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. XVIII.

## TITULUS V.

NE CLERICI CORAM REGIBUS, AUT  
ALIIS LAICIS ACCUSENTUR.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. X.

## CAPUT I.

**N**emo clericum quilibet in publico exa-  
minet, nisi in Ecclesia. *Silvest. in synod.  
Rom. CCLXVII. Episcoporum. Ivo lib. 4. tit. 8.  
cap. 6. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 23. Hadr.  
cap. 68. ad Episcopos. Mediom. Cæsar. lib. 5.  
cap. 33.*

## CAPUT II.

**N**eque ab Augusto, neque ab omni clero, ne-  
que a Regibus, neque a populo judex judicabitur.  
*Silvest. in syn. Rom. CCLXXXIV. Episco-  
porum cap. ult. Nicol. epist. ad Michael. Imp.  
ante med. qui addit: Haud dubium quin Eccle-  
siasticus.*

## CAPUT III.

**R**elatum est, quod quidam æmuli Christi, 11. q. 1. 1.  
eiusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes 15.  
Dei ad judices publicos accusare præsumunt, cum  
magis Apostolus Christianorum causas ad Ec-  
clesias deferri, & ibidem terminari præcipiat,  
&c. *Alexand. ep. 1. in princ. Anselm. lib. 2. c.  
35. Capitul. lib. 7. c. 155.*

## CAPUT IV.

**N**emo unquam Episcopum apud judices sacu-  
lares, aut alios clericos accusare præsumat. *Carrus  
ep. 1.*

## 384 Juris Pontificii Veteris Epitome

*ep. 1. c. 1. & 2. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 11. panorm.  
Anjelm. lib. 3. c. 45.*

### C A P U T V.

Manifestius approbatur, Alexandrinum Petrum per Imperiale tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolvī, &c. Quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a Pontificibus legitime, & Ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a sæculari potestate potuerit præter Ecclesiæ trahimētum prorsus absolvī? *Gelas. in tom. de anathematis vinculo, ante fin.*

### C A P U T VI.

*Qua ipsi synodo (loquitur de Zenone Imperatore, & de ejus ministris) vel secundum cuius synodi formam, Alexandrinum Joannem de Ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt, qui nullis caussis evidētibus, nec ante convinci, nec postea provocans, etiam in judicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt; Imperator hoc fecit, hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consensit Acacius, cum auctoritas divina dicat: Non solum, qui faciunt prava, reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus? Quibus Canonibus, quibusve regulis Calendion exclusus est, vel primi urbium diversarum Catholici sacerdotes? Gelas. in commonitorio ad Faustum, in med.*

*Difl. 96. c.  
15. Sicut.*

Principi christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cuius familiaritate, & favore fruebatur, salvam fore de ejus injuria, contumeliamque vindictam, tantum ut Ecclesiæ sineret Christianus Princeps regulas custodiri: & quia nova in utroque Pontifice cauila eslet exorta, & novam discussionem consequenter inquireret, & sicut semper eslet factum, sacerdotali consilio de sacerdotibus judicia provenirent, non a sæculari videbrentur qualescumque Pontifices, & si errore, humanitus accidente, non tamen contra religionem ulla tenus excedentes potestate percelli. An hæc justa ratione Principi suggerenda non erant? *Gelas. ep. 6. ad Episc. Dardan. in med.*

### C A P U T VIII.

Cum pellerentur Pontifices Catholici, &c. cur non adistis Imperatorem? cur non Ecclesiæ cauissam, & sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis vocibus deslevistis? allegantes nunquam de Pontificibus nisi Ecclesiæ judicasse, non else humanarum legum de talibus ferre sententiam absque Ecclesiæ principaliter constitutis Pontificibus. Osequi solere Principes Christianos decretis Ecclesiæ, non suam præponere potestatem. Episcopis caput subdere Principem solitum, non de eorum capitibus judicare. *Gelas. ep. 7. ad Episcopos Orientis in med.*

### C A P U T IX.

*st. q. 5. c. 6.* Si Episcoporum cauissæ mihi commissorum apud ipsi nos Dominos aliorū patrociis disponuntur, infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad sæculares judices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc

tamen breviter suggero, quia aliquantulum spesto, & si ad me venire distulerit, exercere in eo distinctionem canonicam nullo modo cessabo. *Greg. lib. 4. reg. ep. 34. Constantine Augustæ.*

### C A P U T X.

De accusationibus Episcoporum Constantinus Imperator sic ait inter cætera: „Vestræ (inquit) accusations tempus habebunt proprium, „id est, diem magni judicii, judicem vero illum, qui tunc futurus est omnibus judicare. „Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantiū, & simul acculacorū, quos minime convenit tales debere monstrari, qui judicentur ab aliis, cum ab ipso Domino magis ipsi sint judicandi, de quibus ait propheta: „Deus stetit in synagoga Deorum, in medio Psalm. 81. „autem Deos discernit. Neque possunt humani no condemnari examine quos Deus suo referat, & reliqui talia, & his similia.“ *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 51. Capitul. lib. 5. c. 163. & lib. 7. c. 441. Deusded. c. 3.*

### C A P U T XI.

Ecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piæ memorie Constantino Principe oblatæ accusations contra Episcopos suffuerat, libellos quidem accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: „Vos Dii estis a vero Deo constituti. Ite, & inter vos cauissas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos judicemus Deos.“ *Nicol. in ep. ad Michael. Imp. in pric. ex historia Eccl. Euf. lib. 10. c. 1.*

### C A P U T XII.

Hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis præesse permisum est, quomodo de iis, per quos divina ministrantur, judicare præsumant, penitus ignoramus, &c. [Satis evidenter ostenditur, a sæculari potestate, nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem, quem constat a pio Principe Constantino Deum appellatum, nec posse Deum ab hominibus judicari manifestum est. Sed & Theodosius minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ priuæ, dicit: „Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum Domesticorum transire usque ad sanctissimum synodum vestram, & in nullo quidem quæ facienda sunt de piis dogmatibus quæstiones, seu potius expositiones communicare; illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis intermisceri tractatibus“, &c. His manifeste repertis appetat, communistrum nostrum Ignatium per imperiale tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. *Nicol. in epist. ad Mich. Imperat. in fin.*

### C A P U T XIII.

De presbyteris, qualescumque sint, vobis, qui laici estis, nec judicandum est, nec de vita ipsorum quippiam investigandum. *Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 70.*

### C A P U T XIV.

Si liceat yobis de criminalibus peccatis alii quam

quem judicare consultis. Sed si nemo voluisset peccare, nemo debuisset aliquem judicare, at postquam peccatur, profecto & judicatur, &c. Non autem vobis licet clericos judicare, cum vos magis ab ipsis convenienter judicari. Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 83.

## C A P U T XV.

Hæc Constantinus Magnus Imp. omnium Regum, & Principum fere totius orbis Dominus evidenter intelligens in sancta Nicæna synodo post omnes Episcopos ultimus residens nullam judicii sententiam super eos dare præsumpsit, sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse judicio, verum se ad illorum pendere arbitrium judicavit. Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 21.

## C A P U T XVI.

Constantinus Imperator in Nicæna synodo nullam in Episcopos ab ipsis etiam Episcopis accusationem voluit suscipere, nullumque contra eos judicium præsumpsit inferre, dicens: „Vos Dii estis a vero Deo constituti, ideo non oportet, ut nos homines Deos præsumamus judicare“. Gregor. VII. lib. 10. registr. epist. 2.

## C A P U T XVII.

<sup>et. g. 5. c. 2.</sup> <sup>O. 5.</sup> Si quis a suo Episcopo depositus presbyter, vel diaconus, aut Episcopus a synodo, molestet aures Imperatoris, ad majorem Episcoporum synodum convertatur, & quæ justa esse putat, profert pluribus Episcopis, & ab ipsis examen, & judicium expectet. Si vero hoc contemnens molestet Imperatorem, nulla venia dignus est, neque defensioni locus est, neque restitutioni. Antioch. cap. 12. Aquisgr. cap. 74. Mart. Brac. cap. 35. Burchard. lib. 2. c. 180. Ivo part. 6. c. 225. decret.

## C A P U T XVIII.

Clericus, qui de criminis postulatus, apud judicem sacerularem se pargat, amittat locum suum. Carth. cap. 15. G. Carth. III. cap. 9. E.

## C A P U T XIX.

<sup>et. g. 7. Pla-</sup> <sup>cuit, c. 12.</sup> Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur. Carth. cap. 107. G. Milev. cap. 19. L. Afric. cap. 71. E.

## C A P U T XX.

<sup>et. g. 5. e. 1.</sup> Si clericus reliquo officio suo propter distictionem ad sacerularem judicem forfasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatum ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiæ communione pellantur. Agath. cap. 8. Capitul. lib. 6. cap. 143. G. lib. 7. cap. 190. in addit.

## C A P U T XXI.

<sup>et. g. 1. c.</sup> <sup>& 48.</sup> Clericus non quemquam præsumat apud sacerularem judicem, Episcopo non permitteat, pulsare; si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat crimine negotium in judicio sacerulari proponere. Agath. cap. 32. Vormat. cap. 61. Capitul. lib. 6. cap. 155. Ivo part. 6. cap. 307. decret.

## C A P U T XXII.

Nullus clericus de qualibet causa extra discussiōnem Episcopi sui a sacerulari judge injuriā patiatur, aut custodiā deputetur. Quod si quicunque judex cujuscumque clericum, absque causa criminali id est homicidio, furto, aut maleficio,

Tom. VI.

hoc facere præsumperit, quamdiu Episcopo loci illius vilum fuerit, Ecclesiæ limiaibus arceatur. Matis. cap. 7.

## C A P U T XXIII.

Licet reverendissimi canones, atque sacratissimæ leges de Episcopali audientia in ipso pene Christianitaris principio sententiam protulerint, tamen quoniam eadem postposita, humana in sacerdotes Dei grastatur temeritas, ita ut de atriis venerabilium Ecclesiarum violenter abstractos, ergastulis publicis addicant; censemus, ut Episcopum nullus sacerularium fascibus prædictus jure suo contumaciter, ac perperam agens de sancta Ecclesia, cui præest, trahere audeat, sed si aliquid contentionis adversus Episcopum potentior persona habuerit, pergit ad Metropolitanum Episcopum, & ei cauſas alleget, & ipsius sit potestatis honorabilem Episcopum, de quo agitur, evocare, ut in ejus præsentia accusatori respondeat, &c appositas sibi actiones extriceret. Quod si talis fuerit immanitas cauſæ, ut eam solus Metropolitanus definire non valeat, advocet secum unum, vel duos Coepiscopos. Quod si & ipsis dubietas fuerit, conciliabulum definito die, vel tempore instituant, in quo universi rite collecti fratres sui, & Coepiscopi cauſas discutiant, &c pro merito, aut iustificant, aut culpant, &c. Hoc decretum a nobis præfixum qui fuerit audacter transgressus, tam ipse, quam omnes, qui ei consenserint, usque ad generale concilium, anathematice de Ecclesia separantur. Matis. II. cap. 9.

## C A P U T XXIV.

Quod de Episcopis censuimus vita obtineat & in clero, ut neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de Ecclesiis trahantur, aut injuriam aliquam inficio Episcopo eorum patientur. Sed quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprii perducat, & ipse cauſam iustitia præente discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat. Matis. II. cap. 10.

## C A P U T XXV.

Si Abbates, vel Monachi, aut Agentes monasteriorum patrocinio sacerulari usantur, vel ad Principis præsentiam sine Episcopi sui permisso, ambulare audeant, a suis Episcopis excommunicentur. Cabilon. cap. 15.

## C A P U T XXVI.

De clericis adeuntibus Imperatorem hoc placet modis omnibus observare, quod de eis in sacris canonibus constitutum est. Magunt. cap. 24.

## C A P U T XXVII.

Constantinus Imperator Episcopis ait: „Deus (inquit) constituit vos sacerdotes, & potestis tem vobis dedit de nobis quoque judicandi, & ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari, propter quod Deus solus inter vos expectare judicium, & vestra iurgia, quæcumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis Dii, & conveniens non est, ut homo judicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorum, Psalm. 82. in medio autem Deos discernit“. Paris. sub Ludov. O. Loth. lib. 3. cap. 8. Aquisgran. II.

Ccc

sub

# 389 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Sub Ludov. part. ult. cap. 5. Euseb. lib. 10. c. 1.*

## TITULUS VI.

SINE ACCUSATIONE NEMO  
DAMNETUR.

### CAPUT I.

*3. q. 6. c.  
Quamvis. 7.  
30. q. 3. c.  
ult.* **R** Eliquorum clericorum causas ( *præter* Episcopos) apud Provinciales, & Metropolitanos, atque Primates ventilare, & juste definiere licet. Judicantem tamen oportet cuncta rimari, &c. Nihil tamen absque legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Jesus Christus Judam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est ejus, & quidquid inter Apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum manxit. Nam si leges facili accusatores requirunt, quanto magis Ecclesiasticae regulæ; docent enim terrestria, & humana, quæ sint Ecclesiastica, atque cœlestia. Eleuth. epist. unic. in med. vid. Jul. epist. ad Episc. Orient. cap. 31. Hadrian. Papa cap. 24. ad Episc. Mediom. Capitul. lib. 5. cap. 246. Burch. lib. 16. c. 30. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 12. C<sup>o</sup> tit. 11. cap. 8. 12. 13. Panorm. C<sup>o</sup> part. 6. cap. 316. C<sup>o</sup> 317. decret. Anselm. lib. 3. cap. 64. C<sup>o</sup> cap. 88.

### CAPUT II.

*3. q. 9. c. 8.  
Qui accusa-  
re.* Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Marcell. epist. 2. ante med. Damas. epist. 6. in fin. vid. Jul. epist. 2. cap. 31. Ivo part. 6. cap. 348. decret. Anselm. lib. 3. cap. 47.

### CAPUT III.

*3. q. 9. Qui accusare,  
cap. 8.* Relatum est ad sedem Apostolicam, vos accusationem fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore, quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, Apostolica auctoritate, prohibemus, &c. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat. Damas. epist. 6. Anselm. lib. 3. cap. 47. Ivo part. 6. cap. 348.

### CAPUT IV.

Sunt nonnulli, qui indiscutib[us] potestate tyrranica, non canonica auctoritate dominant, & sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio, invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non approbant. Ideoque communi decreto censemus, ut quandcumque aliquis Episcoporum criminatur, congregatis omnibus ejusdem provinciæ Episcopis, causa ejus audiatur, ut non occulte judicetur, vel condemnetur, qui ab aliis prius judicari non potest, nisi ab iis, a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 25. Capitul. lib. 7. cap. 330.

## TITULUS VII.

IN PROVINCIA FIAT ACCUSATIO.

### CAPUT I.

*\* evocato eo.* **S** Alva Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus Episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur, sed evocatus\* ipse canonice in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprovincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicanque pro-

ferre debent sententiam. Quoniam si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de Episcopis servari convenit? Nicæn. cap. 54. apud Jul. epist. 2. cap. 17. Hadrian. ad Episcopum Mediom. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 170. Ivo part. 5. cap. 280. decret. Anselm. lib. 3. cap. 88. Capitul. lib. 7. cap. 314.

### CAPUT II.

*3. q. 6. c. 17.* Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerceat actiones, nec estimet eum alibi, aut longius ad judicium protraheadum; illi vero, qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat ap. *jur. in 1. coll.* pellare. Nicæn. cap. 60. apud Julium epist. 2. cap. 25. Eleuth. epist. unic. in med. cap. 3. Felix epist. 1. pol. princ. Hadrian. Papa cap. 8. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 144. in additis. Ivo part. 6. cap. 318. C<sup>o</sup> 329. decret. Ans. lib. 3. cap. 28.

### CAPUT III.

Si quis non hereticus, &c. dicat se habere ecclesiasticam accusationem contra Episcopum, ante omnes provinciæ Episcopos instituat accusations, & illic probet crimina, &c. CP. cap. 6.

### CAPUT IV.

*c. 2. de accus.  
apud Greg.  
IX. & in 1.  
coll.* De accusatione Episcoporum synodus LXX. Episcoporum dixit: „Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primates cauila ejus canonice deferatur, qui in congruo loco, intra ipsam provinciam, tempore congruo, id est, autumnali, vel aestivo, consilium reguliter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ Episcopis, inibi audiatur, &c. quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur“. Felix in synodo LXX. Episc. epist. 2. in princ. Hadrianus Papa c. 5. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. c. 292. decret. Capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

### CAPUT V.

Neminem exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem Judicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut actor semper rei forum sequatur. Felix in syn. LXX. Episcoporum, epist. 2. in med. Hadrian. cap. 5. ad Episcop. Mediom. Ivo part. 5. c. 248. C<sup>o</sup> part. 6. cap. 331. decret. C<sup>o</sup> in epist. 215. ad Hildeb. Cenomanen. Episcopum, cap. 179. Capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

### CAPUT VI.

Peregrina judicia, salva in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ab externis, ut judicetur, qui Provinciales, & a se electos debet habere judices, nisi fuerit appellatum: unde oportet, si aliquis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in Provincia, Episcopis, quia non oportet accusatum alicubi\*, + alibi. quam in foro suo audiari. Fabian. epist. 3. cap. 2. Xyst. III. in epist. 1. c. 3. Nicæn. c. 53. apud Jul. ep. 2. c. 16. Felix in syn. LXX. Episc. ep. 2. Hadrian. Papa c. 17. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1.

*lib. 1. c. 147. Ivo part. 5. cap. 248. C. c. 260.*  
*C. part. 6. c. 331. decret. C. ep. 179. Anselm.*  
*lib. 3. c. 73. Capitul. lib. 7. c. 309. C. in addit.*  
*c. 145. Caesar. lib. 5. c. 25. Tarr. lib. 6. c. 150.*

C A P U T VII.

*Revera semper ibi caussa agatur, ubi crimen admittitur. Fabius ep. 3. c. 4. Xyst. III. ep. unic.*  
*c. 4. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 48. Burch.*  
*lib. 16. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. Capitul.*  
*lib. 7. cap. 365.*

C A P U T VIII.

*Ne cui liceat, sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ, reliquis his sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesiæ nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum Provinciarum Episcoporum judicium experiri, vel pati. Marcell. ep. 1. ante med.*

C A P U T IX.

*Similiter in iam fata synodo ( Nicæna ) statutum est, ut [ ultra Provinciæ terminos, accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc Apostolicam fuerit sedem provocatum, ad quam omnes, qui voluerint libere, & absque ullo impedimento, a quibusdam agendo, confluere debent. Jul. ep. 2. c. 32. Steph. ep. 2. c. 7. Hadrian.*  
*ad Episc. Mediom. c. 2. C. c. 10. Ivo lib. 4. tit.*  
*3. c. 4. panorm. C. ep. 29. Anselm. lib. 3. c. 74.*  
*Capitul. lib. 6. cap. 287. C. in addit. cap. 143.*  
*Tarrac. lib. 2. c. 19.*

C A P U T X.

*Nec extra propriam fiat Provinciam primo discussionis accusatio sine Apostolica præceptio-*  
*nem, cui in omnibus caussis debet reverentia cu-*  
*stodiri, quoniam, & antiqua docet hoc patrum*  
*regula, in qua, & imperialia pariter statuta*  
*concipiunt: Criminum, inquit, discussio ibi*  
*agenda est, ubi crimen admissum est. Nam ali-*  
*bi criminum reus prohibetur audiri; & alibi in*  
*canonibus præcipitur. Quæcumque negotia in*  
*suis locis, ubi orta sunt, finienda sunt, & reliqua*  
*talia his similia, salva tamen in omnibus Apo-*  
*stolica auctoritate. Damas. epist. 3. cap. 8. Ivo*  
*part. 6. cap. 347. decret.*

C A P U T XI.

*Si quæ caussæ, vel contentiones inter clericos,*  
*vel inter laicos superioris, vel inferioris gradus*  
*fuerint exortæ, secundum synodum Nicænam,*  
*congregatis omnibus ejusdem Provinciæ Episco-*  
*pis, judicium terminetur, nec alicui liceat, sine*  
*præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in o-*  
*mniibus rebus debet reverentia custodiri, reliquis*  
*his sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ec-*  
*clesias nutu divino gubernant, ad alias convolare*  
*Provincias: Quod si quis forte præsumperit, &*  
*ab officio cleri summo, & injuriarum reus ab*  
*omnibus judicetur. Innocentius ad Victr. epist. 2.*  
*cap. 3. Isidor. in prologo conciliorum. Anselm.*  
*lib. 2. cap. 53. C. lib. 3. cap. 75. Capitul. lib. 6.*  
*cap. 287. C. lib. 7. cap. 109. Caesar. lib. 5. cap.*  
*10. Tarrac. lib. 1. cap. 148.*

C A P U T XII.

*Non oportet, ut degradetur, vel dehonore-*  
*tur unaquæque Provincia, sed apud semetipsum*  
*habeat judices, sacerdotes, & Episcopos singu-*

los videlicet juxta ordines suos, & quicumque caussam habuerit a suis judicibus judicetur, & non ab alienis, id est a suis justis judicibus Provinciæ, & non ab externis, nisi a judicatis fuerit appellatum. Pelag. II. epist. 1. ante fin. Ivo lib.

4. tit. 3. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 6. c. 107.

Tarrac. lib. 2. cap. 21.

C A P U T XIII.

Omnis accusatio intra Provinciam audiatur, 2. q. 6. c. 16.

& a comprovincialibus terminetur. Hadrian. ad Neminem.

Episcop. Mediom. c. 10. Capitul. lib. 6. c. 287.

C A P U T XIV.

Prudentissime, justissimeque Nicæna, sive Africana decreta definierunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda, maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad concilium sue Provinciæ, vel etiam universale provocare. Hadrian. ad Episcopum Mediom. cap. 12. Afric.

concil. in epist. ad Cælestin. Carthag. cap. 138.

G. 105. L. Capitul. lib. 6. cap. 287.

C A P U T XV.

Clericus, sive laicus, si criminis, aut lite pulsa. 11. q. 1. c.

tus fuerit, non alicubi, quam in foro suo, au-

diatur. Hadrian. ad Episcopum Mediom. cap.

33. Capitul. lib. 7. cap. 332.

C A P U T XVI.

Cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter, & justum, ut uniuscujusque caussæ illic audiatur, ubi est crimen admissum, &c. agere illic caussam oportet, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Cyprian. epist. ad Cornel. cuius initium est: Legi litteras tuas.

T I T U L U S VIII.

DE LOCO ACCUSATIONIS.

C A P U T I.

**N**emo clericum quemlibet in publico exa-

minare præsumat, nisi in ecclesia, &c. Et

si quis clericus accusans clericum in curiam in-

troierit, anathema suscipiatur. Synod. Roman.

CCLXVII. Episcoperum sub Silvestro.

C A P U T II.

Cum ad judicium venerit Episcopus, &c. in

loco, unde est ille, qui accusatur, aut si alibi

alicujus temeraria multitudinis vim metuerit,

locum sibi congruum eligat, quo absque timore

suos, si necessitas exposcerit, testes habere, &

absque impedimento suam canonice sententiam

finire valeat. Felix II. in syn. Rom. epist. 1. c. 8.

C A P U T III.

De diligendo loco idoneo ad judicia exercen-

da. Nicæna. cap. 54. apud Julianum epist. 2. c. 17.

Felix epist. 2. in princ.

C A P U T IV.

Accusatus, sive accusator in loco, unde est ac-

cusatus, si timeat inhonestam caussæ expedi-

tionem, locum sibi eligat vicinum, in quem possie-

facile testes adducere, & illic negotium termine-

tur. Carth. cap. 30. G.

C A P U T V.

Silvester constituit, ut nullus clericus propter

quamlibet caussam in curiam introiret, nec ante

33. Nullus.

judicem cinctum caussam diceret nisi in ecclesia.

Damas. in Silvestri.

# 388 Juris Pontificii Veteris Epitome

## T I T U L U S IX.

### DE TEMPORE ACCUSATIONIS.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. XXII. quibus addes:

#### C A P U T I.

**S**i quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primate caussa ejus canonice deferaatur, qui in congruo loco, infra ipsam provinciam, tempore congruo, id est, autumnali, vel aestivo concilium regulariter congregare debentur. *Felix epist. 2. in princ. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 5. in princ. Burch. lib. 1. c. 174. Ivo part. 5. cap. 292. decret. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit.*

## T I T U L U S X.

### QUALES ESSE DEBEANT ACCUSATORES.

#### C A P U T I.

**A**ccusatores, & accusationes, quas leges saeculi non adsciscunt, & nos unanimiter submovemus, ne fiat in districta probariione impietas, cum reata sit judicij in electione sententia. *Nicæn. cap. 23. apud Jul. epist. 2. c. 5. Teleph. epist. 1. cap. 4. Steph. epist. 2. cap. 3. Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 11. Isidor. in prolog. concil. Ennod. pro Symmac. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. O part. 6. cap. 315. O 127. decret. Anselm. lib. 3. cap. 13. O cap. 18. O 20. Capitul. lib. 7. cap. 108. O 307. O in addit. cap. 148.*

#### C A P U T II.

Decernimus, nec accusatores, vel testes suscipi, qui non sunt idonei. *Nicæn. cap. 33. apud Jul. epist. 2. cap. 9. Teleph. epist. 1. cap. 4. Burchard. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

#### C A P U T III.

Omnis, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem, vel ad testimonium recipiendos. *Nicæn. cap. 41. apud Jul. epist. 2. cap. 10. Alex. epist. 1. cap. 1. Teleph. epist. 1. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

#### C A P U T IV.

*exp. 1. de ha-  
ret. ap. Greg.  
IX. O in  
1. coll.* Semper in accusatione clericorum primo persona, fides, vita, & conversatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conversationis vitam ducent, quoam tales facile, & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viventes: Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. *Nicæn. cap. 45. apud Jul. epist. 2. cap. 11. Xyst. epist. 1. in fin. Burch. lib. 1. cap. 44. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 4. Capitul. lib. 5. cap. 183. O 239. O lib. 7. cap. 147. in addit.*

#### C A P U T V.

Infames esse censemus omnes, qui suam Chri-

stianam prævaricantur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem. *Nicæn. cap. 49. apud Jul. epist. 2. cap. 15. Dionys. epist. 2. in fine.*

#### C A P U T VI.

Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi trahente recedentem, aut sacris canonibus inobedientem suscipere non possumus, nec impetrare recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctonibus obtemperantes permittimus. *Nicæn. cap. 52. apud Jul. epist. 2. cap. 15. Hygin. epist. 2. in med. qui addit: Quia inter fideles, & infideles magna debet esse discretio. Dionys. epist. 2. post med. Cesar. lib. 5. cap. 31.*

#### C A P U T VII.

Criminationes majorum natu per alios nefiant, nec per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni, & irreprehensibles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se carere suspicione, atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem, atque conversationem ducere. *Nicæn. cap. 58. apud Jul. ep. 2. cap. 20. Hygin. ep. 1. in fin. Luc. ep. 1. in princ. Dionys. ep. 2. in med. Ivo part. 6. c. 326. decret.*

#### C A P U T VIII.

Detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum ab Episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quipiam, minorum accusationibus impetratur, aut dispereat. *Nicæn. c. 66. apud Julianum ep. 2. c. 28. Zephyr. ep. 1. in princ. Felix epist. 1. in princ. Anselm. lib. 3. c. 35. O 58. Capitul. lib. 7. c. 307.*

#### C A P U T IX.

Placuit sanctæ synodo Episcoporum, qui CP. convenerunt, nec omnibus eorum, qui ecclesiæ administrant, accusationes permettere, nec omnes excludere; sed si quis propriam quidem querelam, id est, privaram intendat Episcopo, ut detimento aliquo, vel injuria aliqua ab ipso affectus, in hujusmodi accusationibus, nec accusatoris personam, nec religionem examinari, oportet enim Episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, & eum, qui sibi injuriam factam esse dicit, cujuscumque sit religionis, jus suum consequi. Si autem sit crimen ecclesiasticum, quod Episcopo intenditur, tunc examinare personas accusatorum, ut primum quidem hereticis non licet orthodoxos Episcopos pro rebus ecclesiasticis accusare. Hereticos autem dicimus & qui olim ab ecclesia abdicati sunt, & qui sunt postea a nobis anathematizati. Ad hæc autem & eos, qui se snam quidem fidem confiteri præferunt, occulti autem sunt, & abscessi, & adversus canonicos nostros Episcopos congregationem faciunt. Præterea autem, & si aliqui eorum ab ecclesia ob aliquas caussas prius condemnati, & ejecti, vel excommunicati fuerint, sive ex clero, sive ex laicorum ordine, nec eis licere Episcopum accusare, priusquam proprium crimen abstergerint. Si nilliter autem & eos, qui prius rei facti, accusati sunt, non prius ad Episcopi, vel aliorum clericorum accusationem admitti, quam se objectorum sibi criminum infantes ostenderint. Sed si nonnulli, nec heretici, nec excommunicati fuerint, nec prius

prius damnati, nec aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliquas aduersus Episcopum criminationes, eos juber sancta synodus, primum quidem apud provinciae Episcopos accusationem persequi, & apud eos probare crima Episcopi, qui aliquarum rerum accusatur, &c. Si quis autem iis, quæ, ut prius declaratum est, decreta fuerunt, contemptis, ausus fuerit, vel Imperatoris aures molestia afficere, vel sacularium Principum judicia, vel universalem synodum perturbare, neglectis dioecesis Episcopis, eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, ut qui canonibus injuriam fecerit, & ecclesiasticum ordinem everterit. CP. c. 6. vide Nicol. Papam in epist. ad Michael. Imperat. post princ. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. panorm. C part. 14. cap. 70. decret.

#### C A P U T X.

<sup>2. q. 7. Cle-</sup> Clerici, vel laici, qui accusant Episcopos, <sup>ricos, 6.49.</sup> vel clericos, non suscipiantur sine examine eorum. Chalc. c. 21. Capitul. lib. 1. cap. 30. C lib. 7. cap. 84. Anselm. lib. 3. c. 115. in Rom.

#### C A P U T XI.

<sup>3. q. 10. c. 3. & 4. q. 6. 6.</sup> Si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, querendum est in iudicio, cujus sint conversationis, & fidei, atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, nisi bona conversationis, & rectæ fidei viri, hi videlicet, qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quod [ si accusatorum personæ in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad argumentum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales, vel ecclesiasticas voluerint. Felix in syn. LXX. Episcoporum ep. 2. ante med. Hadr. Papa ad Episc. Mediom. c. 5. them. 5. C 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 5. C 24. panorm. C part. 5. c. 248. C part. 6. c. 331. C 418. decret. Capitul. lib. 5. c. 241.

#### C A P U T XII.

<sup>2. q. 7. c. 2.</sup> Nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Silvest. in syn. Rom. CCLXVII. Episc.

#### C A P U T XIII.

<sup>2. q. 4. c. 2. 6. q. 1. c. 6.</sup> Testes, & accusatores sine aliqua sint infamia, uxores, & filios habentes, & omnino Christum prædicantes. Silvest. in synod. Rom. CCLXVII. Episc.

#### C A P U T XIV.

<sup>2. q. 7. Cle-</sup> Presbyter non adversus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolythus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acolythum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorum det accusationem aliquam. Synod. Rom. CCLXVII. al. CCLXXXIV. Episcop. sub Silvest. c. 3. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 68. Nicol. ep. ad Michael. Imp. in med. Magunt. sub Arnulph. c. 12. Burch. lib. 1. c. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. C part. 5. cap. 264. decret. Capitul. lib. 1. cap. 139. Cæsarang. lib. 5. cap. 33.

#### C A P U T XV.

Nemo diaconus aduersus presbyterum afferat

crimen turpitudinis. Synod. Rom. CCLXVII. al. CCLXXXIV. Episc. sub Silv. c. 18.

#### C A P U T XVI.

Nulli infami, neque sacrilego de quocumque liceat negotio adversus religiosum Christianum, quamvis humili servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inscriptione Christianum impetrere. Felix II. in syn. Rom. ep. 1. c. 5.

#### C A P U T XVII.

Testificandi, vel accusandi licentia denegetur iis, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Felix in syn. Rom. ep. 1. c. 9.

#### C A P U T XVIII.

Multum derogatio prævalet, quando derogatori creditur, ideo variis detractionibus, atque accusationibus non decet labefactari Primatem, sed magis patrum regulis roborari. Nec facile, aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino: Non suscipias vocem mendacii, Exod. 13. sed prius probare debet suspicionem, Causam aut quo animo hoc faciat, C postmodum suscipere quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiae, timoris, amoris, odii, C cupiditatis intentio impedire, C adversa fratribus irrogare solet. Felix II. in syn. Rom. ep. 1. cap. 10. Capitul. lib. 6. cap. 287.

#### C A P U T XIX.

Personæ accusantium tales esse debent, quorum fides, & conversatio, & vita probabilis, & absque reprehensione sit, & quæ omni careant suspicione, quia & hoc, te præsente, ut bene nosti, in Nicæna synodo propter malorum hominum infestationem ab omnibus definitum est, licet prævorum hominum insidiis sint hæc, & alia quam plura deleta, &c. Primo semper in oculi Episcoporum accusatione, vita, persona, & conversatio accusantium enucleatione inquiratur, & postmodum ea quæ obiciuntur fidei iter per trajectentur, quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impenitorum prius requiratur fides personæ, vita, & actus discutiantur. Quia non debet prævorum, aut insidianum hominum pernicie vita lacerari innocentium, &c. [ nullus servus, libertus, infidus, criminibus irritatus, calumniator, qui iniurias studet, qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur Episcopos accusare. Quoniam accusatores, & accusationes, quas leges saceruli non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debat ordo, invenire nequeo, cum hæc & in Nicæna synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant, & Apostolus dicat: Spiritualis judicat omnis, ipse vero a nomine iudicatur. Felix II. in syn. Rom. epist. 1. cap. 11. 13. 14. Hadrian. Papa ad Episcopum Mediom. c. 19. Anselm. lib. 3. c. 62.

#### C A P U T XX.

Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, sacrifi-

## 390 Juris Pontificii Veteris Epitome

erilegi, raptore, venefici, adulteri, & qui rap-  
ptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint,  
i.eu qui ad sortilegos, magosque concurrerint,  
nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium  
erunt admittendi, &c. Quod si legitimi non fuer-  
int accusatores, non fatigerur Episcopus, quia  
sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non  
ad litigandum. *Fælix II. in synod. Rom. epist.*  
*1. c. 5. & 17. Burch. lib. 1. c. 129. Ivo part. 5. c.*  
*279. decret.*

### C A P U T XXI.

Judices, & accusatores tales esse debent, qui o-  
mni careant suspicione, & ex radice charitatis  
suam desiderent promovere sententiam, &c. *Fæ-*  
*lix II. in synod. Rom. epist. 1. c. 21.*

### C A P U T XXII.

Non licet quemquam accusare Pontificem  
suum, quoniam judex non judicabitur. *Acta con-*  
*tra Polychronium c. 8. in synod. Rom. sub Xy-*  
*clo III. Nicol. epist. ad Michael. Imp. ante med.*

### C A P U T XXIII.

Per servos de iis, quæ obiciebant, secum lo-  
quebantur posse convincere, &c. Quæ res ca-  
nonibus, & ipsis legibus erat inimica, cum pa-  
trum statuta sanxissent, quos ad accusationem  
leges saceruli non admittunt, his dicendi in cogni-  
tione, vel accusandi aliquid \* denegandam esse  
licentiam. *Syn. Rom. IV. sub Symmach. ant. med.*

### C A P U T XXIV.

*z. q. 7. c. 13.* Est a multis antecessoribus nostris synodaliter  
definitum, atque firmatum, ut oves, quæ pa-  
stori suo commissæ fuerint, eum nec reprehende-  
re, nisi a recta fide exorbitaverit, præsumant;  
*\* sec.* nec nullatenus pro quacumque re alia, nisi \* pro  
sua iniquitate, accusare audeant, quoniam pasto-  
*\* ovis.* rum actus gladio oris \* non sunt feriendi, quam-  
quam rite reprehendendi vestimentur. *Symmach.*  
*in syn. Rom. V. in princ. Greg. lib. 12. ep. 31.*  
*Joann. epist. 1. in princ. vid. Euseb. epist. 2.*  
*ante fin.*

### C A P U T XXV.

*3. q. 3. c. 5.* Accusatoribus inimicis, vel de inimici domo  
prodeantibus, vel qui cum inimicis immorantur,  
aut suspecti sunt, non credatur, ne irati nocere  
cupiant, ne læsi ulcisci se velint. *Symmach.*  
*in syn. Rom. V. ant. fin. Joann. ep. 1. in med.*  
*Capitol. lib. 7. c. 14. in addit.*

### C A P U T XXVI.

*6. q. 1. B. Pe-  
trus, c. 5.* Homicidas, & adulteros, ac cunctos crimina-  
libus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non  
erant, ab eorum (*Episcopum vel presbytero-*  
*rūm*) vexatione, & accusatione dicente Domi-  
*Matt. 10.* no prohibebat (*Petrus Apostolus*,) quia discipu-  
lum supra magistrum esse, aut ullam ei injuriam  
inferre nullatenus debere oportet. Infames etiam  
omnes, & quos Primates, & leges saceruli non su-  
scipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione, &  
vexatione, semper repelli debet rogabat, &c.  
Majores vero a minoribus nec accusari, nec judi-  
cari nullatenus posse dicebat, quoniam non solum  
hoc divinas, sed & leges saceruli inhibere docebat  
&c. *Clemens ep. 1. post med. Anselm. lib. 3. c. 1.*

### C A P U T XXVII.

*3. q. 4. c. 2.* Beatus prædecessor noster Clemens vir Apo-

stolicus, & spiritu Dei plenus, una cum sanctis  
collegis suis statuit, dicens: „Accusandi, vel  
„testificandi licentia denegetur iis, qui Chri-  
„stianæ religionis, & nominis dignitatem, &  
„sua legis, vel sui propositi normam, aut re-  
„gulariter prohibita neglexerint. Transgresso-  
„res enim sponte legis sua, ejusque violatores,  
„& recedentes apostatae nominantur. Omnis  
„enim apostata refutandus est ante reversio-  
„nem suam, non in accusatione recte agen-  
„tium, aut testimonio suscipiendus, quia  
„vir duplex animo inconstans est in o. *Jacob. 1.*  
„mnibus viis suis. Quicumque autem, ut ait  
„Apostolus Jacobus, totam legem servaverit, *Jacob. 2.*  
„offenderit autem in uno, factus est reus o-  
„mnium“, &c. *Anacl. epist. 1. cap. 1. Ivo lib.*  
*4. tit. 7. cap. 8. panorm. & part. 5. c. 237. decret.*  
*Anselm. lib. 3. cap. 10.*

### C A P U T XXVIII.

Accusatio quoque eorum, &c. non nisi ab ido-  
neis, & probatissimis viris, qui & suspicionibus,  
& sceleribus careant, fieri debet, quia Dominus  
sacri sui corporis tractatores, a vilibus, & repro-  
bis, & non idoneis personis infamari noluit, nec  
calumniari permisit, sed ipse proprio flagello pec-  
cantes sacerdotes a templo ejecit, unde liquet,  
quod sumini sacerdotes, id est, Episcopi a Deo  
sunt judicandi, non ab humanis aut prævæ vitæ ho-  
minibus lacerandi, sed potius ab hominibus fidelis-  
bus portandi, ipso Domino exemplum dante,  
quando per se ipsum, & non per alium vendentes,  
& ementes ejecit de templo, &c. *Anaclet. ep. 2. c. 2. Man. 21.*  
*Trof. c. 5. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 6. panorm. & Luc. 19.*  
*part. 5. c. 238. decret. Anselm. lib. 3. cap. 32.*  
*Deusded. cap. 4.*

### C A P U T XXIX.

Si sine crimine sacerdos eligi præcipitur, nulla-  
tenus ab hominibus criminibus irretitis accusari,  
aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam  
ab iis, qui sine crimine sunt, & juxta electionem,  
si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino ser-  
vire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri, &  
ordinari possint, & tales per omnia fuerint, qua-  
les eligi sacerdotes jubentur. *Anaclet. epist. 2.*  
*in medio.*

### C A P U T XXX.

Accusatores, & testes esse non possunt, qui 3. q. 5. c. 2.  
ante hesternum diem, aut nudius tertius inimici  
fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læsi se ulci-  
fici velint: inoffensus igitur accusatorum, & te-  
stium affectus quærendas est, & non suspectus.  
*Anaclet. epist. 3. in med. Burch. lib. 1. c. 152.*  
*Ivo lib. 4. tit. 8. c. 2. panorm. in Rom. & part.*  
*5. cap. 239. decret. Anselm. lib. 3. c. 14. Tarr.*  
*lib. 2. cap. 2.*

### C A P U T XXXI.

Deteriores sunt, qui doctorum vitam, more-  
que corruptunt his, qui substantias aliorum, præ-  
c. 13. Ex-  
diaque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, merito, §. 1.  
licet nostra sunt, auferunt, nostri autem detra-  
ctores, & morum corruptores propriæ nos ipsos  
decepunt, & ideo juste infames sunt, & merito  
ab Ecclesia extores fiunt, &c. [Sententia quoque 2. q. 7. c. 12.  
Cham filii Noe damnantur, qui doctorum suo-  
rum,

rum, vel præpositorum culpam produnt: ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. Doctor autem, vel pastor Ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam disstringendus, quia rectores Ecclesiæ a Deo judicandi sunt, sicut ait Psalm. 81. propheta: *Dens stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat. Anaclet. epist. 3. post med. Anselm. lib. 3. cap. 11. & cap. 37. Deus ded. cap. 3. Isidor. lib. 3. cap. 38. De summo bono. Tarrac. lib. 2. cap. 30.*

## C A P U T XXXII.

2. q. 7. c. 1. Non est itaque a plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David, &c. Ideo ista dico, quia insidiator bona spissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam. Unde [ si qui sunt vituperatores, aut accusatores Episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a judicibus Ecclesiæ audiiri antequam eorum discutiatur estimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quoque merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista presumperint, nec ne? Hæc omnia fideliter sunt periclitandi, & diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint, &c. Evarist. epist. 2. ante med. vide Isidor. lib. 3. cap. 38. de summo bono. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 8. & tit. 7. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 240. & part. 6. cap. 312. decr. Anselm. lib. 3. c. 12.

## C A P U T XXXIII.

3. q. 4. c. 9. Proculdubio hi, qui eos (Episcopos, & reliqui Episcopos) persequuntur, & amovere nituntur inuste contra Apostolicam auctoritatem, & Ezech. 18. si a morte prohibentur, dicente Domino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat,* perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni judicantur finitimo, de quibus a temporibus Apostolorum, & infra ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis aribus mortuos scimus, &c. Alex. epist. 1. in princ.

## C A P U T XXXIV.

In accusatione Domini ministrorum primo persona, fides, vita, & conversatio blasphemantium enucleatim perscrutetur, (vide supra cap. 45. Nicæni concil. apud Jul.) Xyst. ep. 1. infin.

## C A P U T XXXV.

Sicut laici, & seculares homines nolunt clericos recipere in accusationibus, & infamacionibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsionibus suis, quoniam in omnibus discreta debet semper esse, & segregata vita, & conversatio clericorum, & secularij laicorum, &c. Telesph. epist. 1. in princ.

## C A P U T XXXVI.

6. q. 1. Sacerdotes, c. 8. Qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timen-

di, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia a quibus se Domini populus benedici, salvari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi, populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum, &c. Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit, a quibus se omnes fideles cavere debent: quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt, &c. Telesph. epist. unic. cap. 3. Hadrian. Papa ad Episcop. Mediom. cap. 1. Trostajan. cap. 5. Ivo part. 6. cap. 314. decr. Anselm. lib. 3. c. 13. Capitul. lib. 6. cap. 280. & lib. 7. cap. 167.

## C A P U T XXXVII.

Accusatores, & accusations, quas facili leges non admittunt, & nos submovemus, &c. Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem, & omnes, qui adversus patres armentur, infames esse censemus, patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi. Hi vero, qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum simulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri, &c. Decet in talibus caffis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendatur, atque innocentes, & Domini ministri illæsi liberentur, &c. Telesphor. epist. 1. cap. 4. Anselm. lib. 3. c. 13.

## C A P U T XXXVIII.

Oves pastorem suum non reprehendant, plebs vero Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat, quoniam non est discipulus super magistrum, neque servus supra dominum. Episcopi autem a Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit, nam a subditis, aut prævæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi, ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alium vendentes ejecit, &c. Si quis a suo proposito retrorsum exorbitaverit, & justum Apostolicæ sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt, fides autem, & conversatio primū scrutanda est, & denuo qui reprehensibles apparuerint, sunt recipiendi, & non prius. Ideo persona, & opinio, ac vita uniuscujusque in initio rimanda est, quia boni semper infestantur a malis, &c. Pius epist. 1. cap. 2. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 243. decr. Anselm. lib. 3. cap. 33.

## C A P U T XXXIX.

Detractores, qui divina auctoritate eradandi sunt, & fautores \* inimicorum ab Episcopali submovemus accusatione, vel testimonio. Nec sumorum quispiam minorum accusationibus imperatur aut dispereat, &c. Accusatores autem eorum omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Zephyr. epist. 1. in princ. Felic. ep. 1. post princ. Anselm. lib. 3. cap. 35.

## C A P U T XL.

Nullus doctorem per scripta accuset, nec nisi fide-

## 392 Juris Pontificii Veteris Epitome

**fidi** & legitulo, qui etiam irreprehensibilem vitam, ac conversationem ducat, accusatori respondet, quia indignum est, ut doctor stulto, & indocto, atque reprehensibiliter viventi respondet juxta stultitiam suam, &c. Quidquid irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia.

*Callist. epist. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 135.  
Ivo part. 5. cap. 234. decret.*

*Prov. 26.*

### C A P U T X L I .

**3.9. 4. c. 5.** Conspiratores in nullius accusationem sunt recipiendi, nec eorum, vel anathematizatorum vox ullum nocere, vel accusare potest. *Callist. epist. 2. in princ. Ivo part. 6. cap. 346. in fine.*

### C A P U T X L I I .

**3.9. 4. Con-**  
**sanguineo-**  
**rum, c. 4.**  
**vide 32.**  
**q. 2. c. 2.**

Nec eos viros, vel accusatores, quos leges saeculi reiiciunt, suscipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas rationi, & honestati non repugnantes esse amplectendas praeferim ubi vel publicae consulunt utilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendant, ac pro adminiculo tuerintur? &c. Quisquis ergo non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incestu macula pollutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi reiiciendi sunt, & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis, qui seniores impetrunt, fieri censemus &c. Omnes, qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum, super quorum fide non habilitatur, minime recipientur, & in testimonio humano dubii habeantur &c. [Quarendum est ergo in judicio, cujus sit conversationis, & fidei is, qui accusat, & is, qui accusatur, quoniam illi, qui non sunt rectæ conversationis, ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur maiores natu accusare, nec quorum fides, vita & libertas nesciuntur, neque viles personæ in eorum recipientur accusationem. Rimandæ vero sunt enucleatim personæ accusatorum, &c. Nec accusatores, vel testes suspecti recipientur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet: amor carnalis, & timor, atque avaritia plerumque sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiae. *Callist. epist. 2. cap. 4. C. 5. Carthag. IV. cap. 96. Burch. lib. 1. c. 171. C. lib. 7. c. 1. Ivo part. 9. c. 22. C. 23. C. part. 5. cap. 289. decret. C. lib. 4. tit. 7. cap. 5. panorm. Capitul. lib. 7. c. 110. C. 111. C. in additis poster. cap. 10. C. 11. Anselm. lib. 3. cap. 54. Tarragon. lib. 5. cap. 71.*

### C A P U T X L I I I .

Accusandi non sunt (sacerdotes Domini) ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius seculæ, vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquo arguantur sacerdotibus, sed & a summis Pontificibus constringantur, & non a sceleribus, aut malæ vitæ hominibus arguantur, vel arceantur. *Pontian. epist. 1. in princ. Trost. cap. 5.*

### C A P U T X L I V .

Suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos, qui non sunt bona conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accusatores esse, & testes & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate & nos submovemus, &c. ne libenter labi possint, quos nos tenere, & salvare debemus, ne, quod absit, prædictum Dei judicium super utroque veniat, & nos eorum vitio, quod Deus avertat, pereamus, &c. *Pontian. ep. 2. in princ. Anselm. lib. 3. c. 16.*

### C A P U T X L V .

Omnis, qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, & a sinu sanctæ matris Ecclesiæ Apostolico mucrone, usque ad rectam conversationem, & reversionem eorum abscessi. Unde Apostolica auctoritate cum omnibus ejusdem Apostolicæ, atque universalis Ecclesiæ filiis statuentes sancimus, ut omnes, qui in Catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suspiciantur, quia suspicione semper sunt amovendæ. Merito ergo eorum reprobatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino est credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta, tam præteritis, quam futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus, &c. A memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter & ab omnibus, quos Apostolus commemorat, dicens: *Cum eis nec cibum sumere, quia & illi, sicut & isti, sunt repellendi, & ante satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi, quoniam illi, cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem cum reliquis fratribus. Quamobrem non debent, nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio usque ad jam dictam satisfactionem repelliri, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjeant. Fabian. epist. 1. in med. Anselm. lib. 3. cap. 17.*

### C A P U T X L VI .

Ipsi Apostoli, & successores eorum olim statuerunt eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti, vel qui heri, aut audiostertius, vel dum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, & qui non sunt bona conversationis, vel quorum vita est accusabilis, aut dubii, in recta fide. Similiter quorum fides vita, & libertas nesciuntur, vel qui infamia maculis sunt aspersi, aut sceleribus irretiti. Neque eos sacerdotes debere, vel posse clericos accusare, qui rite sacerdotes fieri non possunt, nec sui sunt ordinis, quoniam sicut sacerdotes, vel reliqui clerici a secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab isto rati sunt excludendi, & alienandi criminatione, & sicut isti ab illis, ita & illi ab ipsis non recipientur, quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione, ita & litigatio, quia servum Dei non oportet litigare,

*6. q. 1. O-*  
*mnes, c. 4.*  
*1. Cor. 5.*

*2. q. 7. c. 38.*

*Ipsi.*

*2. q. 7. c. 6.*

*re,*

re, &c. Fabian. ep. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 9. panorm. C part. 6. c. 320. decret. Tarrac. lib. 2. c. 6.

C A P U T XLVII.

<sup>6. q. 1. c. 3.</sup> <sup>Galat. 5.</sup> Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*, valde cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie nolueriat, compellendi, quia infamiae maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subventum fuerit. Similiter & illi, de quibus ipse ait: *Cum huiuscmodi hominibus nec cibum sumere*, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate lanentur, & in gremio fratrum matris Ecclesiae redintegrentur, quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt, manifestum est enim, quod hi extra nos sunt, & a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. Similiter & omnes personae quibuslibet turpitudinibus, ac scurrilitatibus subiecte, infames sunt effectae, & omnes, qui adversus patres armantur, infames efficiuntur, &c. Talia cogitantes sancti Apostoli, eorumque successores spiritu Dei repleti, malos homines prævidentes, & simplices considerantes, difficilem, aut numquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne a malis potuissent everi, aut sub noveri, quia si hoc facile concederetur secularibus, & malis hominibus, aut nullus, aut

<sup>Vid. 4. q. 1.</sup> <sup>Episo. c. 2.</sup> vix perpauci remanerent, &c. Ideo statuerunt, ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, per difficultis eorum fieret accusatio, & a quibus supra dictum est, non praesumeretur, neque a propriis sedibus, aut Ecclesiis Episcopi eiicerentur, &c. Similiter statutum est, &c. ut si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, aut iniurator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero, curia tradatur, cui diebus vita sua deserviat, & infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. Nec ullus umquam praesumat accusator simul esse, & judex, vel testis. Fabian. ep. 2. post med. Gr. VII. lib. 7. regist. ep. 2. Anselm. lib. 3. c. 72. C lib. 7. c. 159. Deusd. c. 4. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. C part. 6. c. 321. decret. Tarr. lib. 2. c. 23. C c. 7. Cæsar. lib. 5. c. 51.

C A P U T XLVIII.

Similiter statuentes Apostolica auctoritate jubes, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant, nisi in fide erraverit, reprehendere audeant, quia facta præpositorum oris \* gladio ferienda non sunt, neque potest discipulus esse super magistrum, dicente Veritatis voce: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum* &c. Fabian. epist. 2. in fin. Greg. lib. 12. regist. indict. 7. ep. 31.

C A P U T XLIX.

Si a fide deviaverit Episcopus, erit corrigerendus prius secreto a subditis suis; quod si incorrigibilis, quod absit, apparuerit, tunc erit accusandus ad Primate suos, aut ad sedem Apostolicam; pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus ab ovibus, & subditis suis, quam accusandus, aut publice derogandus, &c. Ibid.

Tom. VI.

C A P U T L.

Decernimus, ut ii, qui non sunt bona conversationis, aut quorum vita est accutabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, nec viles personæ ad accusationem eorum adiungantur. Similiter ii, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus majores natu non habeant accusandi, quia suspicio vox, & inimica veritatem solet opprimere. Fabian. ep. 3. c. 1. Xylo. III. ep. unic. Capitul. lib. 7. c. 111. C 112. Anselm. lib. 3. c. 73.

C A P U T LI.

Summopere providendum est, ne pastore suum oves, quæ ei commissæ fuerant, reprehendere, nisi a fide exorbitaverit, neque accusare presumant, quoniam tales accusations vim non habent, neque eis nocere possunt. Cornel. epist. 2. in med.

C A P U T LII.

Episcopi non sunt leviter accusandi, vel detrahendi, quia injuria eorum ad Christum pertinet, ejus vice, & legatione funguntur in Ecclesia, &c. Sicut & osim factum invenimus, consti-tui placuit, ut criminationes majorum natu, &c. <sup>2. q. 1. c. 52.</sup> (ut in Nicen. c. 58, apud Jul. ep. 2. c. 20. Hygin. ep. 1. in fin.) Lucius ep. 1. in princ. Ivo part. 6. c. 326. decret. vide supracit. Criminationes.

C A P U T LIII.

Infames esse eas personas diuinus, que pro <sup>6. q. 1. c. 17.</sup> aliqua culpa notantur infamia, id est omnes, qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesia contemnunt; similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta, libenter violantes, & omnes, qui adversus patres armantur, qui in omnium mundo infamia notantur; similiter & incestuosos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, beneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesia abstrahunt inuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos, & omnes, quos Ecclesiastæ, vel saeculi leges infames pronuntiant, &c. Nec servos ante legitimam libertatem, nec poenitentes, nec bigamos, nec eos, qui curia deserviunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes Sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur. Hi omnes nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec regiam fidem, vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare. Stephan. epist. 1. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14 panorm. C part. 5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. cap. 5. Deusdedit cap. 3. Cæsar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.

C A P U T LIV.

Accusatores, & accusations, quas saeculi leges

D d d

ges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos sub novemus, nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat, aut judex, &c. Accusator autem vestrorum nullus sit servus, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimici, & omnes laici, quia infestationem blasphemiae affectio amicitiae incitare solet, nec illi in veltra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt recipere infamacione. [ Nullus anathema suscipiatur, nec a quoquam credantur, quae ab eis vel dicuntur, vel conscribuntur. Eos quoque dico anathematizatos esse, quos Episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. Steph. epist. 2. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 18. panorm. C part. 6. c. 327. decret. Anselm. lib. 3. c. 18.

## C A P U T L V.

Neganda est accusatis licentia criminandi, prius quam se crimine, quo premuntur, exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio. Familiares vero, & sponte confelli, atque sceleribus irretiti non debent admitti, nec ii, qui hesterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. Stephan. epist. 2. cap. 7. Hadrianus Papac. 31. ad Episcopum Mediom. constit. 7. sive 12. titul. 1. lib. 9. Codice Theodosii, C Anianus ibidem, C constit. 19. tit. 1. lib. 9. Codice Justin. Burch. lib. 1. cap. 164. Ivo lib. 4. titulo 7. cap. 15. panorm. C part. 5. cap. 274. decret. Anselm. lib. 3. cap. 71. Capitul. lib. 7. cap. 324. C 453. Caesar. lib. 5. cap. 50. Tarrac. lib. 2. cap. 11.

## C A P U T L VI.

Clericus, qui Episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiae tradi servitus, &c. Scimus dilectissimi quia semper carnales spirituales solent perlequi, & malevoli benevolos infamare, & lacerare. Ideoque Apostoli, & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri faciem Episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur, &c. Hi vero, qui non sunt bona conversationis, quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primo semper accusatorum personæ, fides, vita, & conversatio est enucleatim inquirenda, & postea qua obiciunt, fideliter sunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, quam impetratorum personæ, fidesque, vita, & conversatio diligenter discutiantur, ne alicujus invidia, aut inimicitia, vel intentione mala quisquam vexetur. Criminaciones adversus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quam laedendi, aut infamandi, &c. Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos, vocem obstruimus, quos humanis, & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus, &c. Unde precamur, ne tales multum timeatis, quia

infames sunt, & non multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est, quoniam sic odit Deus eos, qui adversus Patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia sunt notati. Steph. epist. 2. c. 8. g. 10. 11. Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 2. Deu/ded. c. 4. Burch. lib. 15. cap. 35. Ivo part. 16. cap. 36. deer. Anselm. lib. 5. cap. 10. Capitul. lib. 5. cap. 249. C lib. 6. cap. 294. Tarracon. lib. 1. cap. 59. Caesar. lib. 7. cap. 112.

## C A P U T L VII.

Accusatio Episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino: non suscipias vocem mendacii; & Apostolus inquit, Adversus presbyterum inscriptione non recipiendam absque duabus, vel tribus idoneis testibus. Si haec de presbyteris, vel ceteris fidelibus sunt praecavenda, quanto magis de Episcopis? &c. Intuper a sanctis prædecelloribus nostris plerumque jam est statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiat accusatione, nec illi, qui nos in sua nolunt recipere querela, vel accusatione, cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minori judicari, ita nec colligari, quia rarum est omne, quod magnum est, &c. Xylo. II. epist. 2. cap. 4. C 5.

## C A P U T L VIII.

Crimina, quæ Episcopis impingere dicis, per 1. q. 7. c. 52. alios non finas ullo modo fieri, nisi per ipsos, qui 15. q. 3. c. 6. crima intendunt, si tamen ipsi digni, & irreprehensibilis apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspicione, inimicitia, & irreprehensibilem fidem, conversationemque du- ult. cere, nemini enim de se confessio credi potest super crimen alienum, quoniam omnis ejusque rei confessio \* periculosa est, & admitti non debet. Similiter alieni erroris socium, vel a sui voluntarie propositi tramite recentem, aut sacris patrum regulis, & constitutionibus inobedientem suscipere non possumus, nec debemus. Nec impetrare recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse censemus, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem. Dionys. epist. 2. in medio. Nicæn. cap. 49. 52. C 58. apud Julium epist. 2. cap. 13. 15. 18. C 20. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 17. C tit. 8. c. 5. panorm. C part. 288. decret. Anselm. lib. 2. cap. 15. C lib. 3. cap. 9. Caesar. lib. 5. cap. 31.

## C A P U T L IX.

Proditoris nec calumnia, nec vox audiatur. Fælix epist. 1. ante medium. Nicæn. cap. 63. apud Jul. epist. 2. cap. 24.

## C A P U T L X.

Si accusatorum personæ in judicio Episcopo- 4. q. 6. c. 3. rum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales, vel Ecclesiasticas voluerint. Fælix ep. 2. in medio. Hadrian. ad Episcopum Mediomatric. cap. 5. Ivo part. 6. c. 418. C part. 5. cap. 248. decret.

## C A P U T L XI.

Hæretici omnes, & suspecti, & excommuni- z. q. 8. c. 3. ca-

2. q. 7. c. 19.  
Exod. 23.  
1. Tim. 5.

\* professio.  
z. q. 7. c. 23.  
z. q. 4. c. 1.

cati, homicidæ quoque, atque malefici, fures, sacrilegi, raptore, venefici, adulteri, &c. qui raptum fecerint, vel fallum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. [ Nulli infami unquam, atque sacrilego de quo cumque negotio licet adversus religiosum Christianum, quamvis humilis, servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetrere. Onnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegerit, qui Christianæ religiosis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus, ut nullæ causæ a judicibus Ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Hæc non solum Ecclesiasticæ, sed & sacerduli leges observare præcipiant, non enim passim, vaseque sacerdotum accusatio debet fieri, &c. Eutychian. epist. 2. cap. 2. 3. 4. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. O' tit. 8. cap. 8. panorm. O' part. 6. cap. 333. decret. Anselm. lib. 3. cap. 25. Burch. lib. 16. cap. 11. Cæsar. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. cap. 14.

## C A P U T LXII.

Paganos, & hæreticos scias non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamatioñis inferre. Cajus epist. 1. cap. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 11. panorm. O' Anselm. lib. 3. cap. 45. Tarrac. lib. 2. cap. 15.

## C A P U T LXIII.

Qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de suis rebus spoliati, vel ejecti a sedibus propriis, aut qui accusatores sint recipiendi, quive non sint, &c. iusti ienter ab Apostolis, eorumque deceditoribus, ac nostris prædecessoribus, statutum esse putamus. Cajus epist. 1. cap. 3.

## C A P U T LXIV.

Non licet laico quemlibet clericum accusare. Marcellin. epist. 2. post princ. infin.

## C A P U T LXV.

Quod laici, aut suspecti Episcopos non debeant accuare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit, & ea beato Clemente, ipsis eum instruentibus Apostolis legimus defiamum, & nos eadem firmamus, quoniam iidem odio multoties incensi recte viventes, atque credentes perturbare nituntur. Propræta persona, fidis, vita, & conversatio, atque suspiçio accusantium enucleatim primo inquirenda est, deinde quæ obiciuntur fideliter pertractanda. Quia nihil ante fieri debet, quam impetratorum vita, & suppicio, atque odium inquiratur. Et si bona conversationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio reperi si fuerint, nequaquam in Episcoporum recipientur accusatione. Marcellus epist. 2. in med. Clemens et. 1. post med.

## C A P U T LXVI.

De accusationibus clericorum, &c. scitote a tempore Apostolorum in hac sancta Urbe servatum esse, accusatores, & accusations, quas exterarum consuetudinum leges non asciunt, a clericorum accusatione subnotas. Similiter lai-

cos non accusasse Episcopos haec tenus observatum, & constitutum est, quia ejusdem non sunt conversationis, & oppido eis quidam infestæ existunt, &c. maxime cum nec hi eos in suis velint recipere accusationibus, &c. Talia, & his similia sancti patres providentes pericula laicos sæculo militantes ab accusatione sacerdotum prohibuerent, similiter servos, & libertos, atque censibus publicis, vel privatis subjugatos, omnesque infames ab eadem accusatione, vel tergiversatione submoverunt, non enim oportet, ut permittantur carnales spirituales persequi, nec sceleribus irretiti, vel sæculo militantes Episcopos, infamare, vel lacerare, aut crimen opponere. Nam si hoc Apostoli, aut successores eorum permetterent, perpauci remansissent, qui Domini in sacerdotali ordine militarent. Idcirco, & [ nos sequentes patrum vestigia pro salvatione servorum Dei, quæcumque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus, & nullæ accusations a judicibus audiantur Ecclesiastice, quæ legibus sacerduli prohibentur, &c. Neç illi, qui aut in fide Catholica, aut inimicitia suspecti qui, c. 4. sunt, ad pulsationem predictorum admittantur, quia veritatem professionis infidelitas, & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte crimina confitentur, & ideo replicanda est tollit eorum veritas, quam sponte prolatæ in illis vox habere non potest, &c. Euseb. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 3. cap. 26. Cæsar. lib. 5. cap. 59.

## C A P U T LXVII.

Infames sunt proculdubio impugnatores Episcoporum, omnique, qui adversus patres armantur, & conculcatores Ecclesiaram, sacerdotumque ejus, & qui de publicis fugiunt præliis, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamie asperguntur maculis; his omnibus impugnandi Episcopos, patrum sequentes instituta, & nos licentiam submovemus, quia sic odit Deus eos, qui patres persequuntur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo justæ, & regulariter respuuntur. Euseb. epist. 1. ante med.

## C A P U T LXVIII.

Oves, quæ pastori suo commissa sunt, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent: nec ullatenus a cœlare possunt, quia facta pastoris, oris\* gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprenendenda videantur. Ideo ista dicimus quia [ in scripturis vestris reperimus quosdam Episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quosdam esse rebus suis spoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Sec. Eusebius ep. 2. vte f. 1. Greg. lib. 12. indict. 7. epist. 31. Burch. lib. 1. cap. 129. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 10. O' tit. 6. cap. 4. panorm. O' part. 5. cap. 249. O' cap. 253. de ret. Anselm. lib. 3. c. 44. sive 34. Cæsar. lib. 5. c. 43.

## C A P U T LXIX.

Statuimus iterum cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, sicut dudum decretum reperi-

D d d 2

mus,

mus, ut homicidae, malefici, fores, sacrilegi, raptiores, adulteri, incesti, benefici, suspecti, criminosi, domestici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falso testimonium dixerunt, seu qui ad sacrilegos\*, divinosque concurrerunt, similesque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & juste repellendi, quia funesta est vox eorum, vocem enim funestam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet, &c. Euseb. epist. 3. in princ. Hadrian. Papa cap. 63. ad Episcopum Mediom. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part. 6. cap. 333. O part. 10. cap. 37. decret. Anselm. lib. 3. cap. 19. Capit. lib. 7. cap. 369.

## C A P U T LXX.

Eorum os accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos obstrui nus, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quoniam infidelis homo mortuus est in corpore viveante, &c. Miltiad. epist. 1. post princ.

## C A P U T LXXI.

Est in jam fata Nicæna concorditer statutum synodo accusatores, & accusations, quas sacerdotalis non admittunt, a sacerdotali funditus averti documento. Jul. epist. 1. cap. 3.

## C A P U T LXXII.

Similiter in jam præfixa synodo (Nicæna) est decretum ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratioli, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscumque agitari, &c. Jul. epist. 2. cap. 33. Anselm. lib. 3. cap. 21.

## C A P U T LXXIII.

Et insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi, qui nos in sua nolunt recipere querela, vel accusatione, &c. Julius epist. 2. cap. 36.

## C A P U T LXXIV.

Accusatores Episcoporum, & testes, super quibus rogasti, absque ulla infamia, aut suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei pleniter instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere jubet divina auctoritas, quoniam [sacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt provehi honorem. Damas. epist. 3. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 172. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 4. panorm. O part. 5. cap. 290. decret.

## C A P U T LXXV.

Accusatores, & accusations, quas sacerdotali leges non asciunt, nullatenus sunt in horum admittendæ caussis, quia omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia, &c. Ea vero, quæ Apostolorum prædicatione, & patrum instructione præcipimus, semper tenere debemus, ne aliqua nova credere, aut ad noxam fratum intendere videamus, &c. Accusatores vero, & judices non iidem sint, sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Damas. epist. 3. cap.

6. O 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 26. panorm. O part. 6. cap. 337. decret.

## C A P U T LXXVI.

Neque ullus unquam judicetur antequam legitimos accusatores praudentes habeat. Damas. Qui accusa-epi 7. 6. Anselm. lib. 3. cap. 47. Ivo part. 6. cap. 10. 348. decret.

## C A P U T LXXVII.

De occultis cordis alieni temere judicare ini-  
quum est, & eum, cuius non videntur opera nisi bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. [Oves ergo, quæ pastori suo commissæ fuerint, 2. q. 7. c. 13. eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent, & nullatenus accusare possunt, quia facta pastoris oris\* gladio ferienda non sunt, \* ovis. quamquam recte reprehendenda videantur, &c. Joann. epist. 1. in princip. Gregor. lib. 17. reg. indict. 7. epist. 31.

## C A P U T LXXVIII.

Inimicis accusatoribus, vel de inimici domo prodeonibus, seu qui cum inimicis morantur, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne laesi se velint ulcisci. H[oc] quoque reiiciendi sunt, non approbandi. Joann. epist. 1. in med.

## C A P U T LXXIX.

Sanctorum patrum roborantes decreta statui-  
mus, licet sæpissime jam statutum fuerit, nec falsos, nec inimicos, suspectos accusatores vel te-  
stes unquam super Episcopos suscipi, eisque no-  
cere nullatenus posse, quia falsam, aut suspe-  
ctam, aut odiosam vocem, aut funestam potius  
interdici, quam audiri, sanctis patribus placuit.  
Tales sunt in modis cavendi sunt, & avertendi, ac  
reiiciendi, si nocentes apparuerint, quia non so-  
lum Ecclesiastæ, sed etiam sacerduli leg's, tales  
non suscipiunt, sed repellunt, &c. Silvestr. epist.  
1. in med.

## C A P U T LXXX.

Sanctorum patrum statuta sequentes, synoda- 3. q. 5. c. 13.  
li auctoritate omnes, qui adversus patres arman-  
tur, ut patrum invasores, & ministri infames  
esse censemus, quoniam ea vulnera, quæ sosteni-  
tis non sanantur, ferro abscondi, vel curari neces-  
se est. Unde fratres cessent injuste & nulationes,  
cessent insidiæ, cessent falsæ criminationes, &c.  
Desinat igitur falsitas incessere veritatem, desinat  
suspicio, quæ juste repellitur insidiari, desinat  
odium, & inimicitia persecuti patres, vel fra-  
tres, desinat consoiratio, quæ ab omnibus est re-  
pudianda, infestare magistros. Horum igitur vi-  
tiorum autores, vel narratores non sunt in accu-  
satione Pontificum recipiendi, sed penitus repel-  
lendi, quoniam iubent canonica decreta patrum,  
ut accusatio, vel testimonium eorum, qui odio  
quoslibet insequuntur, vel qui inimici, aut su-  
specti habentur, nullo modo recipiantur, quorum  
statuta & nos firmantes, eadem omnibus invio-  
labiliter futuris temporibus tenere censemus. Pe-  
lag. II. epist. 1. cap. 4. Anselm. lib. 3. cap. 6.

## C A P U T LXXXI.

Non sunt consentiendi, sed reprobandi, qui  
prælatos suos reprehendunt, vel accusant. Unde  
canonica sanctorum patrum statuta, ne colu- 3. q. 5. c. 6.  
mnæ sanctæ ecclesiæ vacillent, sequentes, ac ro-  
bo-

borantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, & libertas nescitur, & qui non sunt bona conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditus submovemus. Similiter, & omnes, quos divinæ leges mortuos appellant, submovendos esse ab eadem accusatione, & publicæ pœnitentiae submittendos, judicamus, &c. Refutandi sunt etiam raptores, fures, faciliæ adulteri, & horum similes, manifestum est enim, quod semper tales, magis discordiam, quam pacem sectantur. [ Nullus quoque monachus talia umquam arripiat, nec sacerdotalia, aut ecclesiastica negotia perturbare præsumat, quia mortua in talibus vox est eorum, &c. *Pelag. II. epist. 3. in princ. Anselm. lib. 3. cap. 59. Cæsar. lib. 9.c.6.*

## C A P U T LXXXII.

<sup>2. q. 7.c.54.</sup> Lator præsentium Nemesion ad nos veniens indicavit, sicut & gestorum exemplaria, quæ <sup>\* Doctra- tine.</sup> <sup>huc detulit, continebant, Paulum Dyacinae</sup> \* civitatis Episcopum, inter alia mala in corporale crimen lapsum, a suis fuisse clericis accusatum, atque habita cognitione, ita, quod sine dolore dicere non possumus, claruisse, atque insuper postquam convictus est, etiam libellum eum, in quo ea, de quibus accusatus fuerat, vera confessus est, obtrusisse. Qua de re sententia illum Episcopali depositum, & se ejus loco cum fraternitatis vestra consensu esse Episcopum ordinatum, &c. *Greg. lib. 10. epist. 35. Joanni Episc. primæ Justinianæ. Burch. lib. 1. cap. 182. Ivo part. 5. c. 298. decret.*

## C A P U T LXXXIII.

<sup>2. q. 1.c.7.</sup> De personis accusantium, ac testificantium subtiliter querendum est, cuius conditionis, cuiusve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum Episcopum inimicitias habuissent, & utrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certe se scire specialiter testati sunt. *Gregorius lib. 11. ep. 50. Joanni Defens. Anselm. lib. 3. cap. 90. ab. 93. Cæsar. lib. 5.c. 54.*

## C A P U T LXXXIV.

<sup>3. q. 5.c.7.</sup> A prædecessoribus nostris, & a multis reliquis sanctis Episcopis statutum fore cognovimus, ut oves pastores suos non facile reprehendant, nec eos criminari, vel accusare præsumant, quia cum in præpositos delinquimus, ejus ordinationi, qui nobis eos præstulit, obviamus. *Greg. ad Felic. Episcop. lib. 12. epist. 31. reg.*

## C A P U T LXXXV.

Accusationes, & accusatores, atque ea negotia, quæ sacerdotes non adseiscunt leges, divina, ac synodica funditus a clericis repelliri auctoritate censemus, quia indignum est superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt. *Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 11.*

## C A P U T LXXXVI.

<sup>6. q. 1.c.2.</sup> Placuit, ut nullus servus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem acculeret. [ Omoes vero infames esse dicimus, quos leges sacerdoti infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium nos possunt provehi, indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse

non possunt quod ipsi sunt, quoniam sicut maiores a minoribus non dijudicantur, ita nec criminari possunt. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 19. vid. Capitul. lib. 7. c. 437.*

## C A P U T LXXXVII.

Placuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam interdici \* potius, quam \* intercidere audiri oportet. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 29. vide const. 20. Arcadii, & Honorii lib. 6. tit. 1. ad Justin. & const. 3. lib. 9. tit. 6. C. Theod. in Aniani, l. est const. 2. tit. 3. vide D. Greg. lib. 11. epist. 52. regist. Ivo part. 16. cap. 332. decret. Capitul. lib. 7. c. 332. & 440.*

## C A P U T LXXXVIII.

De his, qui in accusationem majoris natu veniunt, ut Episcopum nulli criminolo liceat accusare. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 40. Capit. lib. 7. c. 139.*

## C A P U T LXXXIX.

Eius, qui frequenter litigat, & ad accusandum est facilis, accusationem nemo absque grandi examine recipiat. *Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 50.*

## C A P U T XC.

<sup>6. q. 1.c.6.</sup> Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminolus, quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio. *Hadrian. ad Episcop. Mediom. c. 64.*

## C A P U T XCI.

Illi, qui convenerunt contra venerabilem virum Ignatium, aut suspecti, aut ab hereti, & nudius tertius inimici ejus erant, aut excommunicati, aut depositi, aut subjecti, ipsius, aut certe inferioris dignitatis extiterunt. Quorum omnium nullus personam legitimorum judicum habere sine dubio poterat, vel accusatorum in omnibus dum taxat negotiis, quæ singulatim, Deo docente, ac summatis ea omnia se habere, monstrare conabitur. *Nicolaus epist. ad Michaelem Imperat. ante med. Ubi testimonio concilii CP. c. 6. & synodi Chalced. & Gelasii Papæ confirmat, inimicos neque accusatores esse posse, neque iudices.*

## C A P U T XCII.

Ne qui cum inimicis vivunt, ad accusandum admittantur. *Nicolaus. ad Michaelem Imperat. ep. 3. in medio.*

## C A P U T XCIII.

Novimus in Nicæna synodo generaliter esse decretū, ut nullus passim, vageque Episcopos, aut præsumptive lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectæ fidei, vel bona vita, vel claræ conversationis, aut infamare præsumat. *Athanas. & alii ad Felicem II. post princ.*

## C A P U T XCIV.

Multi sunt, qui contra Ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemptos, putant se ad accusationē admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi auctis publicis docuerint omni se suspicione carere. *Arel. I. c. 13.*

## C A P U T XCV.

<sup>4. q. 6.c.1.</sup> Illud certum est, si persona accusatoris culpa-

bi-

bilis est, non suscipienda accusationem, nisi super privata re, & non super Ecclesiastica, velit obiicere. *Carth. c. 19. G. Carth. III. cap. 7. L. Trull. post epist. syn. Burch. lib. 1. c. 160. Ivo part. 5. c. 270. decret.*

## C A P U T X C V I .

**4. q. 1. c. 1.** Ad accusationem clericorum non recipiatur excommunicatus, sive clericus, sive laicus sit. *Carth. c. 129. G. Carth. VII. L. c. 1. Afric. c. 95. L. conc. apud D. Medard. in causa Hincmari. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 19. panorm. O part. 14. c. 69. decret. Anselm. lib. 3. c. ult. Cæsar. lib. 5. c. 81.*

## C A P U T X C V I I .

**4. q. 1. c. 1.** Servi, & liberti proprii ad accusandum clericos non recipiuntur, & omnes, quos leges publicæ non recipiunt ad criminum accusationem: **4. q. 6. c. 2.** item omnes infames, hoc est mimi, & turpitudinem passi, haeretici, gentiles, vel judæi, nisi si privatas causas suas prosequantur. *Carth. cap. 130. G. Carthag. VII. c. 1. O 2. L. Afric. c. 95. O 96. L. Raban. cap. 1. de pœnit. Ennod. pro Symmach. Ivo part. 16. c. 64. decret.*

## C A P U T X C V I I I .

Qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus majores natu non habeat accusandi. Si criminofus est, non admittatur. *Carth. II. c. 6.*

## C A P U T X C I X .

**2. q. 7. c. 18.** Quærendum est in judicio, cuius sit conversationis, & fidei is, qui accusat, & is, qui accusatur. *Carth. IV. cap. 96. Callist. epist. 2. cap. 5. Capit. lib. 7. cap. 110. O in additis cap. 10.*

## C A P U T C .

Laicis contra cuiuslibet gradus clericum si quid criminale parant obiicere, dummodo vera fuggerant, proponendi permittimus potestatem. *Epaun. cap. 24.*

## C A P U T C I .

**12. q. 2. c. 5.** Liberto adversus Ecclesiam, cuius juris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. Si præsumperit, placet, ut stante commutatione, in servit utem propriæ Ecclesiæ revocetur, cui nocere conatur. *Tolet. IV. cap. 67. Burch. lib. 3. cap. 176. Ivo part. 3. cap. 237. decret. O part. 16. cap. 65.*

## C A P U T C I I .

**De serv. non ordin. c. 3.** De familiis Ecclesiæ constituere presbyteros, & diacones per parochias liceat, &c. His quoque, sicut & ceteris Ecclesiæ libertis accusandi, vel testificandi adversus Ecclesiam aditus intercluditur, ad quod si aspiraverint, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed tempore necessitatis promeruerunt. *Tolet. IV. cap. 73.*

## C A P U T C I I I .

**3. q. 9. c. 9.** Dignum est, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatorum. Ideo quisquis a qualibet criminatur, non ante accusatus suppicio detur, quam accusator præsentetur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur ad ejus accusationem, non judicetur, nisi ubi pro capite Regia majestatis causa versatur. *Tolet. VI. cap. 11. Worm. cap. 42. Tullen. post epist. synod. Burch. lib. 16. cap. 5.*

## C A P U T C I V .

Scriptum est in Carthaginensi concilio, quod Apostolicæ sedis per Faustum Episcopum, qui tunc ab ea missus interfuit, probavit auctoritas. Accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum. *Ennod. pro Symmac. post princ.*

## C A P U T C V .

Clamat in alio loco Carthaginense concilium, quascumque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus, & nullæ accusationes a judicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus sacculi prohibentur. *Ennod. pro Symmacho ante medium. Vide Carth. VII. cap. 2. Afric. cap. 96. L. Carth. cap. 130. G. Cæsar. lib. 5. cap. 81.*

## C A P U T C V I .

Silvester constituit, ut nullus laicus crimen **4. q. 7. c. 2.** clerico audeat inferre, &c. *Damas. in Silvest. Lud. Imper. lib. 1. tit. 51. de testibus in Longob. Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. O part. 5. cap. 264. decret. Anselm. lib. 3. cap. 23. Cæsaraugust. lib. 5. c. 33. Tarr. lib. 2. cap. 16.*

## T I T U L U S XI.

## DE CALUMNIATORIBUS.

## C A P U T I .

**E**uphemius Episcopus, dum non probasset omenia, quæ testificabatur prima pollicitatione, damnatus est, & accepit anathema, dum non docuisse omnibus, & subscripterunt omnes Episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „Ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te consecravit Coepiscopum, condemnabas, & accusabas“. *Acta contra Polychr. tempore Xysti III. in medio.*

## C A P U T II .

Proditoris nec calumnia, nec vox audiatur. **3. q. 9. c. 20.** *Eleuth. epist. 1. ante finem. Nicen. c. 59. apud Julium epist. 2. cap. 24. Fælix epist. 1. ante medium.*

## C A P U T III .

Deus, fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut injustias removeatis, & præsumptiones abscondatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeat, sed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adjutorium feratis, illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscondatis, &c. Similiter statutum est, & nos eadem statuta firmando statuimus, ut si aliquis clericorum, suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero, curia tradatur, cui diebus vita sua deserviat, & infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. *Fabian. epist. 2. in med. O in fin. Greg. VII. lib. 7. reg. epist. 3. Anselm. lib. 7. cap. 159. Deusd. cap. 4. Tarrac. lib. 2. cap. 23.*

## C A P U T IV .

Revera ibi semper causa agatur, ubi crimen **2. q. 8. c. 4.** admittitur, & qui non probaverit, quod objecit, **Quicrimen. 3. q. 6. c. 1.** poenam, quam intulerit, ipse patiatur, &c. *Fa. & ult. bian.*

bians. epist. 3. cap. 4. Xystus III. epist. unic. cap. 4. Hadrianus Papa cap. 48. ad Episcopum Mediom. Burch. lib. 16. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. panorm. Capitul. lib. 7. cap. 365.

## C A P U T V.

6. q. 1. c. 17. Infames. Omnes, qui adverlus patres arniantur, &c. & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, &c. infames sunt. Steph. epist. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. C' part. 5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. c. 5. Deusd. cap. 3. Cæsar. lib. 3. cap. 28. Tarrac. lib. 2. c. 8.

## C A P U T VI.

Accusationis ordinem talem & didicimus, & servare jubemus, id est, si quis clericorum in criminis imperitur, non statim reus existimet, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam facimus. S-d [quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, &c. nec fore sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam posseat similitudo supplicii. Eutychian. ep. 2. ante med. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 7. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. panorm. C' part. 6. cap. 332. decret. Capitul. lib. 7. cap. 436. C' in additis cap. 152.

## C A P U T VII.

2. q. 7. c. 50. Si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud Episcopos, &c. fuerint accusati, quicumque fuerit, sive ille sit sublimis vir honoris, sive ullus alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit probationis documenta se debere inferre. 2. q. 3. c. 1. [Si quis ergo circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis, intelligat se ja<sup>t</sup>uram infamiae sustinere, ut damno pudoris, estimationis dispendio, discat sibi alienæ verecundiæ impune insidiari, saltem de cœtero non licere. Cajus epist. 1. cap. 3. Anselm. lib. 3. cap. 45.

## C A P U T VIII.

2. q. 3. c. 2. Calumniator talionem recipiat. Damas. ep. 3. 4. q. 4. c. 2. c. 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 23. panorm. C' part. 6. c. 337. decret.

## C A P U T IX.

Scitote me criminari a quodam Bassi, & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit, & facto concilio cum magna examinatione, sati faciens omnibus, licet evadere satis aliter potuisse, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione, & æmulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegant, faciendo formam, exemplumque dans, &c. Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo, ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis Ecclesie. Xyst. III. ep. unic. post prinv.

## C A P U T X.

Si quis circa hujusmodi personas (*loquitur de clericis*) non probanda detulerit, intelligat se ja<sup>t</sup>uram infamiae sustinere, & sub magna excommunicatione exilio deportari. Xystus III. epist.

unic. ante med. Hadr. ad Episcopum Mediom. c. 22. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. const. 41. Anselm. lib. 3. c. 45. Capitul. lib. 7. c. 438.

## C A P U T XI.

Epiphanium presbyterum quorundam sacerdotum litteris criminaliter accusatum, cuius nos, ut volumus, discutentes causam, nihilque in eo objectorum reperientes, ut ad locum suum revertetur, absolvimus. Criminis ergo ejus autores te volumus perscrutari, & nisi qui easdem transmisit epistulas, paratus fuerit hoc, quod objicit, canonici, atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctæ ministerium communionis accedat. Gregor. lib. 3. epist. 24. Januario Episcop.

## C A P U T XII.

Omnis, qui falsa aliis intulerit, puniatur, & s. q. 6. c. 1. pro falsitate ferat infamiam. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 38. vide c. 22. them. 1. Anselm. lib. 3. c. 88. Capitul. lib. 6. cap. 277. C' lib. 7. cap. 348. C' 197.

## C A P U T XIII.

Qui in alterius famam in publico scripturam, s. q. 1. c. 1. aut verba contumeliosa confixerit, & repertus scripta non probaverit, flagelletur, & qui prius ea invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurriere. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 46. Ivo part. 4. c. 156. decret. C' part. 16. cap. 235. decret. Capitul. lib. 7. c. 360.

## C A P U T XIV.

Si quis Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine, dandam ei non esse communionem. Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 58.

## C A P U T XV.

Requirendum a nobis ducitis, quid de eo judicandum sit, qui quemlibet falso criminatus fuerit, & postmodum accusator fallax apparuerit. De hoc quamvis venerandæ leges abunde, quod justum est, innuant, nos tamen potius cum Apostolo vos ad misericordiæ viscera, quam se Deus ad Coless. c. 3. b. super sacrificium velle testatur, semper convevit Matt. 9. b. exhortari. Nice laus ad consulte. Burgar. c. 48.

## C A P U T XVI.

Delator, si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfactus, non nisi in finem accipiat communionem; si levior causa fuerit, intra quinquennium accipiat communionem, si catechumenus fuerit, post quinquennium admittatur ad baptismum. Elib. c. 73. Burch. lib. 6. c. 27. Ivo part. 10. c. 156. decret. Capitul. lib. 6. c. 244. C' lib. 7. c. 205. C' in additis c. 160.

## C A P U T XVII.

Si quis Episcopum, presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. Elib. c. 75. Burch. lib. 2. c. 195. Ivo part. 6. c. 240. decret.

## C A P U T XVIII.

Qui falso accusant fratres suos usque ad extremum non communicent, sed falsus testis juxta scripturam impunitus non sit. Arelat. I. c. 14. Proverb. 19.

CA-

2. q. 3. c. 4.  
Hec pena  
olim usitata  
moderata est  
ab ecclesia  
ut scribit In-  
nocent. epist.  
1. ad Exup.  
cap. 11.  
Proverb. 19.

# 400 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T X I X.

<sup>3. q. 10. c. 2.</sup>  
<sup>\* capitalia.</sup> **Eos, qui falsa fratribus capitula \* objecisse con-**  
victi fuerint, placuit usque ad exitum non com-  
municare, sicut magna synodus ante constituit,  
nisi digna satisfactione pœnituerint. *Arelaten. II.*  
*c. 24. Capitul. lib. 6. c. 241.*

## C A P U T X X.

<sup>1. q. 6. c.</sup>  
<sup>ali.</sup>  
<sup>\* clericum.</sup> **Si quis sacerdotalium per calumniam Ecclesiam,**  
aut clerum \* fatigare temptaverit, & convictus  
fuerit, ab Ecclesia liminibus, & a catholicorum  
communione, nisi digne pœnituerit, coerceatur.  
*Agathens. cap. 32. Vormac. cap. 24. C. cap. 61.*  
*Burch. lib. 15. c. 5. Ivo part. 16. cap. 6. decret.*  
*Anselm. lib. 3. c. 116.*

## C A P U T X X I.

<sup>\* vice.</sup> **Placuit accusandi licentiam in vestris ordinibus,**  
si qua existat, lenitate comprimere, &c. Si  
autem de crimen aliquem putet (*Episcopus*) el-  
se damnandum, accusatoris voce \* discutiendum  
se sciat, fas est enim ut quæ ani probantur, pro-  
bentur ab omnibus. *Vasion. c. 7.*

## C A P U T X X I I.

<sup>2. q. 4. c. 1.</sup>  
<sup>1. Tim. 5.</sup> **Si quis clericum in accusatione fornicationis**  
impedit, secundum præceptum Pauli Apostoli  
duo, vel tria testimonia requirantur ab illo; quod  
si non potuerit datis testimoniis approbare, quod  
dixit, excommunicationem accusati accusator  
accipiat. *Brac. II. c. 8. Burch. lib. 2. c. 202. Ivo*  
*lib. 4. tit. 8. c. 13. panorm. C. part. 6. c. 276.*  
*decret. Capitul. lib. 5. c. 240.*

## T I T U L U S X I I.

### DE CITATIONE.

## C A P U T I.

<sup>1. 2. de accus.</sup>  
<sup>Greg. IX. c.</sup>  
<sup>2. eod. tit.</sup>  
<sup>in 1. coll.</sup> **S**i quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui re-  
cipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. ad sum-  
mos Primates caussa ejus canonice deferatur, qui  
in congruo loco intra ipsam provinciam, tempo-  
re congruo, id est, autumnali, vel æstivo, concil-  
lum regulariter convocare debebunt, ita ut ab  
omnibus ejusdem provinciae Episcopis inibi au-  
diatur, quo & ipse regulariter convocatus, si eu-  
m aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non de-  
tinuerit, adeille debet, &c. Nec a communio-  
ne suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad  
caussam suam dicendam, electorum judicium,  
die statuta, litteris evocatus, minime occurrit,  
hoc est, nisi cum aliqua præoccupaverit necessi-  
tas, infra spatum prædictorum mensium, & eo  
amplius prout causa dictaverit. *Fælix in synod.*  
*LXX. Episc. ep. 2. in princ. Hadrian. Papa c. 5.*  
*in princ. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1. cap.*  
*174. Ivo part. 5. c. 292. decret. Capitul. lib. 7. c.*  
*143. in additis.*

## C A P U T I I.

**Si quis Episcopus legitime accusatus, & ad**  
concilium canonice convocatus fuerit, absque ul-  
la trepidatione ire debet, & si ire non potuerit,  
pro se legatum ad synodum mittat. *Fælix II. in*  
*Syn. Rom. epist. 1. c. 6.*

## C A P U T I I I.

**Si Episcopus accuseretur de aliqua re a fide di-**  
gnis, vocetur ab Episcopis: si venerit, & confessus,  
aut convictus fuerit, poena definitur deli-

eto competens: si vocatus non paruerit, iterum  
vocetur duobus Episcopis ad eum missis: si ne-  
tum quidem pareat, tertio vocetur duobus ite-  
rum Episcopis ad eum missis. Si vero etiam tum  
eos contemnat, neque compareat, synodus defini-  
nit in eum, quod arbitrabitur oportere, ut non  
lucrari videatur fugiendo. *Apost. c. 74.*

## C A P U T I V.

<sup>5. q. 4. c. 2.</sup>  
**Duodecim judices quilibet Episcopus accusa-**  
tus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus cau-  
sa justè judicetur, nec prius audiatur, aut ex-  
communicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eli-  
gantur, & regulariter vocatus \* ad suorum primo \* *vocato eo.*  
conventum Episcoporum, per eos ejus causa ju-  
ste audiatur, & rationabiliter dilcernatur. *Ze-*  
*phyr. epist. 1. ante med. Anselm. lib. 3. c. 41.*  
*Cæsar. lib. 5. c. 41. Tarrac. lib. 2. c. 52.*

## C A P U T V.

**Nullus præfati ordinis (logitur de Episco-  
pis) vir accusari potest, aut respondere suis accu-  
satoribus debet, prius quam regulariter a suo Pri-  
mate vocatus sit, locumque defendendi, & in-  
quirendi accipiat ad abluenda crimina. *Steph. ep.*  
*2. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 177. Ivo part. 5. c.*  
*293. decret.***

## C A P U T VI.

**Ecclesiasticam sequentes regulam, vos, & illos**  
Romæ regulariter ad judicium die statuta, non  
sub angusto temporis spatio, ut excusatio locum  
non inveniat, litteris, & apocrisiariis evocavimus.  
Illique vocatione suscepta ad diem institutum ve-  
nire, sed vos, ne vestris mendaciis caperemini,  
vestraque calumnia eoudaretur, venite distulisti.  
*Jul. epist. 2. in princ.*

## C A P U T VII.

**Vocatio ad synodum, juxta decreta patrum**  
<sup>5. q. 2. c. 1.</sup>  
canonica, ejus, qui impetratur, tam sua præsen-  
tia, quam & scriptis, atque apocrisiariis, per spati-  
um fieri debet congruum, atque canonicon, quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, &  
canonica ordinatione, licet evenierit ad conven-  
tum, quacumque necessitate, nisi sponte volue-  
rit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus,  
quoniam nec sæculi leges hoc permittunt fieri,  
quanto magis divinæ? *Damas. epist. 3. cap. 4.*  
*Burch. lib. 1. cap. 156. Ivo part. 5. cap. 266. de-  
cret. Anselm. lib. 3. c. 46. Tarrac. lib. 2. c. 65.*

## C A P U T VIII.

**Clericus, sive laicus si criminis, aut lite pulsa-**  
<sup>11. q. 1. c.</sup>  
tus fuerit, non alibi, quam in foro suo provoca-  
tus audiatur. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 33.*  
*vel 35. Anselm. lib. 3. cap. 88.*

## C A P U T IX.

**Si quis Episcopus accuseretur, apud Primates**  
<sup>4. q. 5. c. 1.</sup>  
provincie accusator introducat caussam, sed non  
prohibeat a communione accusatus, nisi ad de-  
fensionem in judicium electorum ad judicandum  
non compareat vocatus per litteras ad certum  
tempus, puta intra measim a die, qui receperisse  
litteras constat, &c. *Carth. cap. 10. G. Carth. III.*  
*cap. 7. L. Tullen. post epist. syn. Burch. lib. 1.*  
*cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 2. panorm. C.*  
*part. 5. cap. 270. decret. Anselm. lib. 3.*  
*cap. 38.*

TI.

TITULUS XIII.  
IN ACCUSATIONE PRÆSENTES  
DEBENT ESSE ACCUSA-  
TOR, ET REUS.

CAPUT I.

*De accus. c. 24. Qualiter, & quando, 2. ap. Greg. IX. & in 4. coll. eod. tit. Festus Romanus Praeses. cap. 4.* NON est consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accusatur, prælentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Act. cap. 25. d. 418*

nullus accusare, vel accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Nec absente eo, quem accusare voluerit, cuicunque accusatori credatur. *Callist. epist. 2. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo part. 5. c. 289. decret. Anselm. lib. 3. cap. 54.*

CAPUT X.

Omnia, quæ adversus absentes in omni nego- 3. q. 9. c. 4.  
tio, aut loco aguntur, aut judicantur, omnino evancentur, quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *Cornel. epist. 1. cap. 2. An- selm. lib. 3. cap. 57. Capit. lib. 7. cap. 143. in addit. Tarrac. lib. 2. cap. 61.*

CAPUT XI.

Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed 2. q. 8. 6.  
propria voce, si legitima & condigna accusatoris ulti.  
persona fuerit, præsente videlicet eo, quem ac-  
cusare desiderat, quia nullus absens, aut accusare  
potest, aut accusari. *Steph. ep. 2. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 177. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 1. panorm. C part. 5. cap. 293. C part. 6. cap. 328. decret. Tarrac. lib. 2. cap. 9.*

CAPUT XII.

Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo, cu- 3. q. 9. c. 2.  
jus caussa ventilatur, sententiam proferant, quia  
irrita erit, qui etiam rationem pro actione fra-  
trum in præsentia dabunt. *Felia epist. 1. ante med. Nicæn. cap. 61. apud Jul. epist. 2. cap. 24.*

CAPUT XIII.

Crimina, quæ Episcopis impingere dicis, per  
alios non sinas ullo modo fieri, nisi per ipsos, qui  
crimina intendunt, &c. *Dionys. epist. 2. in med.*

CAPUT XIV.

Nec oportet quemquam judicari, aut damnari, 3. q. 9. c. 5.  
antequam suos accusatores præsentes habeat, lo-  
cumque defendendi accipiat spatiolum ad  
abluenda crimina. *Jul. epist. 2. cap. 31. Marcell. epist. 2. ante med. Damas. epist. 6. in fin.*

CAPUT XV.

Nullus introducatur personaliter, sed accusa- 4. q. 4. c. 2.  
tores, & accusati æqua audiantur ratione, juxta  
quod gestorum ordo exigit. *Damas. epist. 3. cap. 7. Ivo part. 6. cap. 337. decret.*

CAPUT XVI.

Habetur quoque in decretis sanctorum Pa- 3. q. 9. c. 6.  
trum lancitum, non fore canonicum, quequam  
sacerdotem judicare, vel damnare, antequam  
accusatores canonice examinatos præsentes ha-  
beat. *Damas. epist. 3. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 347. decret.*

CAPUT XVII.

Relatum est ad sedem Apostolicam, vos accu- 5. q. 2. c. 3.  
sationes fratrum per scripta suscipere absqus le-  
gitimo accusatore, quod deinceps in omni orbe  
terrarum fieri Apostolica auctoritate prohibe-  
mus, &c. nec unquam prius per scripta eorum, 11. q. 3. c.  
qui accusantur, causam discutere, quam per 76. Eorum.  
querulantium institutiones vocati, canonice ad  
synodus veniant, & præsens per præsentem  
agnoscat veraciter & intelligat, quæ obiciuntur  
ei, &c. Nam & Dominus noster Jesus Christus 11. q. 1. c.  
Judam furem esse sciebat, sed quoniam non est 17. De ma-  
præsentialiter accusatus, ideo non est ejectus. nifestum.

Eee Nec

*8. q. 9. c. 12. \* factio. cto \* dabunt. Eleuth. epist. unic. cap. 3. Carth. IV. cap. 30. Hadrian. c. 49. ad Episc. Mediom. Ivo part. 6. cap. 319. decret. Anselm. lib. 3. c. 28. Capit. lib. 6. cap. 279. C lib. 7. cap. 219. Burch. lib. 16. cap. 14. Cæsar. lib. 3. cap. 65. Tarrac. lib. 2. cap. 58.*

CAPUT VI.

*8. q. 9. c. 2. Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo, cu-  
jus caussa ventilatur, sententiam proferant, quia  
irrita erit, immo & caussam in synodo profe-  
cto \* dabunt. Eleuth. epist. unic. cap. 3. Carth.  
IV. cap. 30. Hadrian. c. 49. ad Episc. Mediom.  
Ivo part. 6. cap. 319. decret. Anselm. lib. 3. c.  
28. Capit. lib. 6. cap. 279. C lib. 7. cap. 219.  
Burch. lib. 16. cap. 14. Cæsar. lib. 3. cap. 65.  
Tarrac. lib. 2. cap. 58.*

CAPUT VII.

*3. q. 8. c. 2. Absens vero nemo judicetur, quia & divinæ,  
in fin. & humanæ hoc prohibent leges. Zephyr. epist. 1.  
3. q. 9. c. 13. post princ. Burch. lib. 16. cap. 13. Anselm. lib.  
3. cap. 58. Ivo part. 5. cap. 245. decret.*

CAPUT VIII.

*3. q. 8. c. 1. Nullus doctorem per scripta accuset, nec nisi  
fidelis & legitimo, qui etiam irreprensibilem  
vitam, ac conversationem ducat, accusatori re-  
spondeat, &c. Callist. epist. 1. cap. 2. Burch.  
lib. 1. cap. 135. Ivo part. 5. cap. 234. decret.*

CAPUT IX.

*3. q. 8. c. 1. Rimandæ sunt enucleatim personæ accusato-  
rum, quæ sine scripto difficile, per scriptum au-  
tem nunquam recipiantur, quia per scripturam  
Tom. VI.*

Nec nos ullo modo agere oportet, quod ille noluit facere, leges enim sæculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed tæpissime clamant, nec accusationes, nec testimonia ulla perscripta posse proferri, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Si militer & qui accusare alium elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crima. Curandum quoque est, ne ira quemquam subripiat, faciatque citius, quod non licet. *Damas. ep. 6. in princ. C. in fin. Anselm. lib. 3. c. 47. Capitul. lib. 5. cap. 244. Ivo part. 6. c. 148. decret.*

## C A P U T XVIII.

Placuit, ut nullus Episcopus quemquam clericorum judicare, aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crima. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 20.*

## C A P U T XIX.

*3. q. 3. c. 3.* In criminalibus caussis nec accusator, nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defensare permittitur. *Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 35. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 4. panorm. Anselm. lib. 3. c. 88. Tarrac. lib. 4. c. 54.*

## C A P U T XX.

*e. q. 6. c. 39.* Si quando in caussa capitali, vel in caussa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum. *Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 41. Anselm. lib. 3. cap. 88. Capitul. lib. 7. cap. 337. C. in addit. cap. 140.*

## C A P U T XXI.

Accusationem per litteras, & absente qui accusat, facri canones non recipiunt. *Greg. VII. lib. 1. registr. epist. 66.*

## C A P U T XXII.

Novit fraternitas tua, quod personis absentibus accusationem per scripta canonica non probet auctoritas, nec absque partium disceptatione per cognita in examinatione recipiat caussas. *Greg. VII. lib. 2. registr. epist. 4.*

## C A P U T XXIII.

*3. q. 9. c. 9.* Dignum. Quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus suppicio detur, quam accusator præsenteretur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. *Tolet. VI. cap. 11. Vorm. cap. 42. Tullen. post epist. synod. Burch. lib. 16. cap. 5.*

## C A P U T XXIV.

Quomodo est possibile, altero accusato, pro eo alterum dicere? *Flavian. in syn. CP. aduersus Eutych. act. 4. cuius mentio fit in concil. Chalc. act. 1. ante med.*

## T I T U L U S XIV.

## DE LIBELLO ACCUSATORIS.

## C A P U T I.

*2. q. 8. Ac-*  
*cusator, c. 1.* **R**imandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipientur, quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, &c.

*Callist. epist. 2. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 171.*  
*Ivo part. 5. cap. 289. decret. Anselm. lib. 3. c. 54.*

## C A P U T II.

Si quis iratus crimen aliquod culibet temere *2. q. 3. c. 5.* objecerit, convictionem non est pro accusatione ha- *de pœnit. d.* bendum, sed permissio tractandi spatio id, quod *1. c. 22.* iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur; ut si fortasse relipiscens, quæ per ira- cundiam dixit, iterare, aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo, qui *2. q. 8. c. 4.* crimen obiicit, scribat se probaturum. *Fabian. epist. 3. cap. 4. Xyst. III. epist. 1. cap. 3. C. 4. Hadr. cap. 47. C. 48. ad Episc. Mediom. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 21. panorm. C. part. 6. c. 324. decret. Anselm. lib. 3. cap. 79. Burch. lib. 16. cap. 3. Capitul. lib. 7. cap. 364. C. 365.*

## C A P U T III.

Si Primates accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonice convocatam, non intra angusta tempora canonice convocent, & non prius quam eis per scripta significant, quid eis opponitur, ut ad responsionem præparati adveniant, &c. *Felix II. C. syn. Rom. epist. 1. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 221. Ivo part. 5. cap. 355. decret.*

## C A P U T IV.

Hincmarus Archiepiscopus dixit: „Habetis *De libell.* oblat. c. 1. ap. Greg. IX. coll. 1. eod. libellum reclamationis, aut postulationis, sic „ut Ecclesiastica se habet traditio“. Illi au- tem responderunt, se præ manibus nullum libel- lum habere. Hincmarus Archiepiscopus dixit: „Legum Ecclesiasticarum consuetudo, & auto- ritas talis est, ut in caussis gestorum semper scripturam requirant, adeo ut qui ad sacram fontem accedit, suum dare nomen præcipia- tur: qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur; ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere jubetur, qui etiam ab Ecclesiastica so- cietate quolibet excessu discinditur, libellari inscriptione, aut recipitur, aut delicitur. Sed qui accusatur, aut qui excommunicatur, re- conciliatus per scripturam acculari, vel re- conciliatus commendari jubetur“. *Synod. apud S. Medard. in caussa Hincmari in princ. Burch. lib. 2. cap. 197. Ivo lib. 6. cap. 269. decret.*

## T I T U L U S XV.

## DE INSCRIPTIONE.

## C A P U T I.

**S**i quis non hereticus, non excommunicatus, non judicatus, non accusatus dicat se habere Ecclesiasticam accusationem contra Episco- sum, ante omnes Episcopos provinciæ instituat accusationes, & illic probet crima Episcopi. Si vero nequeant provinciales corrigere illata crimina, tunc ad majorem synodum Episcoporum veniant, quam illa erat, neque ante accusatio instituantur, quam se simili poenæ (accusatores) inscribant, subiuri eam, si quid per calumniam in- tendant. *CP. cap. 6. G.*

## C A P U T II.

*De accus. c. 24. Quali- ter, & quan-*  
*do, ap. Greg. IX. c. 4. eod.* Sancti patres provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis coll.

CO-

columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibetur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Prælatis, ne criminentur injuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet, ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitatis, id est, degradationem intendit, nisi legitima procedat \* inscriptio, nullatenus admittatur, &c. Sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denuntiationem charitativa admonitio. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 8.*

## C A P U T III.

*Omnis, qui crimen obiicit, scribat se probaturum, &c. Revera semper ibi caussa agatur, ubi crimen admittitur, & qui non probaverit, quod objecit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur. Fabian. epist. 3. c. 4. Xyst. III. epist. unica c. 4. Hadrian. Papa c. 48. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 16. c. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. panorm. O part. 6. c. 324. decret. Anselm. lib. 3. cap. 79. Capitul. lib. 7. cap. 365. Caesar. lib. 5. cap. 52. Tarrac. lib. 4. c. 40.*

## C A P U T IV.

*Accusationis ordinem tales & didicimus, & servari jubemus, id est, si quis clericorum in criminis impeditur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam faciamus. Sed [quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis estimatione potiatur. Nec fore sibi noverit licentiam mentendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Eutych. epist. 2. cap. 2. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 7. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. panorm. O part. 6. c. 332. decret. Capitul. lib. 7. c. 436. O in addit. c. 152.*

## C A P U T V.

*Accusatores, & judices non iidem sint, sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat: quia ante inscriptionem nemo debet judicari, vel damnari, cum & sculpi leges hæc eadem retineant, de quibus omnibus vera semper fiat æquitas\*: quatenus accusationis, & judicij, ac testimonij mercedem, per veritatem gestorum, consequi valeant, &c. Damas. ep. 3. cap. 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 23. panorm. O part. 6. cap. 337. decret.*

## C A P U T VI.

*Qui alium accusare elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Damas. ep. 6. in fin. Ivo part. 6. c. 348. decret. Anselm. lib. 3. c. 47.*

## C A P U T VII.

*Scitote me criminari a quodam Bassu, & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate synodum congregari iusfit, & facto concilio cum magna examinatione*

satisfaciens omnibus, licet evadere satis aliter potuisse, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione, & æmulatione liberans; sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum scriptum sit: *Si quis crimen obiicere voluerit, scribat se prius probaturum; & alibi: Criminaciones adversus doctorem, nemo recipiat;* & iterum: *[Si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud Episcopum, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit, sive ille sublimis vir honoris, sive ullius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arriperit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Xyst. III. ep. unic. c. 1. Cajus ep. 1. c. 3. Constit. 41. tit. 2. lib. 16. Cod. Theod. Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 22. O 48. Anselm. lib. 3. cap. 45. Capitul. lib. 7. cap. 438.*

## C A P U T VIII.

Non licet presbytero, nec diacono, quemquam inscribere, sed in vice sua, si caustam habuerit, aut fratrem, aut quemcunque secularis roget. *Antifiod. c. 41.*

## T I T U L U S XVI.

## DE DEFENSIONE NON NEGANDA.

## C A P U T I.

*N*ullus præfati ordinis vir (*loquitur de Episcopis*) accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, prius quam regulariter a suo Primate vocatus sit, locumque defendendi, & inquirendi accipiat ad abluenda crimina. *Steph. ep. 2. cap. 4. Burchard. lib. 1. cap. 177. Ivo part. 5. c. 293. decret. vide Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 20.*

## C A P U T II.

Non oportet quemquam judicari, vel damnari priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Marcell. epist. 2. ante med. Damas. epist. 6. in fin. Jul. epist. 2. cap. 31. ad Orientis Episcopos.*

## C A P U T III.

Tempus congruum prævideri oportet, quando uniuersusque accusatae personæ caussa rectissime in medio producatur, &c. Nullus autem introducatur personaliter, sed accusatores, & accusati æqua audiantur ratione, juxta quod gestorum ordo exigit. *Damas. ep. 3. c. 7. Ivo part. 6. c. 337. decret.*

## T I T U L U S XVII.

## DE DILATIONIBUS.

## C A P U T I.

*P*rocul (spoliatus) cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisque libere, atque secure diu suis, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, aut sex, aut septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit & non ante, convocatus ad tempus concilio in legitimo, & canonico, veniat ad caussam; & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. *Felix in syn. LXX. Episc. ep. 2. post princ. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 5. panorm. O part. 5. Eee 2. c. 248.*

## 404 Juris Pontificii Veteris Epitome

c. 248. *decret. Hilian. Papa cap. 5. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.*

### C A P U T II.

Si sacerdotes humana multipliciter explorantur homines lege, & requisitiones, atque inducuntur eis multorum mensū conceduntur, ne injuste damnentur, quanto magis Episcopis, qui proximiores sunt Deo, & super eos constituti, politique in cælesti militia, quæ impensius ponderanda est, tempora sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam graventur, aut opprimantur, vel subiuro damnentur? *Fælix II. in syn. Rom. ep. 1. in princ.*

### C A P U T III.

*3. q. 2. c. 4.* Si Primate accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonice convocatam, non infra angusta tempora, canonice convocent, & non prius, quam eis prescripta significent, quid eis opponitur, ut ad responsonem preparati adveniant, &c. *Fælix II. in synod. Rom. ep. 1. c. 3. Burch. lib. 1. c. 221. Ivo part. 5. c. 315. decret.*

### C A P U T IV.

Si quis Episcoporum fuerit suis rebus spoliatus, aut a sua Ecclesia vi, aut timore expulsus, quod omni christiano nomini est inimicum, oportet, & decent Episcoporum propositum, semper prima fronte cedere, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, & Praefat prius restituatur, & postea non statim, sed diu, & per spatiola tempora suis potestate depositis, & ad suam necessitatem preparatis, ad tempus veniat ad caußam; & si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis. *Fælix II. in syn. Rom. sp. 1. c. 4. Jul. ep. 2. c. 35.*

### C A P U T V.

*3. q. 2. c. 6.* Si quis aliter non acquieverit, nisi ut Episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debet, quia aliter rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati caußam accusator apud Primate canonice deferat, nec a communione prohibetur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres, aut sex, vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit, &c. Ille vero, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus spoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrantur. Et tamdiu in sede propria pacifice, & potestate cuncta disponens residueat, quamdiu expulsus, vel spoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit, indaciat ei petenti a patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & judices a se electi tribuantur, &c. *Fælix II. in syn. Rom. ep. 1. c. 8. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 8. C. tit. 8. c. 16. panorm. Anselm. lib. 3. c. 52.*

### C A P U T VI.

*3. q. 3. c. 2.* De induciis vero Episcoporum, &c. diversas a patribus regulas invenimus constitutas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & suas preparandas responiones, & testes confirmandos, & concilia \* Episcoporum, atque amicorum querenda, annum, aut \* sex man-

daverunt menses concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant: minus vero, quam sex menses non reperiunt, quia & laicis haec indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? &c. Induciat namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio, concedendæ sunt, ut accusati se præparare, & universos communicatores in provinciis positos convenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant. *Fælix II. in syn. Rom. epist. 1. cap. 20. Burch. lib. 1. c. 180. Ivo part. 5. c. 296. decret. C. lib. 4. tit. 9. c. 2. panorm.*

### C A P U T VII.

Induciat non modicæ ad inquirendum dandæ *3. q. 3. c. 3.* sunt, ne aliquid præproperè agi a quacunque parte videatur, quia per surreptionem multa proveniunt. *Eleuth. ep. unic. c. 2. Ivo lib. 4. tit. 9. c. 3. panorm. C. part. 6. c. 317. decret. Anselm. lib. 3. c. 53.*

### C A P U T VIII.

Pulsatus ante suum judicem caußam dicat, & *3. q. 6. c. 3.* ante non suum judicē pulsatus, si voluerit, taceat, & ut pulsatis, quotiens appellaverint, induci et dentur. *1. Si quis ergo iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convitū non est pro accusatione habendum, sed permilio tractandi spatio, id, quod iratus dixit, per scripturam se probatum esse fateatur: ut si fortasse resipiscens, quæ præ iracundia \* dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut \* per irareus criminis teatetur. Fabian. epist. 3. c. 3. C. cundiam.*

*2. q. 3. c. 5. C. de pœnit. dist. 1. c. 22.*

*4. Xyst. III. in epist. ad Orientis Episc. c. 3. Hadrian. Papa c. 56. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 16. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. C. tit. 12. c. 1. in fin. panorm. C. part. 6. c. 323. C. 324. decret. C. epist. 239. ad Gumbald. Antisiod. Episc. Anselm. lib. 3. cap. 73. C. 79. Capitul. lib. 7. c. 364. C. 367. Cæsar. lib. 5. c. 52. Tarac. lib. 4. c. 40.*

### C A P U T IX.

Nullus præfati ordinis vir (*logitur de Episcopis*) accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo Primate vocatus sit, locumque defendendi, & inquirendi accipiat ad abluenda \* crima. *Steph. ep. 2. cap. 4. Burchard. lib. 1. c. 177. Ivo part. 5. c. 293. decret.* *\* abluendi.*

### C A P U T X.

Qualiter ad concilium veniatur, &c. aut qualiter ejus est, & spoliatis sunt omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata sunt, &c. & qualiter illis induciæ post integrum restitutionem anniversaria, vel sex mensium indulgendas sint, &c. sufficienter ab Apostolis, eorumque successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. *Cajus ep. 1. c. 3.*

### C A P U T XI.

His rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum juste videtur, suis respondeat *spo-liatus* accusatoribus, & induciæ, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, ut explorare valeat ea, quæ obliuiciuntur ei, ne aliqua delusus fraude, ianocenter ruat, quoniam non oportet quemquam judicari, vel damnari, priusquam prælentes legitimos habeat accusatores, locumque de-fen-

*2. q. 9. c. 5. Non oportet.*

fendendi accipiat ad abluenda crimina. *Marcell.*  
*ep. 2. ante med.*

C A P U T XII.

*z. g. z. c. 6.* Prius oportet omnia (*spoliatis Episcopis*) le-  
Prius ergo. gibis redintegrari, & Ecclesiæ, quæ eis sublatæ  
fuerint, cum omni privilegio sibi restitui, & post-  
modum non sub angusti temporis spatio, sed tan-  
tum temporis spatium eis indulgeatur, quantum  
spoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad  
synodum convocentur, &c. *Euseb. epist. 2. in*  
*fin. Symmac. in syn. V. Rom. in med. Joann. ep.*  
*1. in princ. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 7. panorm. C*  
*part. 5. c. 249. decret. Anselm. lib. 3. c. 51.*  
*al. 44.*

C A P U T XIII.

Nec oportet quemquam judicari, aut damna-  
ri, antequam suos accusatores præsentes habeat,  
locumque defendendi accipiat spatiolum ad ab-  
luenda crimina. *Jul. epist. 2. c. 31. Damas. epist.*  
*6. in fin. Capitul. lib. 7. c. 184.*

C A P U T XIV.

*3. q. 3. c. 4.* Inducias accusatis in criminalibus Episcopis  
sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, con-  
cedenda sunt: quoniam & laieis hoc permisum,  
nullus saecularibus imbutus disciplinis ignorat,  
quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis  
*3. q. 9. c. 6.* non dubitantur? Habetur quoque in decretis  
sanctorum patrum sanctum, non fore canonici-  
cum, quemquam sacerdotum judicare, vel da-  
mnare, antequam accusatores canonice examina-  
tos præsentes habeat, locumque defendendi ac-  
cipiat, id est, inducias Ecclesiasticas ad abluenda  
crimina. *Damas. epist. 3. c. 8. Ivo lib. 4. tit. 9.*  
*c. 1. panorm. C part. 5. c. 287. C part. 6. c.*  
*347. decret. Tarrac. lib. 6. c. 146.*

C A P U T XV.

*De pre-  
sumpt. Nul-  
lus. c. 4.* Confitetur d: omnibus, quisquis se subterfu-  
gere judicium dilationibus putat, &c., Dilatio-  
*apud Greg.* „ nem tamen dedimus, & decrevimus, vestrum de-  
*IX. & eod.* „ bere intra provinciam esse judicium, & con-  
*tit. in 1. coll.* „ gregari synodum ante diem Kal. Novembr. “,  
„ &c. Bonifac. epistol. 2. in princ. C in fin.  
*Burch. lib. 1. c. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 1. pa-*  
*norm. C part. 5. c. 271. decret. Anselm. lib. 3. c. 34.*

C A P U T XVI.

*3. q. 9. De-  
cernimus, c.* Illud studere te convenit, ut hi, qui contra  
quoslibet jurisdictioni tue suppositos caosam  
habuerint, nullis apud fraternitatem tuam frustra-  
toris debeat dilationis bulacestiri, ne ad fatiga-  
tionem, & dannum alterius haec tibi servasse pri-  
vilegia videamur. *Greg. Fortunato Episc. Nea-  
polit. lib. 5. regis. epist. 11.*

C A P U T XVII.

*4. q. 5. c. 1.* Si veras & necessarias causas ostendat (*Episco-  
pus*) cur prohibitus sit comparere ad defensionem  
eorum, quæ contra ipsum proposita sunt, intra  
alterum mensem audietur. Post eum mensem non  
communicabit, donec absolvatur. Si vero ad sy-  
nodum anniversaria omnium comparere nolue-  
rit, ut etiam illic terminetur, inde se condemnata  
se videtur. *Carth. c. 19. G. Carthag. III. cap. 7.*  
*L. Trull. post epist. synod. Burch. lib. 1. c. 160.*  
*Ivo lib. 4. tit. 10. c. 2. panorm. C part. 5. cap.*  
*270. decret. Anselm. lib. 3. c. 33.*

C A P U T XVIII.

Dicit Petrus (*Episcopatu pulsus*) se suam qui-  
dem posse causam probare, sed defensionis tem-  
pus sibi non esse datum, nec auditionem canonici-  
cam sibi fuisse propositam. Sin autem tale quid  
factum esset, ipsa actorum producione eum con-  
vinceret, & vel ostenderetur eum propriæ sua cri-  
mina condemnatum, nec esse quod se injuria af-  
fectum esse diceret, vel eum absolutum pronun-  
cians, rursus concederet, ut præcesset Ecclesiæ,  
eaque illius manu, potestatique subesset. Cum  
autem nihil factum sit ejusmodi, de re quidem  
alta voce queritur, & intollerabilem injuriam se  
dicit accepisse, & inique ejectum esse; adiiciens  
omnes quoque, quas habebat pecunias, esse sibi  
sublatas. Tua itaque pietas sciens, & quod divinis  
canonibus videatur, & quod Ecclesiæ convenit,  
iisque qui sunt in sacro ministerio initiati, & no-  
strarum præterea litterarum aliquam rationem  
ducens, fistat seni lacrymas, & si velit quidem  
cum iis judicio contendere, qui crimina in eum  
intendunt, pro tua pietatis consuetudine litiget,  
una adiutentibus scilicet, qui tuæ manu sublunt,  
Episcopis, præterquam & non aliquos recusat ut  
suspectos: nullum enim religiosissimum Epi-  
scoporum in fratrem inimico esse animo credi-  
mus. Ne autem hic prætextus, futurum de eo ju-  
dicium dissolvat, ut non jure factum esse videa-  
tur, non grave est, a confessu abesse eos, qui su-  
specti sunt. *Cyrillus Episcop. Alexand. ad Do-*  
*minum.*

T I T U L U S XVIII.

DE REO CONTUMACE.

C A P U T I.

*A* Dversus citatum ter, & contumacem sen-  
tentia lata. *In syn. Ephes. C Chalc. mul-*  
*tis in locis, maxime in hac act. 3. vide Evagr.*  
*lib. 1. hist. c. 2.*

C A P U T II.

Debet esse presensis, contra quem facienda est  
inquisitio, nisi per contumaciam absentaverit.  
*Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 8.*

C A P U T III.

(*Anastasium Cardinalem*) auctoritate suffulti  
canonica, Apostolicis litteris per tertiam, &  
quartam vicem vocavimus; & ubi redire distulit,  
congregatis Episcoporum conciliis, cum eum  
non potuissimus videre, vel habere speciali pre-  
sentiam, communis eum decreto sancta commu-  
nione privavimus, volentes siquidem suam, per  
hujus excommunicationis censuram, ad gremiu-  
mum sanctæ, quo discesserat, matris Ecclesiæ per-  
sonam reducere, &c. Post nodum vero, &c. ex-  
pedientibus nobis usque ad diem statutum, &  
ultra, præfatus presbyter non advenit; post trans-  
actum autem placitum, dum eum mandatis no-  
stris temere renitentem conspexissemus, &c. ne ul-  
teriorius suo exemplo Ecclesiasticus ordo confunde-  
retur, & Christianitatis religio profanaretur,  
anathematis eum vinculo cum sacerdotorum no-  
strorum consensu innodavimus. *Leo IV. in actis*  
*syn. Rom. contra Anastas.*

C A P U T IV.

Si quis aliter non acquieverit, nisi ut Episco-  
pum

*De accus. c.*  
*24. ap. Gr.*  
*IX. & c. 4.*  
*eod. tit. in 1.*  
*coll.*

pum accuseret, supra taxato hoc tenore agere debet, quia aliter rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati causam accusator apud Primates canonice deferat, nec a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres, aut sex, vel plures menses, pro suis rationem redditurus venire distulerit. *Felix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 8.*

## C A P U T V.

Si Episcopus accusetur de aliqua re a fide dignis, vocetur ab Episcopis. Si venerit, & confessus, aut convictus fuerit, pena definiatur convicto competens. Si vocatus non paruerit, iterum vocetur duobus Episcopis ad eum missis. Si etiam sic non obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rursus missis Episcopis. Si vero etiam tum eos contemnat, neque compareat, synodus definit in eum, quod arbitrabitur oportere, ut non lucrari videatur fugiendo. *Apost. c. 74.*

## C A P U T VI.

*De presumpt. c. 4. apud Greg. IX. c. 5. eod. sit. in 1. coll.* Nullus dubitat, quod ita judicium necens subsumpt. c. 4. terfugit, quemadmodum innocens, ut absolvatur, requirit, &c. Nec suspicione caret, qui alium calumniis derogat, falsa dixisse, cum ipse ad judicium, ut probet, quae intulit, evocatus venire distulerit, &c. *Jul. ep. 2. in princ. Burchard. lib. 1. c. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 1. C<sup>o</sup> ult. panorm. C<sup>o</sup> part. 5. c. 271. decret. Anselm. lib. 3. c. 34. C<sup>o</sup> 84. decret.*

## C A P U T VII.

*z. q. 9. c. 10. Decernimus. in fin. \* vocati.* Manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties accusati \* absque inevitabili causa venire distulerint, & purgandi se voluntate non utuntur. *Julius ep. 2. c. 1.*

## C A P U T VIII.

*De presumpt. c. 4. apud Greg. IX. c. 5. eod. sit. in 1. coll.* Conventus etiam dicitur evitasse, & adesse minime voluisse (*M. xximus.*) Et nullus dubitat, quod ita judicium nocens subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui est innocens, querit. Sed astuta cavillatio eorum, qui versutis agendum credunt esse consiliis, numquam innocentiae nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere judicium dilationibus putat, &c. „ Dilationem tamen deditimus, & decrecernimus, „ virum vestrum debere intra provinciam esse „ judicium, & congregari synodum ante diem „ Kal. Novembr. ut si adesse voluerit, praesens, „ si confidit, ad objecta respondeat, si vero ades- „ se neglexerit, dilationem sententiae de absen- „ tia non lucretur“; nam manifestum est con- fiteri eum de crimen, qui indulto, & totiens de- legato judicio purgandi se occasione non utitur, nihil enim interest, utrum in praesenti examine omnia, quae dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia, &c. *Bonifac. ep. 2. in princ. C<sup>o</sup> in fin. vide Jul. ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 1. C<sup>o</sup> ult. panorm. C<sup>o</sup> part. 5. c. 271. decret. Anselm. lib. 3. c. 34. C<sup>o</sup> 84.*

## C A P U T IX.

*z. q. 3. c. 9. Placuit.* Ob negligentiam suam excommunicatus Episcopus, vel clericus, si antequam audiatur, communicaverit, ipse contra se sententiam tulit.

*Carthag. cap. 29. G. Corpus canon. Carthag. c. 29. L. Burch. lib. 1. c. 200. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 22. panorm. C<sup>o</sup> part. 5. c. 314. C<sup>o</sup> part. 14. c. 39. decret. Anselm. lib. 12. c. 27. Capitul. lib. 5. c. 28. C<sup>o</sup>esar. lib. 14. c. 28.*

## C A P U T X.

Si quis Episcopus accusetur apud Primates *4. 7. 5. c. unic.* provinciae, accusator introducat causam, sed non prohibeatur a communione accusatus, nisi ad defensionem in judicium electorum ad judicandum non compareat vocatus per litteras ad certum tempus, puta intra mensem a die, qua receperisse litteras constet. Sed si veras, & necessarias causas ostendat, cur prohibitus sit comparere, ad defensionem eorum, quae contra ipsum proposita sunt, intra alterum mensem audietur. Post eum mensem non communicabit, donec absolvatur. Si vero ad synodum anniversariam omnium comparare noluerit, ut etiam illic causa terminetur, ipse se condemnasse videtur. *Carth. c. 19. G. Carthag. IV. c. 7. L. Tullen. post ep. Synod. Burch. lib. 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 2. panorm. C<sup>o</sup> part. 5. c. 270. decret. Anselm. lib. 3. c. 33.*

## C A P U T XI.

Cum clericis condemnatis, & convictis de aliquo criminis, vel propter Ecclesiae notam, vel pudorem eorum, vel ob haereticorum, & gentilium exprobationem, si adesse velint in causa, & de sua innocentia docere, intra annum excommunicationis id fiat, post annum non audiantur. *Carthag. cap. 80. G. Carthag. V. cap. 12. L. Afric. cap. 46. Vormac. cap. 71. L. Anselm. lib. 12. cap. 28.*

## C A P U T XII.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum spoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & contempserit, invicem mox scripta percurrent per omnes provinciae Episcopos, & quoscumque audire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediatur, & reddat aliena. *Tolet. I. c. 11. Anselm. lib. 7. c. 164.*

## C A P U T XIII.

Illi ex Pontificibus sententiam (*excommunicationis*) merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum admoniti a Metropolitano distulerint emendare, atque compescere; aut si admoniti, ut in judicium primae sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet. XIII. c. 8.*

T I T U L U S XIX.  
DE EXCUSATIONE NON COM-

## PARENTIS.

## C A P U T I.

*S*i ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est nisi eum aliqua præoccupaverit necessitas infra spatium prædictorum mensium (*quatuor, vel quinque, vel sex*) & eo amplius, prout causa dicta- ve-

verit. *Felix in synod. LXX. Episcoporum, epist. 2. ante med. Hadr. ad Episcop. Mediomatr. cap. 5. them. 4. vide Carthag. cap. 19. G. Carthag. III. cap. 7. L. Burch. lib. 1. cap. 51. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 7. panorm. O part. 5. cap. 161. decret. Capit. lib. 7. cap. 143. in addit. Cæsar. lib. 4. cap. 118.*

## C A P U T II.

*Si quis Episcopus accusatus, & ad concilium canonice convocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debet, & si ire non potuerit, pro se legatum ad synodum mittat, &c. Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Felix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 6. O 8.*

## C A P U T III.

Multum stupeo, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius judicaveras, quam quod vocatus adeste differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri, praesertim cum & si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta scriberem. *Lea epist. 82. in princ.*

T I T U L U S XX.  
DE DESERTORE ACCUSATORE.

## C A P U T I.

*S*tatuimus, non ita in Ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in secularibus: nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare coepit, non licet ei ante peractam causam recedere: in Ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit. *Eusych. epist. 2. ante med. Fælix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 16. Anselm. lib. 3. cap. 70. vel 73. Ivo part. 6. cap. 336. O lib. 4. tit. 8. cap. 16. panorm.*

## C A P U T II.

*De pre-  
sumpt. c. 4. Nullus dubitat, quod ita negotium nocens sub-  
terfugit, quemadmodum innocens, ut absolu-  
tum est. Greg. IX. c. 3. cod. tit. in l. coll. \* judicium, al. re-  
quiavit, requirit; nec suspicione caret, qui alium ca-  
lumniis derogat, falsa dixisse, cum ipse\* ad judi-  
cium, ut probet, quæ intulit, evocatus venire  
distulerit, &c. Jul. epist. 2. in princ. Bonifac. Pa-  
pa epist. 2. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo lib. 4. tit.  
10. cap. 1. O ult. panorm. O part. 5. cap. 271.  
decret. Anselm. lib. 3. cap. 34. O 84.*

## C A P U T III.

*Accusator, si numquam diebus (juridicis) causa dereliquit, non prohibeatur a communione. Si vero derelinquit, & se occulter, restituto ad communionem Episcopo, qui contumacia causa fuerit excommunicatus, accusator a communione abiiciatur, ita tamen ut non ei tempus accusandi auferamus, si poterit in tempus probare se voluisse, sed non potuisse comparere. Carth. XIX. G. Carth. III. cap. 7. L. Tullen. post epist. synod. Burch. lib. 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 2. panorm. O part. 5. cap. 270. decret. Anselm. lib. 3. cap. 33.*

## C A P U T IV.

*Paulum Diaconum latorem presentium, quamvis culpa sua vehementer confundat, atque redarguat, quod deceptus promissione, ab accu-*

satione nuper depositi Episcopi sui destiterit, & cupiditatis studio filere contra animam suam, potius quam prodere vero consentit. Tamen quia plus esse convenit nos misericordes, quam distictos, hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine, locoque suo recipiendum esse censemus. Nam ei a tempore prolatæ sententiae affectionem, quam pertulit, credimus ad vindictam hujus posse culpas sufficere; Euphemium vero, atque *Ibid. 6. 7.* Thomam, qui pro defenda accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem privatos ordinibus esse, atque ita sicut sunt depositi, volumus permanere, nec umquam eos sub qualibet excusationis specie in sacros ordines revocare, decernimus. Nam nimis indignum, & contra Ecclesiastica regulam disciplinæ est, ut honore, quem non ex meritis, sed pro sceleris præmio perceperre, fungantur. *Greg. epist. 4. cap. 50. seu cap. 94. ad Joannem Corinth. Episcopum. Anselm. lib. 8. cap. 36.*

## T I T U L U S XXI.

NE IN LOCUM ACCUSATI EPISCOPI  
ALIUS SUBSTITUATUR ANTE  
DAMNATIONEM.

## C A P U T I.

*P*lacuit, ut accusatus, vel judicatus a provincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appelle, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, &c. Et dum iterato judicio Pontifex causam suam agit, nullus alias in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. *Nicæn. cap. 19. apud Jul. epist. 2. cap. 3. Vict. epist. 1. in med. Xyst. II. epist. 1. ante fin. Burch. lib. 1. cap. 144. O 176. Ivo part. 5. c. 257. deer. O lib. 4. tit. 12. cap. 2. panorm. Capitul. lib. 7. cap. 155. in additis. Anselm. lib. 2. cap. 11. Cæsar. lib. 5. c. 60.*

## C A P U T II.

*D*e accusationibus clericorum, &c. quia omnes eorum accusations difficile est ad fedem Apostolicam deferre, finitiva Episcoporum tantum judicia huc deferantur, &c. nec in eorum Ecclesiis alii, aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum justa terminentur negotia. *Eleuth. epist. 1. cap. 2. post princ. Ivo part. 6. cap. 316. decret.*

## C A P U T III.

*C*ur nobis inconsutis Episcopos convocatis? &c. canonibus in Nicæna synodo jubentibus, non debere præter tentiam Romani Pontificis ullo modo concilia celebrari, nec Episcopos damnari? Aut cur in prædictorum loco fratrum aliquos adulterios posuistis, antequam penes nos, aut apocrifarios nostros eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum? *Julius ep. 1. post princ. ad Episcopos Orientis.*

## T I T U L U S XXII.

## DE CORRECTIONE.

*Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXII. & seq. & Lib. VI. Tit. X.*

## C A P U T I.

*S*i dicente me ad impium, morte morieris, non annuntia veris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat, ipse impius in iniustitate sua morietur, sanguinem autem ejus de

## 408 Juris Pontificii Veteris Epitome

de manu tua requiram. Si autem tu annuntiavetis in ipso, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Sed & si conversus justus a justitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipse morietur: qui non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae ejus, quas fecit: sanguinem vero ejus, de manu tua requiram. *Ezechielis c. 3. num. 28.*

### C A P U T II.

*De offic. jud.* Irrefragabili constitutione sancimus, ut Ecclesiasticorum c. 13. sicutum prælati ad corrigendum subditorum excessum, maxime clericorum, & reformatum monitores, prudenter, & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur; ut autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsius nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam excederint, in talibus observandam. Excessus tamen canonicorum Ecclesie cathedralis, qui consueverunt corrigi per capitulum per ipsum in ipsius Ecclesiis, quæ tales habent consuetudinem habuerunt, ad commonitionem, & iussionem Episcopi corriganter infra terminum competentem ab Episcopo praesigendum. Alioquin ex tunc Episcopus Dominum habens præ oculis, omni contradictione cessante, ipsos, prout animarum cura exegerit, per censuram Ecclesiasticaem corrigerem non postponat. Sed & alios eorum excessus corrigerem non omittat, prout animarum caussa requirit, debito tamen ordine in omnibus observato. Cæterum si canonicis absque manifesta, & rationabili caussa, maxime in contemptum Episcopi, cessaverint a divinis, Episcopus nihilominus, si voluerit, celebret in Ecclesia cathedrali; & Metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod poena metu talia de cætero non praesumant. Provideant itaque diligenter Ecclesiarum Prælati, ut hoc salutare statutum ad quæstum pecuniae, vel gravamen aliquod non convertant, sed illud studiose, & fideliter exequantur, si canonicam voluerint effugere ultiōem, quoniam super his Apostolica sedes auctore Domino attentissime vigilabit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 7.*

### C A P U T III.

*De offic. c. Procuratio- nibus, apud Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.* Visitationis officium exercentes non querant, quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Prædicationi, & exhortationi, & correctioni, & reformatio- ni vacando, ut fructum referant, qui non petit. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 33.*

### C A P U T IV.

*24. q. 3. c. 14.* Tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes summam curam habere debent de his, qui perirent quatenus eorum redargutione, aut corriganter a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur. *Anacl. epist. 3. ante finem. Burch. lib. 1. cap. 136. Ivo part. 5. cap. 250. decret.*

### C A P U T V.

*2. q. 7. c. 21.* Sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse

reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint, &c. *Evarist. epist. 2. ante med. Anselm. lib. 3. cap. 12.*

### C A P U T VI.

Licet nonnumquam accident, quæ in sacerdotiis talibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas, plus cohortatio, quam communatio\*, \* *communio.* plus charitas, quam potestas. Sed hi, qui quæ sua *Philipp. 2. a.* sunt querunt, non quæ Jesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & dum dominari magis, quam consulere subditis querunt, placet honor, inflat superbia, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. *Leo epist. 82. cap. 1.*

### C A P U T VII.

Si quos violentos, si quos adulteros, si quos furares, vel aliis pravis actibus studere cognoscitis, 23. q. 2. c. 47. Deum de eorum correctione placare festinate, ut per vos flagellum perfidarum gentium, quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est, non inducat, ne si, quod non credimus, divinæ ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota; belli pestis interimat, quos delinquentes ad restitudinis viam Dei præcepta non revocant. *Greg. lib. 7. indict. 1. epist. 3. Anselm. lib. 13. cap. 24.*

### C A P U T VIII.

Pervenit ad nos fratrem, & Coepiscopum nostrum Serenum Massiliensem pravos homines omnino in societate sua recipere, ita denique ut Presbyterum quemadmodum, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus voluntari, familiarem habeat. Quod a vobis subtiliter requirendum est, & si ita constiterit, curæ vobis sit, nostra hoc sive corrigere, ut qui tales receperit, non familiaritate fovere, sed discat potius ultione comprimere, & qui receptus est, idem discat cum lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare. *Greg. lib. 3. epist. 39. Virgilio Episc. Arelat.*

### C A P U T IX.

Sicut laudabile, discretumque est, reverentiam, & honorem debitum exhiberi prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua inter eos correctione indigeant, nulla dissimulatione postponere, ne totum, quod absit, corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quædam ad nos de fratre nostro Clementino Primate vestro perlata sunt, quæ cor nostrum non modo moerore transfigerent, &c. Et quoniam ita sunt gravia, ut transire indiscutibil modo non debeant, fraternitatem vestram his hortamur affectibus, ut cum omni sollicitudine, ac vivacitate veritatis indagare substantiam multis modis beatias, ut, aut si ita sunt, ultione canonica rescentur, aut si falsa, fratris nostri innocentia diu sub nefandæ opinionis dilaceratione non jaceat. Unde ne quis desideriæ torpor in requisitione sit, admonemus, ut non cujusquam personæ gratia, non favor, non blandimenta, vel quodlibet aliud quemquam vestrum, vel ad discutiendum ea, quæ nobis nuntiata sunt, molliat, vel a tramite veritatis excutiat, sed sacerdotaliter ad investigandam

dam vos propter Deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc piger, aut negligens esse presumperit, dictis criminibus apud Deum se noverit esse partipem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non movetur. *Greg. lib. 10. epist. 37. universis Episcopis concilii Bizacii.*

## TITULUS XXIII.

DE DAMNAFO.

## CAPUT I.

<sup>11. q. 3. c.</sup> **I**rritam esse injustam Episcoporum damnatio.  
<sup>35.</sup>  
<sup>3. q. 6. c.</sup> **I**n nem dece nimus \* & idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis  
<sup>11.</sup>  
<sup>\* censimus.</sup> subveniatur causis. *Nicen. c. 63. apud Jul. ep.*  
<sup>2. c. 27. Ecelia ep. 1. ante med. Hadr. cap. 54. De accusa-</sup>  
<sup>ad Episc. Mediom. Carth. IV. c. 28. Anselm. lib.</sup>  
<sup>3. c. 35.</sup>  
<sup>3. q. 5. c. 5.</sup> **C**APUT II.

Servum Dei non oportet litigare, nec quemquam damnaire. *Zeph. ep. 2. in fin. Fabian. ep.*  
<sup>2. ante med. Ivo part. 6. c. 320. decret. O' lib.</sup>  
<sup>4. tit. 7. c. 9. panorm. Tarrac. lib. 2. c. 6.</sup>

## CAPUT III.

<sup>11. q. 3. c.</sup> **I**njustum judicium, & definitio injusta regio  
<sup>80.</sup>  
<sup>25. q. 1. Omnes, c. 8.</sup> metu, aut iusto, aut cuiuscumque Episcopi, aut  
<sup>§. Injustis. leat. Callist. ep. 1. in fin. Marcell. epist. 2. in</sup>  
<sup>fin. Hadrian. cap. 70. ad Episc. Mediom. Burch.</sup>  
<sup>lib. 15. cap. 8. Ivo part. 16. cap. 9. decret. An-</sup>  
<sup>selm. lib. 3. cap. 86. Capitul. lib. 5. cap. 251.</sup>  
<sup>Tarrac. lib. 2. c. 60.</sup>

## CAPUT IV.

<sup>11. q. 3. c.</sup> **C**um clericis condemnatis, & convictis de aliquo crimen, vel propter Ecclesiarum notam, vel pudorem eorum, vel ob haereticorum, & gentilium exprobationem, si adesse velint in causa, & de sua innocentia docere, intra annum excommunicationis id fiat: post annum non audiantur. *Carth. c. 80. G. Carthag. V. c. 12. Afric. cap. 46.*

## LIBER TERTIUS

## De Restitutione Spoliatorum.

## TITULUS I.

DE CAUSSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS.

## CAPUT I.

<sup>c. 2. de dolo & contum. ap. Greg. IX. & in 4. coll.</sup> **C**ontingit interdum, quod cum auctori obcausia rei servandae possessio, propter rei potentiam, sive dolum, auctor infra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel nactam amittit, & sic cum secundum assertionem multorum verus non efficeretur post lapsum anni possessor, reportat commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens conditionis ex stat, de canonica aequitate sancimus, ut in caujo premisso auctor verus constituantur claps anno possessor. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 40.*

*Tom. VI.*

*L. Verma. c. 71. Anselm. lib. 12. c. 28. Burch. lib. 2. c. 187. Ivo part. 6. c. 231.*

TITULUS XXIV.  
COMMUNIA DE ACCUSATIONIBUS.

## CAPUT I.

**P**rohibemus, ut nullæ causæ a judicibus Ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. *Euseb. ep. 2. c. 4. Anselm. lib. 3. c. 25.*

## CAPUT II.

Nullæ accusations a judicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus facili prohibentur, &c. *De accusa-*  
*Euseb. ep. 1. in princ. Anselm. lib. 3. cap. 26.* *6. q. 1. c. 19.*  
*Casar. lib. 5. c. 59.* *Nos sequen-*  
*tes.*

## CAPUT III.

Quoties a populis, aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, insultum solet transire, &c. *Innoc. epist. 22. c. 6. Raban. cap. 17. De paenit. Corpus can-*  
*non. c. 56.* *1. q. 7. c. 14.*

## CAPUT IV.

De ordinationibus, quas prævæ consuetudinis vitio Hispanenses Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quæn plurimas Ecclesiis moveremus. Quorun factu ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum ea, quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei patius dimittamus iudicio. *Innoc. ep. 23. c. 1.*

## CAPUT V.

Poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisse mortis vaccinatione præventus, sed quia jam illi examini di-  
<sup>Difinit. 23. Quorundam cap. 13.</sup>  
<sup>vino relictus, humano iudicio accusari non po-</sup>  
<sup>tet, &c. Hispal. II. c. 5. Ivo part. 6. c. 102. O'</sup>  
<sup>part. 5. cap. 212. O' 213. decret. Burch. lib. 1.</sup>  
<sup>cap. III.</sup>

## CAPUT II.

Necessitatibus, quas faciente te (*Gregorius Episcopus*) compellitur suffinere, hac definitione consulemus, ut refuso prædio, quod ante annum fibidatum esse commemoras, atque ad Ecclesiam Ravennatem reverso, possessio in Bononiensi triginta solidorum redditus liberorum sine dubitatione tradatur in diem scilicet vitæ ejus, salvo proprietatis jure Ravennatis Ecclesiae, ad quam post prædicti obitum revertetur. *Simplic. ep. 2.*

## CAPUT III.

Susceptis magnitudinis vestrae epistulis contri-  
<sup>De cau- stati sumus, quod ab auctoriibus Ecclesiarum Syracu-</sup>  
<sup>posse, &</sup>  
<sup>sanæ quasdam possessiones, quas vos tenuisse di-</sup>  
<sup>propriet. c. 1. apud Greg. IX. & I.</sup>  
<sup>citatis, occupatas irrationaliter indicastis, &c. Quia legali provisione decretum est, tam mo-</sup>  
<sup>coll. c. 1. &</sup>  
<sup>menti, quam proprietatis causam in uno, co-</sup>  
<sup>2. cod. tit.</sup>  
<sup>demque iudicio debere cognosci, nec nos contra</sup>

FFF

inau-

## 410 Juris Pontificii Veteris Epitome

Inauditam partem aliquid possumus definire, fratri nostro (Joanni Episcopo) scripsimus, ut actores Ecclesiae deputare debeat, qui vobiscum sine mora electorum possint subire judicium: ne aut vos res vestras sine cognitione, sicut querelam facitis, amittere, aut pars altera videatur praedictum sustinere. Greg. Duci Sicilia lib. 7. reg. epist. 100. vide epist. 101. Joann. Episcop. Syracusano, in qua eadem fere.

### C A P U T IV.

*De restitut. spoliat. c. 7. in 1. 2. coll. 3. ap. 4. eod. tit. & de censib. cap. 4.* Questus Philagrius campum cum vinea sua ab Ecclesiae vestrae hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quamquam ante judicium possessio ei debuerat ablata restitui, tamen quia pervenit communis filius Eventius diaconus vester consentiente praefato (Philagrio) constituit per quinque testes, partem Ecclesiae vestrae satisfacere posse, ejusdem Ecclesiae juris illum esse. Ideoque fraternitas vestra praedictum Philagrium contra justitiam laborare non faciat, sed modis, quibus poterit, veritatem diligenter inquirat: & si manifeste, sicut hic constituit, probari potuerit, vestri juris esse, huic propter Deum citius satisfaciendum est, ut in sua intentione sine labore discedat; alioqui ante omnem contentio-

\* id est abl. nem res ejus tulta \* vestra provisione reddatur, ta, culta, al. ut sua cuique parti integra post hoc maneat de tuta.

*Greg. IX. c. 1. eod. tit. & de censib. cap. 4.* proprieitate cognitio, &c. Greg. Constantio Episcop. Mediolanen. lib. 7. reg. epist. 130.

### T I T U L U S II.

#### DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

Vide in Part. III. Lib. III. Tit. XXI.

### C A P U T I.

*De restitut. spoliat. c. 8. 2. coll. 3. eod. tit. in 4. ap. 4. coll.* Spē contingit, quod spoliatus injuste per spoliatorem, in alium re translata, dum adversus possessorum non subvenitur per restitutio- nis beneficium spoliato, commodo possessionis amissio propter difficultatem probationis jus \* proprietatis amittit effectum. Unde non obstante civilis juris rigore, sancimus, ut si quis de cetero scienter rem talem acceperit, cum spoliatore quasi succedat in vitium, eo quod non multum interfit, praeferim quoad periculum animæ, detinere injuste, ac invadere alienum, contra possessorum hujusmodi spoliato per restitutio- nis beneficium succurratur. Innoc. III. in conc. gener. Later. cap. 39.

### C A P U T II.

Pietatis affectu hic sanctissimus Papa sub gesta synodica revocavit Apostolica auctoritate multos ab aliis Episcopis excommunicatos, & a tyranneis ejectos, ad communionem, & restituit eos in Ecclesiis, quibus fuerant olim instituti, sub satisfactione libelli, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi sacerdotes de persequentium manibus. Silvestri in syn. CCLXVII. Episcopor. in epilogi in fin.

### C A P U T III.

*3. q. 2. c. 8.* Si Episcopus suis fuerit, aut Ecclesiae sibi commissari rebus spoliatus, aut, quod absit, quod alienum esse deber ab omnibus fidelibus, a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonice antequam in pristino statu restituatur, cum omni pri-

vilegio suo, & honore suo, omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrantur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen judicandus advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam respondere cogatur, antequam integrerime omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrantur. Praeful vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisque libere, atque securè diu suis, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, aut sex, aut septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante convocatus, ad tempus concilio in legitimo, & canonico veniat ad cauclam, & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam haec omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque Episcopo Episcopatum, antequam cauclix ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest, quia talis præsumptio sacrilegium est, & auctor talium sacrilegus. Felix in synodo cum LXX. Episcopis epist. 2. in princ. Hadrianus cap. 5. them. 3. ad Episcopum Mediom. Carth. cap. 88. G. Milevit. c. 3. apud Afric. cap. 54. L. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 3. C 5. panorm. C part. 5. cap. 248. C 297. decret. Burch. lib. 1. cap. 181. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.

### C A P U T IV.

*De judic. e. 1. Greg. IX. & in 1. coll.* Si aut vi, aut timore ejeci Episcopi, aut suis rebus spoliati fuerint, nec canonice evocari ad Primates, synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. Si quis Episcoporum fuerit suis rebus spoliatus, aut a sua Ecclesia vi, aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet, & decet Episcoporum propositum semper prima fronte cedere, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, & Praeful prius restituatur, & postea non statim, sed diu, & per spatio tempora suis potestative dispositis, & ad suam necessitatem preparatis, ad tempus veniat ad cauclam, & si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis. Felix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 3. C 4. Jul. epist. 2. cap. 35. Burch. lib. 1. cap. 221. Ivo part. 5. cap. 335. decret.

### C A P U T V.

*3. q. 2. c. 7.* Ille, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus spoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrantur; & tamdiu in sede propria pacifice, & potestatively cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus, vel spoliatus carere visus est rebus, &c. Felix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 8. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 8. C tit. 8. c. 14. panorm. Anselm. lib. 3. c. 52.

### C A P U T VI.

Nec ullos Episcopos rebus suis spoliatos, vel a sedibus vi, aut dolo, aut quocumque ingenio pulsos, sicut & vos de me judicatis, aut ad synodum tam Provinciale, quam generalem posse convocare, aut in aliquo judicare, antequam cuncta,

ta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati eorum pacifice per omnia redintegrentur, decernimus.

<sup>3. q. 2. c. 6.</sup> Prius ergo oportet omnia eis legibus redintegrari, & Ecclesiæ, quæ eis sublatæ sunt, cum omni privilegio sibi restitui, & postmodum non lib angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatiu[m] eis indulgeatur, quantum spoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, & ab omnibus quibusque suæ Provinciae Episcopis audiantur. Nam nec convocari ad

<sup>2. q. 2. Nul-</sup> causam, nec dijudicari potest spoliatus, vel expulsi, quia non est privilegium, quo spoliari possit, jam nudatus. Unde & antiquitus decretum

<sup>1. q. 2. c. 1.</sup> est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatam

\* Prator. preceptor\*, vel Primas postessori restituat. Et alibi scriptum habetur: „ Ille, qui violentiam per-

„ tulit, universa statu, quo fuerant, recipiat, & quæ

„ possedit, securus teneat “. Et alibi in synodalibus Patrum decretis, & Regum editis legitur

<sup>3. q. 1. c. 3.</sup> statutum: „ Redintegranda sunt omnia spoliatis,

„ vel ejecitis Episcopis, presentialiter ordinatione

„ Pontificum, & in eorum, unde abscesserunt po-

\* loca, al. „ testate\* funditus revocanda, quacumque con-

„ ditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut

„ virtute majorum, aut per quascumque injustas

„ causas, res Ecclesiæ, vel proprias, aut substanz-

„ tias suas perdidisse noscuntur, ante accusationem,

„ aut regularē ad synodū vocationem eorum,

„ & reliqua “. Symmac. in syn. Rom. V. in med.

Jaann. epist. 1. in princ. Jul. epist. 2. cap. 1. C

Nicen. cap. 28. apud eundem. Jul. epist. 2. cap.

8. C Xyst. epist. 2. in med. Euseb. epist. 2. ante

fin. Capitul. lib. 7. cap. 7. in addit. Ivo lib. 4.

tit. 6. cap. 4. C cap. 7. panorm. C part. 5. cap.

249. C 257. part. 3. cap. 149. part. 13. cap. 1.

C 37. decret. Tarragon. lib. 2. cap. 49. decret.

Anselm. lib. 3. cap. 44. C 51. Burch. lib. 1. cap.

143. C 144.

### C A P U T VII.

<sup>3. q. 1. c. 4.</sup> Audivimus quosdam a vobis infamatos, &

dilaceratos Episcopos, ac e civitatibus propriis pulsos, & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos, &c. Sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revo-

cari, & integrerimē restitui debere. Illos vero, qui adulterina fœditate sponsas suas, quas & uxores

eorum, præfixo tenore, esse intelligimus, tenent, eiici, ut adulteros, atque infames fieri, eosque

ab Ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueri-

tis, his peractis inquirendum erit, & auctoritate

hujus sanctæ sedis terminandum. Evarist. epist.

2. post princ. Burch. lib. 1. cap. 140. Ivo part.

5. cap. 254. decret. Anselm. lib. 3. cap. 82. Cæ-

sar. lib. 5. cap. 53. Tarrac. lib. 2. cap. 38.

### C A P U T VIII.

His consideratis, atque cum reliquis Episco-

pis decretis tanquam omnium curam gerentes,

propter sedis propria apicem, decernimus, ut ne-

<sup>3. q. 2. c. 5.</sup> mo Pontificum aliquem suis rebus spoliatum

Episcopum, aut a sede pulsum excommunicata-

\* vocare. re\*, aut judicare præsumat, quia non est privi-

legium, quo spoliari possit jam nudatus. Si quis

autem aliter agere prælumpserit, sciat censuram

hujus sedis cum omnibus membris suis sibi ven-

tarum, & sicut egerit, ita recipiet, &c. Xyst. ep.

2. in med. Xyst. II. epist. 2. in med. Nicen. cap.

28. apud Jul. epist. 2. c. 8. C 35. Burch. lib. 1.

c. 143. C 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Ca-

pitul. lib. 7. c. 7. in additis poster.

### C A P U T IX.

Nuntiatum est sedi Apostolicæ per apocrisia-

rios vestros, quosdam fratrum nostrorum Episco-

porum, videlicet ab Ecclesiis, & sedibus propriis

pelli, suaque ab eis auferri supellestilia, & sic

nudos, & spoliatos ad judicia vocari. Quod omni

ratione caret, cum constituta Apostolorum, co-

rumque successorum, & præcepta Imperatorum,

ac constitutiones legum id ipsum prohibeant, &

Apostolicæ sedis auctoritas id ipsum fieri vetet.

Præceptum est ergo in antiquis statutis, Episco-

<sup>2. q. 2. c. ult.</sup>

pos ejetos, atque suis rebus spoliatos in Ecclesiis

propriis recipi, & primo sua omnia eis reddi, &

demum si quis eos juste accusare voluerit, & quo

periculo facere: judices esse decernentes Episco-

pos recta sapientes, & in Ecclesia convenientes,

ubi testes essent singulorum, qui oppressi vide-

bantur. Nec prius eos respondere debere, quam

omnia sua eis, & Ecclesiis eorum legibus integerime

restituantur. Zeph. epist. 2. in princ. Hadr.

c. 13. C 3. C 5. them. 3. ad Episcop. Mediom.

Ivo lib. 4. tit. 6. c. 1. C 2. panorm. C part. 5.

c. 265. decret. Burch. lib. 1. cap. 153. Capitul.

lib. 6. cap. 287. C lib. 7. cap. 129. in additis.

### C A P U T X.

Sancti Apostoli statuerunt, ne accusarentur

sacerdotes, aut si aliter fieri non possit, perdiffi-

cilis eorum fieret accusatio, neque a propriis

sedibus, aut Ecclesiis Episcopi eiicerentur. Quod

<sup>3. q. 1. Episc.</sup> si quoquemodo præsumptum fuerit, antequam <sup>si a propriis,</sup>

& proprius locus, & sua omnia eis legibus redin-

tegrarentur, nullatenus a quoquam accusaren-

tur, aut criminarentur, & nisi sponte elegerint,

cuiquam pro talibus non responderent. Sed post-

quam restituti fuerint, & sua omnia eis legibus

redintegrata, dispositis, ordinatisque suis, ma-

gnorum spatiu[m] tractandi causa eis concederetur,

& postea, si necesse fuerit, regulariter vocati ve-

nirent ad causam, & si justum visum fuerit, ac-

cusantium propositionibus sustentatione fra-

trum responderent; nulla enim permittit ratio,

dum ad tempus eorum bona, vel Ecclesiæ, at-

que res ab æmulis, aut a quibuscumque detinen-

tur, ut aliquid illis obici debeat. Nec quidquam

poteſt eis quoquo modo quilibet majorum, vel

minorum obicere, dum Ecclesiis, rebus, aut

poteſtatibus parent suis. Fabian. epist. 2. ante

fin. Burch. lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. cap. 292.

decret. Anselm. lib. 3. cap. 49.

### C A P U T XI.

Nullus Episcoporum, dum suis fuerit rebus

<sup>2. q. 2. c. 3.</sup> spoliatus, aut a sede propria qualibet occasio-

ne pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei po-

test crimen obici, priusquam integrerimē restau-

retur, & omnia, quæ illi ablata quoquam in-

genio fuerant, legibus redintegrentur, & ipsæ

proprietati sedi, & pristino statui regulariter redda-

tur, ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi in-

## 412 Juris Pontificii Veteris Epitome

juste ablata, atque fructus omnes ante cœptam accusationem Primates, & synodus Episcopo, de quo agitur, funditus restituant, quia hoc non solum Ecclesiasticæ, sed etiam sœculi leges fieri prohibent. Steph. epist. 2. post princ. Burch. lib. 1. cap. 142. Ivo part. 5. c. 255. decret. Capitul. lib. 7. cap. 131. in additis.

### C A P U T XII.

9. q. 3. c. 19. Fratres, quos timore terreno injuste damna-  
stis, scitote a nobis juste esse restitutos, quibus ex S. Petri, & Apostolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipi-  
mus, si non vultis vos & Principes vestri a col-  
legio nostro, & membris Ecclesiæ separari. Xyſt.  
II. epist. 2. in med. Burch. lib. 1. cap. 192. Ivo  
part. 5. cap. 247. decret. Anselm. lib. 2. cap. 25.  
Cæsaraug. lib. 5. cap. 7.

### C A P U T XIII.

3. q. 1. c. Epi- Qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter  
scop. 11. de suis rebus spoliati, vel ejecti a sedibus propriis  
sint recipiendi, &c. aut qualiter ejectis, & Spoliatis sint omnia legibus redintegranda, quæ eis  
ablata sunt; & quia prius quam hoc factum fue-  
rit, nullum crimen eis obiici poterit, & qualiter  
3. q. 2. c. 3. [ illis induciz post integrum restorationem an-  
Ejectis. niversariæ, vel sex mensiū indulgentiæ sint, &  
qualiter sua omnia licenter, & pacifice absque ul-  
lius gravi impedimento d'ponere, & suorum ami-  
corum, & Ecclesiasticorum Patrum consiliis uti  
debeant, sufficienter ab Apostolis, eorumque  
succesoriis, ac nostris prædecessoribus statu-  
tum esse putamus. Cajus ep. 1. in princ. Anselm.  
lib. 3. cap. 45.

### C A P U T XIV.

Difl. 96. Bo- Sanctos Apostolos, eorumque successores, sub  
ni. c. ult. divina contestatione constituisse legimus, non  
debere fieri persecutio-  
nes, nec invidere laborantibus in agro Domini-  
co, neque expellere æterni Regis dispensatores.  
Sed si qui expulsi fuerint, aut suis rebus spoliati:  
primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis,  
aut a perfectoribus ablata sunt, & sedes proprias  
cum omnibus ad se pertinentibus regulariter re-  
stitui, & postea tempore congruo vocari ad syno-  
dum regulariter congregatam. Nec liceat ei, prius  
quam fiant hæc de se juxta statuta prædictorum  
respondere, aut de suis imputationibus, si se vi-  
derit prægravari, reddere rationem; sed his rite  
peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum  
juste videtur, suis respondeat accusatoribus. Mar-  
cellus epist. 2. post princ.

### C A P U T XV.

2. q. 2. c. 5. Prius expulso ( Athanasium, C' socios ) &  
suis expoliatos rebus quasi vocatis, atque damna-  
stis. Cum nullus regulariter aut vocari, aut judi-  
cari possit, antequam sit regulariter restitutus, &  
sua omnia ei legibus sint integerrime reformata.  
Est namque in sape jam dicta sancta synodo  
( Nicæna ) ab omnibus unanimiter decretum, &  
Apostolica auctoritate roboratum, ut si quis Epi-  
scoporum suis fuerit rebus spoliatus, & in accusa-  
tione pulsatus, ordinatione Pontificum oportet,  
& decet sanctum propositum prima fronte cede-  
re, ut omnia, quæ per suggestiones inimicorum

suorum amiserat, legaliter primo potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & Præfus regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisque suis, tunc ad tempus veniat ad caussam, & si ita juste videtur, accusan-  
tium propositionibus respondeat. Jul. ep. 2. cap.  
35. Capitul. lib. 7. c. 116.

### C A P U T XVI.

De ejectis, atque suis rebus spoliatis nihil vo-  
bis verius significare queo, quam sancti patres  
definierunt, & nostri prædecessores Apostolica  
auctoritate roboraverunt: ita enim hæc se habent,  
Episcopos ejectos, atque suis rebus spoliatos Ec-  
clesias proprias primo recipere, & sua eis omnia  
legaliter reddi sancti canones decreverunt, & po-  
stea, si quis eos accusare voluerit, æquo periculo  
facere sanciverunt, judices esse decernentes Epi-  
scoporum Episcopos teste sapientes, & juste vo-  
lentes, ad tempus, diuque illis resumptis viribus,  
& suis potestate fruentibus rebus, amicisque &  
Dei servis sapientibus consulentibus viris in eccl-  
esiæ convenientes, ubi testes essent singulorum,  
qui oppressi esse videntur, &c. Scimus enim ho-  
mines inermes non posse cum armatis rite pugna-  
re, sic nec illi, qui ejecti, vel suis bonis sunt ex-  
poliati, cum illis, qui in suo stant gradu\*, & suis \* statu, al-  
fruuntur amicis, atque bonis, litigare rite posse.  
Nec sœculi quoque leges hæc sœcularibus fieri  
permittunt, sed prius ejectos, vel oppressos, aut  
spoliatos cum suis omnibus restitui jubent, & po-  
stea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad  
placita venire præcipiunt, nec ulla carceris custo-  
dia appellantem arceri permittunt. Damas. ep.  
3. post princ. Burch. lib. 1. c. 153. Ivo part. 5.c.  
265. decret. Capitul. lib. 6. c. 287. them. 7. C' lib.  
7. c. 129. in additis vide Hadr. c. 13. ad Epi-  
scoporum Medium.

### C A P U T XVII.

Neque dum ecclesiæ alicujus Episcopi, aut 3. q. 2. Cum  
possessiones, vel res ab æmulis ejus, vel a qui-  
buscumque aliis non sua sponte derinentur, ali-  
quid illi debet, aut potest a quoquam ante redin-  
tegrationem omnium rerum suarum obiici. Sed  
prius illi legibus redintegranda sunt omnia, &  
postea tempore a patribus præfinito, sunt nego-  
tia ventilanda. Pelag. II. epist. 3. in princ. An-  
selm. Luc. lib. 3. c. 59.

### C A P U T XVIII.

Cum sanctæ memorie decessoris mei fueris  
scriptis prohibitus, ne contra Honoratum Archi-  
diaconum tuum dolorem tam longe ingratitudi-  
nis in corde retineres, &c. præfatum Archidia-  
conum tuum, quasi ad fortiori honorem pro-  
vehiens, conatus es callida arte degradare; unde  
actum est, ut eo de Archidiaconatus loco submo-  
to, alium accersires, &c. Proinde fraternitas  
tua a culpæ suæ errore resipiscat, & præfatum  
Honoratum in suum mox, ut mea scripta suscep-  
perit, locum suscipiat, &c. Eum vero, qui con-  
tra justitiae regulam in Archidiaconatum alterius  
se provehi consensit, ab ejusdem Archidiacono  
honore deponimus, &c. Restituto igitur in  
loco suo Honorato Archidiacono instructam per-  
sonam sub festinatione transmitte, qui mihi hoc  
de-

debere ex ratione fieri, suis possit allegationibus demonstrare. Eudem namque Archidiaconum ad nos venire decrevimus, ut quidquid justum, quidquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cogitis assertionebus partium decernamus, &c. *Greg. Natali Episc. Salanitano lib. 2. regist. indit. 10. ep. 14. eadem scribit, ep. 15. & 16. Anton. Subdiac. Episcopis Dalmatiae.*

C A P U T XIX.

Nullus passim, vaseque Episcopos aut præsumptive lacerare, aut accusare præsummat, &c. Qui si aut suis rebus spoliati, aut a propriis sedibus ejecti, aut exultantes, vel oppressi, aut iniuste tractati fuerint, primo eruantur, & canonice restituantur, atque omnia sibi sublata integerime eis legibus reddantur, quoniam priusquam haec fiant, ut in prædicto constitutum est concilio (*Nicæno*) nec canonice convocari, nec distringi a quoquam possunt, quoniam nec saceruli leges haec fieri permittunt, quanto magis ecclesiastica?

*Athanas. & alii ad Felicem II. post princ.*

C A P U T XX.

A suis sedibus ejectos, aut suis spoliatos rebus, vocare ad synodum, vel damnare (*non licet*) quia legimus eos non posse canonice ad synodum ante suam diu tenendum, & gubernandum, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerime, vocari, aut ut veniant ad synodum, nisi sponte voluerint, imperari. *Stephan. & alii ad Damas. c. 5. in fin.*

C A P U T XXI.

Nullus, qui suis est rebus spoliatus, aut a sede propria vi, aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur, & ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus, ejus multo tempore libere potiatur honore, juxta canoniam acculari, vocari, judicari, aut damnari institutionem potest. *Eusebius Cæsariensis Episcopus in Ecclesiastica historia de quadam muliere, quæ pro casitate a marito accusabatur, ait: „Præceptum, vel interdictum \* est ab Imperatore legge lata, ut primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde responderet objectis. Hæc omnes leges tam Ecclesiasticae, quam & vulgares, publicaque præcipiunt“*, &c. *Leo Episcopus synodo Calcedonensi: „Optaveram equidem“*, &c. Quia vero non ignoramus per pravas emulations multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres injuste sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alias substitutos. His primitus vulneribus adhibetur medicina justitiae, nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis, quem ita errorem omnes relinquant, ut nemini quidem perire honor debat, sed prioribus Episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformatur. Eadem & antiqui Apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicænam, sauxerunt. Eadem synodus, quæ habita est in Larissa \* sub Valeriano \* loquitur. Eadem plurimæ Romanæ synodi testantur. Eadem Papa Symmachus, & cæteri sancti patres fanxerunt.

*Isidorus in prologo concil. Capitul. lib. 7. c. 129. in additis.*

T I T U L U S III.

DE PÆNA ILLIUS QUI SPOLIAT.

C A P U T I.

EST in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, <sup>11. q. 2. c. 7.</sup> In antiquis. ut qui aliena invadit, non exeat impunitus. In antiquis. sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in Evangelio scriptum est: *Quod si aliquem defraudaverit, reddo quadruplum.* Et in legibus <sup>12. q. 2. In</sup> sœculi eautum habetur: *Qui rem surripit alienam, illi, cuius res direpta est, in undecuplum\*, quæ sublata sunt, restituat.* Et in lege <sup>legibus, c. 10.</sup> *decuplum.* divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, & dicit omnis populus, Amen.* *Symm. in syn. Rom. V. in med. Euseb. ep. 2. in fin. Jul. ep. 2. c. 1. Joann. ep. 1. in princ. Ivo part. 5. c. 249. & part. 3. c. 149. & part. 13. c. 1. & 37. decret. Burch. lib. 11. c. 25. & 27. Cæsar. lib. 7. c. 42.*

C A P U T II.

Si quis Episcopum præter hujus sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere fede præsumperit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetuum honore, eosque qui absque hujus sedis sunt ejeci sententia, vel damnati, hujus sanctæ sedis auctoritate scito te pristinam recipere communionem, & in propriis restituti sedibus, quoniam, & prius a tempore scilicet Apostolorum, hæc huius sedi sanctæ concessa sunt, & postea in Nicæna synodo corroborata. *Jul. epist. 1. ante fin. Anselm. lib. 2. cap. 43.*

C A P U T III.

Ut si quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Episcopo non reddiderit, excommunicetur. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 61. Anselm. lib. 7. c. 164.*

C A P U T IV.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet paupereat, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & is contempserit, invicem mox scripta percurrent per omnes Provinciæ Episcopos, & quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. I. c. 11. Anselm. lib. 7. c. 164.*

C A P U T V.

Qui lateri Regis adhærent, vel potentia sacerulari inflantur, res alienas competere cognovimus, & nullis exertis actionibus, aut convictiōnibus \* prærogatis, non solum miseros de agris, \* condicio sed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in nibus. remedium consulentes decernimus, ut deinceps hujus mali licentiam quispiam non habeat, sed secundum canonum, atque legum tenorem causarum suarum actionem proponant, ut nullus miserorum rebus suis per vim, aut assentationem quamlibet defraudetur. Qui contra dispositum nostrum, & antiquorum patrum, & Regum venire temptaverint, anathematis ultione plectantur. *Matisc. II. c. 4.*

Vide Xyst. II. ep. 2. in med. supra tit. prox. c. Fratres quos.

## De Probationibus.

## TITULUS I.

## DE PROBATIONUM NECESSITATE.

## CAPUT I.

<sup>3. q. 3. c. 7.  
C. 8.</sup> **A**ccusatores, & accusationes, quas leges facili non adscilcunt, & nos unanimiter submovemus. Nec fiat in districta probatione impietas, cum recta sit judicij in electione sententia. Nicen. cap. 23. apud Jul. epist. 2. cap. 5. Teleph. epist. 1. cap. 4. Callist. epist. 2. cap. 4. Steph. epist. 2. cap. 3. Hadr. Pap. cap. 11. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 3. cap. 257. decret. Anselm. lib. 3. cap. 23. Isidor. in prologo Concil. Capitul. lib. 7. c. 108. C. 307. C. in additis cap. 148.

## CAPUT II.

<sup>3. q. 9. c. 1.</sup> Decernimus non credi accusatori, qui absente adversario causam suggerit, ante utriusque partis discussionem. Nicen. cap. 33. apud Jul. epist. 2. cap. 9. Teleph. epist. 1. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 3. cap. 257. decret.

## CAPUT III.

Incera nemo umquam Pontificum judicare presumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda, nisi quae manifestis judiciis comprobantur, nisi quae manifesto judicio convincuntur, nisi quae judiciario ordine publicantur. Nicen. c. 57. apud Jul. epist. 2. cap. 19. Vict. epist. 1. in princ. Xy. II. epist. 2. ante fin. Isid. in prolog. concil. Capitul. lib. 7. cap. 259. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 7.

## CAPUT IV.

<sup>De prob. c.  
1. ap. Greg.  
IX. C. in 4.  
coll. cap. 3.</sup> Quoniam contra falsam assertionem iniqui judicii innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, statuimus, ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario, judex semper adhibeat aut publicam, si potest habere, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicia aucta conscribant, videlicet citationes, dilatationes, recusationes, & exceptiones, petitiones, & responsiones, interrogations, confessiones, testimoni depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellations, renuntiationes, conclusiones, & cetera, quae occurrant competenti ordine conscribenda, designando loca, tempora, & personas; & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant, ubi si super processu Judicis fuerit suborta contentio, per hæc possit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestis, & discretis deferatur judicibus, quod per improvidos, & iniquos innocentum justitia non lœdatur. Judex autem, qui constitutionem istam neglexerit observare, si propter ejus negligientiam aliquid difficultatis emerget, per superiorum judicem animadversione debita castige-

tur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quantum in causa legitimi considererit documentis. Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 38.

## CAPUT V.

Euphemius Episcopus, dum non probasset omnia, quæ testificabatur, prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema, dum non docuisset omnia. Et subscripterunt omnes Episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „Ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas, & accusabas“, &c. Syn. Rom. sub Xy. III. in actis contra Polychronium.

## CAPUT VI.

Deus omnipotens, ut nos a præcipitatae len- 4. q. 1. e. 20. tentia prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priusquam manifeste agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait: De- Genes. 18. scendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam, &c. „Mala audita nullum mo- 30. q. 5. Nul- veant, nec passim dicta absque certa proba- lum, c. 10. tione quisquam umquam credat, sed ante au- dita diligenter inquirat, ne præcipitando quid- quam aliquis agat“, &c. Nullum ante veram, justamque probationem judicare, aut damnare debemus, manifeste Apostolo dicente Paulo, qui ait: Tu quis es, qui judicas servum alienum? Rom. 1. suo enim Domino stat, aut cadit. Evar. epist. 2. ante med. Greg. lib. 19. Moral. cap. 23. apud Aquigr. cap. 37. Tribur. cap. 22. Burch. lib. 11. cap. 9. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 9. panorm. C. Anselm. lib. 3. cap. 63.

## CAPUT VII.

De occultis cordis alieni temere judicare, peccatum est, & eum, cuius non videntur opera, nisi bona, inquinum est ex suspicione reprehendere, cum eorum, quæ sunt incognita, solus Deus judex sit justus, qui inspector est verus. Unde scriptum est: incerta non judicemus quoadusque 1. Cor. 4. veniat Dominus, qui & illuminabit absconditatem nebrarum, &c. Et quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis judiciis comprobentur, nisi quae manifesto judicio convincuntur, nisi quae judiciario ordine publicantur. Nullus ergo potest humano condemnari examine, quem Deus suo judicio reservavit. Xy. II. epist. 2. ante fin. Zephyr. epist. 1. ante fin. Euseb. ep. 2. post med. Joann. ep. 1. in princ. Capitul. lib. 7. cap. 259.

## CAPUT VIII.

Si quis Episcopus, Presbyter, aut diaconus, 2. q. 7. c. 50. vel quilibet clericus apud Episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona, quæ rite recipienda est, fuerint accusati, quicumque fuerit, sive ille sit sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis inten- tio-

<sup>2. q. 3. c. 1.</sup> tioniis arripuerit, noverit probationis documenta se debere inferre. Si quis ergo circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiae sustinere, ut damno pudoris, estimationis dispensio discat, sibi alienæ verecundiaæ impune infidari non licere. *Cajus epist. 1. cap. 3. Xyst. III. epist. unic. cap. 4. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 22. vel 24. Anselm. lib. 3. cap. 45. Cod. Theodos. lib. 16. tit. 2. const. 41. Capitul. lib. 7. cap. 438. vel 365.*

## C A P U T IX.

<sup>1. Cor. 4.</sup> Audivimus apud vos, vestrosque diversa iudicia fieri, & incerta judicari. Incerta carissimi nullatenus judicemus, quoadusque veniat Dominus, qui latentia producit in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio convincuntur, nisi quæ judicario ordine publicantur. *Victor ep. 1. post princ. Nicæn. cap. 57. apud Jul. epist. 2. c. 19. Xyst. II. epist. 2. ante fin. Capit. lib. 7. cap. 259. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 6. panorm.*

## C A P U T X.

<sup>3. q. 6. c. 1.</sup> Qui non probaverit, quod objicit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur. *Fabian. epist. 3. post princ. Xyst. III. ep. unic. Capit. lib. 7. c. 253.*

## C A P U T XI.

<sup>32. q. 5. c. 1.</sup> Non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur qui utique submovebitur, si ejus flagitium delegator. Cum ergo par caussa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquescit. *Innoc. epist. 3. cap. 4. Raban. c. 3. de pœnit. Ivo part. 8. cap. 214. decret.*

## C A P U T XII.

<sup>6. q. 5. c. 1.</sup> Quod ait, ut illuc personam dirigere debeamus, qua præsente de iis, quæ dicuntur, possit esse probatio; esset utcumque excusabile, si umquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non definas. *Greg. lib. 5. registr. epist. 25. Maximo.*

## C A P U T XIII.

<sup>2. q. 3. c. 4.</sup> Si quis Episcopum, presbyterum, vel diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. *Elib. cap. 75. Burch. lib. 2. cap. 195. Ivo part. 6. cap. 240. decret.*

## C A P U T XIV.

De iis, qui scripturas sacras tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit, ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, non \* verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. *Arelat. I. cap. 13.*

## C A P U T XV.

<sup>3. q. 10. c. 1.</sup> Quoties clericis ab accusatoribus multa crimina subiiciuntur, si unum ex eis, de quo primo actum est, probare non possunt, ad reliqua non admittantur. *Carth. cap. 131. G. Carth. VII. c. 3. L. Afric. cap. 97. L. Burch. lib. 2. cap. 198. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 12. panorm. O'part. 6. c. 271. decret. Capitul. lib. 1. cap. 45. O'lib. 7. c. 100.*

*Raban. cap. 1. de pœnitent. Cæsar. lib. 5. cap. 61.*

## C A P U T XVI.

Episcopus si clero, vel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodus. *Carth. IV. cap. 29. Cæsar. lib. 4. cap. 90.*

## C A P U T XVII.

<sup>11. q. 2. c. 6.</sup> Si quis clericus documenta, quibus Ecclesiæ possestio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis tradere præsumperit, quidquid per absentiam documentorum damni Ecclesiæ illicitum est, de prooriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam, qui in damage Ecclesiæ impie sollicitati, a traditoribus aliquid acceperint, superiori sententia teneantur. *Agath. cap. 26. Raban. cap. 18. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 183. Ivo part. 3 cap. 156. decret. Anselm. lib. 5. cap. 76. Cæsar. lib. 7. cap. 99.*

## C A P U T XVIII.

<sup>3. q. 9. c. 9.</sup> Dignum est, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. Ideo quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator præsenteretur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non judicetur. *Tolet. VI. cap. 11. Vormatien. cap. 42. Tullen. post epist. syn. Burch. lib. 16. cap. 5.*

## C A P U T XIX.

Decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ conventu regiæ subtilitatis astu, vel profanæ potestatis instruendo, sive quorumlibet hominum malitiosa voluntatis obnsa, citra manifestum & ejusdem \* culpa suæ judicium ab honore sui ordinis, \* evitans, vel servitio domus regiæ arceatur. Non antea vinculorum nexibus illigetur, non quæstiōni subdatur, non quibuslibet tormentorum, vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injuris occasionibus abdicetur; per quod illi violenta, occulta, vel fraudulenta professio extrahatur. Sed is, qui accusatur gradum sui ordinis teneat, & nihil ante de suffragiorum capitulorum nocibilitate præsentiens in publica sacerdotum, seniorum, atque etiam gardingorum discussione deductus, & justissime perquisitus, aut obnoxius reatu detestatae culpa legum pœnas excipiat, aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat. *Tolet. XIII. cap. 2.*

## C A P U T XX.

Ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut temere, indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo judicemus, sed exemplo Domini descendamus, videamus, & iusto examine criminatos diligenter perscrutemur, sicut ipse Sodomam; ut videamus, utrum clausum morem populi compleveriat, nec ne, nam mala audita nullum moveant, sed ante auditâ diligenter inquirat. *Tribur. c. 22. vide Evarist. epist. 2. in med.*

## C A P U T XXI.

Julius constituit, ut notitia, quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium

# 416 Juris Pontificii Veteris Epitome

mnium monumentorum in Ecclesia confectio per primicerium notariorum celebraretur, sive quod cautiones, vel instrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel colligationes, aut manumissiones clericorum in Ecclesia per scrinium sanctum celebrentur. *Damas. in Jul.*

## T I T U L U S II.

### QUALES TESTES ESSE DEBEANT.

#### C A P U T I.

**D**ecernimus nec accusatores, vel testes suscipi, qui non sunt idonei. *Nicæn. c. 33. apud Jul. ep. 2. c. 9. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

#### C A P U T II.

Censemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem, vel ad testimonium recipiendos. *Nicæn. c. 41. apud Jul. epist. 2. cap. 10. Teleph. epist. 1. c. 4. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

#### C A P U T III.

<sup>15. q. 3. c. nlt.</sup> Nemini de se confessio credi potest super crimen alienum, quoniam ejus, atque omnis rei professio \* periculosa est, & admitti adversus quemlibet non debet. *Nicæn. c. 55. apud Jul. ep. 2. c. 18. Dionys. ep. 2. post med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 17. panorm. C part. 5. c. 228. decret.*

#### C A P U T IV.

Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quam Apostolica freti auctoritate, aut reum fe ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonice examinatos regulariter testes convincatur, &c. *Nicæn. c. 61. apud Jul. ep. 2. c. 26. Zephyr. ep. 1. in princ. Fælin. ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 154. C 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. C part. 5. c. 267. decret. Anselm. lib. 3. c. 65. C 66. Tarrac. lib. 2. c. 40.*

#### C A P U T V.

<sup>De testib. c. 21. Gr. IX. C 5. de judeis. in 1. coll.</sup> Testimonium Christianorum aduersus Iudeos in omnibus causis, cum illi aduersus Christianos testibus suis utantur, recipiendum esse censemus, & anathemate decernimus feriendos, quicumque Iudeos voluerint in hac parte præferre, cum eos subiacere Christianis oporteat, & ab eis pro sola humanitate soveri. *Alexand. III. in concil. Later. c. 26.*

#### C A P U T VI.

<sup>De her. c. 13. Excom. municamus. §. Credentes. Gr. IX. & in 4. coll. cap. 12.</sup> Credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus sub jacere, firmiter statuentes, ut post quam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satis facere contemplerit infra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu concilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

#### C A P U T VII.

<sup>De testib. & attest. c. Li- 47. Gr. iii. Innoc. in concil. gener. Later. cap. 52. Vide IX. C ult. lib. de matrim. tit. XXXVI. de test. in causa eod. tit. in matrim.</sup> Quales debeant esse testes in causa matrimonii. *Innoc. in concil. gener. Later. cap. 52. Vide IX. C ult. lib. de matrim. tit. XXXVI. de test. in causa eod. tit. in matrim.*

#### C A P U T VIII.

<sup>3. q. 9. c. 18. Absens.</sup> Neque affinis testis admittatur. *Fælin. in syn.*

*LXX. Episc. ep. 2. in med. Hadr. c. 5. them. 7. ad Episc. Mediom. Ivo part. 6. c. 331. decret. Anselm. lib. 3. cap. 7. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit. Cæsar. lib. 5. c. 30.*

#### C A P U T IX.

Testes, & accusatores sine aliqua sint infamia, <sup>2. q. 4. c. 2.</sup> uxores, & filios habentes, & omnino Christum <sup>6. q. 1. c. 6.</sup> prædicantes. *Silvest. in syn. Rom. CCLXVIII. Episc. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 68. vel 72. Magunt. sub Arnulph. c. 12. Ivo part. 5. c. 334. Capitul. lib. 1. c. 139.*

#### C A P U T X.

Testimonium laici aduersus clericum nemo recipiat. *Silvest. in syn. Rom. CCLXVIII. Episc. C in syn. Rom. CCLXXXIV. Episc. c. 14. Longob. lib. 2. tit. 51. c. 12. Hadr. Papa c. 68. ad Episc. Mediom. Anselm. lib. 3. c. 23. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 6. C 7. panorm. C part. 6. c. 334. decret. Cæsar. lib. 5. c. 33.*

#### C A P U T XI.

Nulli infami, atque sacrilego de quocumque liceat negotio aduersus religiosum Christianum, quamvis humilis, servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inscriptione Christianum impetrare. *Fælin. II. in syn. Rom. ep. 1. c. 5.*

#### C A P U T XII.

Ut testificandi, vel accusandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. *Fælin. II. in syn. Rom. ep. 1. c. 9.*

#### C A P U T XIII.

Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptore, venefici, adulteri, & qui raptrum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Fælin. II. in syn. Rom. ep. 1. cap. 15.*

#### C A P U T XIV.

Per servos, de his, quæ (*adversarii Symmacho*) obiiciebant, secum loquebantur posse convincere, addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus, quantum illi asserebant, posset in judicione superari. Quæ res canonibus, & ipsis publicis erat legibus inimica, cum patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel afflendi aliquid \*, neganda esset licentia. *Synod. IV. Rom. sub Symm. vide Ennod. pro Symmach. aliquem. post princ.*

#### C A P U T XV.

Contra Episcopum hæreticus testis non admittatur. *Apost. c. 75.*

#### C A P U T XVI.

Clerhens cum collegis suis statuit, dicens : Acculandi, vel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint, transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores, & recedentes apostatae nominantur, omnis enim apostata re-

*refutandus est ante revisionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Anaclet. ep. 1. post princ. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 8. panorm. O' part. 5. cap. 237. decret.*

C A P U T XVII.

*Accusatores, & testes esse non possunt, qui heri, aut nudius tertius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, vel laeti se ulcisci velint, inoffensus igitur accusatorum, & testium affectus querendus est, & non suspectus. Anaclet. epist. 3. in med. Burch. lib. 1. cap. 152. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 2. panorm. O' part. 5. cap. 239. decret. Anselm. lib. 3. cap. 14. Tarrac. lib. 2. cap. 2.*

C A P U T XVIII.

*Detractores, & auctores inimicorum ab Episcopali submovemus accusatione, vel testimonio. Zephyr. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 3. c. 35. in Rom.*

C A P U T XIX.

*Quisquis non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, &c. Omnes, qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum, super quorum fide non habentur, minime recipientur, & in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis omnino est credendum, qui rectam fidem ignorant, &c. Callist. ep. 2. in med. c. 5. Burch. lib. 1. c. 171. O' lib. 7. c. 1. Ivo part. 9. c. 23. decret. Tarr. lib. 5. c. 71.*

C A P U T XX.

*Similiter testes per quancumque scripturam testimonium non proferant, sed praesentes de his, quae viderunt, & noverunt veraciter testimonium dicant; nec de aliis causis, vel negotiis dicant testimonium, nisi de his, quae sub praesentia eorum acta esse noluntur. Accusatoris vero [confangui]nei adverlus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeentes, sed si voluerint, & invicem consenserint inter se parentes tantummodo testificantur, & non in alios. Nec*

*[accusatores, vel testes suspecti recipientur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atque avaritia, plerumque sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quædam pietatem putent, & pecuniæ quasi mercedem prudentiae. Callist. ep. 2. post med. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 3. O' c. 9. panorm. O' part. 5. c. 289. decret. Anselm. lib. 3. c. 54.]*

C A P U T XXI.

*Suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos, qui non sunt bona coversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accusatores esse, & testes, & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate, & nos submovemus. Pontian. epist. 2. in princ. Anselm. lib. 3. c. 16.*

*Tom. VI.*

C A P U T XXII.

*Nec ullus unquam presumat accusator simul 4. q. 4. c. 1. esse, & judex, vel testis; quoniam in omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, judices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. Fabian. ep. 2. ante fin. Burch. lib. 16. c. 15. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. O' part. 6. c. 321. decret. Anselm. lib. 3. c. 72. Cæsar. lib. 5. c. 51. Tarrac. lib. 2. c. 7. Capitul. lib. 7. c. 339. O' Usid. in etymolog.*

C A P U T XXIII.

*Eorum accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis, & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus. Steph. ep. 2. in med.*

C A P U T XXIV.

*Qui falsum testimonium dixerint nullatenus 3. q. 4. c. 11. ad accusationem sunt admittendi. [ Nulli infami unquam, atque sacrilego, de quocumque negotio liceat adversus religionem Christianum, quamvis humilis, servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetrare. Omnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Eutychian. ep. 2. in med. Ivo part. 6. c. 333. decret. O' lib. 4. tit. 8. cap. 8. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 25. Cæsaraug. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. cap. 14.]*

C A P U T XXV.

*Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptore, adulteri, incesti, benefici, suspecti, criminosi, Constituti domestici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falso testimonium dixerunt, seu qui ad sacrilegos\*, divinosque concurrerunt, similesque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi, quia infames sunt, & justæ repellendi, quia funesta est vox eorum, vocem enim funestam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet. Euseb. epist. 3. in princip. Hadr. Papa cap. 63. ad Episo. Mediom. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part. 10. cap. 37. decret. Anselm. lib. 3. cap. 19. Capitul. lib. 7. cap. 369.]*

C A P U T XXVI.

*Eorum os accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos obstruimus, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quoniam infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Mitiad. epist. 1. post princ.*

C A P U T XXVII.

*Accusatores Episcoporum, & testes absque 2. q. 7. c. 39. ulla infamia, aut suspicione, vel manifesta malitia, & veræ fidei planiter instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere jubet divina auctoritas, quoniam sacerdotes, ut antiqua tradidit auctoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt provehi honorem. Damal. epist. 3. post princip. Burch. lib. 1. cap. 172. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 4. panorm. O' part. 5. cap. 290. decret.*

C A P U T XXVIII.

*Accusatores, & judices non iidem sint, sed per 4. q. 4. c. 2. fe*

G g

## 418 Juris Pontificii Veteris Epitome

se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. *Dimal. epist. 3. ante med. Burch. lib. 16. c. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. panorm. O part. 6. cap. 336. decret.*

### C A P U T   X X I X .

Quero ab his judicium, quod prætendunt, ubi nam possit agitari, an apud ipsos, ut idem sint inimici, & testes, & judices. Sed tali judicio, nec humana debeat committi negotia, ne dum divinae legis integritas. *Gelas. epist. ad Faust. in fin. epist. Nicol. ad Michael. Imperat. ante med.*

### C A P U T   X X X .

<sup>z. q. 1. c. 6.</sup> De personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærendum est, cujus conditionis, cuiusve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum Episcopum inimicitias habuissent, & utrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certe si scire specialiter testata sunt, &c. *Greg. lib. 11. epist. 50. Joann. Defensori. Anselm. lib. 3. cap. 90. al. 93. Cæsar. lib. 5. c. 34.*

### C A P U T   X X I .

<sup>\* Novell. xi. c. vi. f.</sup> Quod dicit Episcopus (*Stephanus*) quia se absente, aliqui vilissimi sint testes exhibiti. Hoc si verum est, nullius esse momenti lege noscendum est, constitutione novella, quæ de testibus loquitur cap. xvi. \* &c. Quales autem testes, vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimæ leges ostendunt, quæ pene nulli habentur incognitæ, quæ etiam illud sanciunt, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat, &c. *Greg. lib. 11. reg. epist. 54. ad fin. Joann. Defensori. Authent. de testib. §. Et hic vero, O §. Testes.*

### C A P U T   X X I I .

<sup>z. q. 7. c. 53.</sup> Placuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam interdici \* potius, quam audiri oportet. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 29. Capit. lib. 7. cap. 322. O 440. vide Steph. ep. 2. Miladi. epist. 1.*

### C A P U T   X X I I I .

<sup>z. q. 11. c. 3.</sup> Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi te prius probaverint innocentes, quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque confessio. *Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 31. Capit. lib. 6. cap. 324.*

### C A P U T   X X I V .

Judex criminorum discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentestestes convincentur. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 53. Anian. lib. 9. tit. 30. constit. 1. Cod. Theod. sive 40. in integro libro, quæ est constit. 16. lib. 9. tit. 47. Cod. Just. Burch. lib. 16. cap. 6. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 5. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 77. Capitul. lib. 7. cap. 170. O lib. 5. cap. 156.*

### C A P U T   X X V .

<sup>z. q. 4. c. ult.</sup> Nullam damnationem Episcoporum esse umquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum, qui sit per duodecim Episcopos, aut certe probata sententia per idoneos, qui

tales sint, qui & accusare possint, ut prius ad sacra Christi quatuor evangelia sacra nenta praestant, quod nil tallum deoro nant. *Leo IV. epist. ad Episcop. Britann. Ivo part. 5. cap. 116. decret.*

### C A P U T   X X X V I .

Ne inimicorum do nestici testes adhibeantur. *vid. 4. q. 4. Nicolaus ad Michaelem Imperat. in med. cap. 3.*

### C A P U T   X X X V I I .

Multi sunt, qui contra Ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemplos putant se ad accusationem admissi debere, qui omnino non admittantur, nisi actis publicis docuerint omni se suspicione carere. *Arelat. I. cap. 13.*

### C A P U T   X X X V I I I .

Testes non recipiantur, qui ad accusandum non admittuntur, neque hi, quos accusator de domo sua attulerit. Minor quatuordecim annis testis non recipiatur. *Carth. cap. 132. alius 131. G. Afric. cap. 98. L. Carth. VII. cap. 4. L. Magunt. sub Arnulph. cap. 23. Burch. lib. 16. c. 20. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 1. panorm. O part. 6. c. 364. decret. Capitul. lib. 7. cap. 101. Raban. c. 1. de pœnit.*

### C A P U T   X X X I X .

Eius, qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi examine recipiat. *Carth. IV. cap. 58.*

### C A P U T   X L .

Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis\*. Judæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se Christianos annuntient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum, qui veritatis a se fidem abjecerunt. *Tolet. IV. cap. 63. Ivo part. 13. cap. 96. decret.*

### C A P U T   X L I .

Liberto adversus Ecclesiam, cujus juris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. *Episcop. Si præsumperit, placet, ut stante comunitatione, in servitatem propriam revocetur, cui no[n] reconatur. Tolet. IV. cap. 67. Burch. lib. 3. c. 176. Ivo part. 3. c. 237. O part. 16. c. 65. decret.*

### C A P U T   X L I I .

*H*s (loquitur de presbyteris, O diaconis, De serv. non qui de familia Ecclesiæ fuerunt manumissi) ordin. cap. 3. Greg. IX. & ceteris Ecclesiæ libertis accusandi, vel testificandi adversus Ecclesiam aditus intercluditur, in 1. coll. cap. 4. ad quod si aspiraverint, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed temporis necessitate promeruerunt. *Tolet. IV. cap. 73.*

### C A P U T   X L I I I .

De testibus prodictionis caussa notatis, & postea restitutis. *Toletan. XII. cap. 7. O XIII. c. 1.*

### C A P U T   X L I V .

Summopere admonendi sunt comites, & judices, ne viles, & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere, quoniam multi sunt, qui pejerare pro nihilo ducunt, in tantum, ut pro unius diei satietate, aut pro qualibet

bet parvo pretio ad juramentum conducī possint, animasque tuas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non solum, qui pejerant, sed qui perjuris \* simili. consentiunt similiter\* plectendi sunt damnatione. *Turonen. sub Carolo cap. 34. Ivo pare. 16. cap. 337. decret.*

#### C A P U T XLV.

Testes probatissimi, & pauci de pluribus esse debent, tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem pravorum testimoniū cupiditate, & falsitate lēditur res publica. *Cabil. sub Carolo c. 21.*

#### C A P U T XLVI.

Non minus, quam quatuordecim annos aetatis habeat, qui ad testimonium admittendos est secundum censuram canonice institutionis, sicut in Africano concilio, cap. 98. &c. *Magunt. sub Arnulph. cap. 23. vide supra c.* Testes non recipiantur.

#### C A P U T XLVII.

Nos diximus, quia non possunt cohabitantes inimicis susceptibiles ad testimonium comprobari. *Photius Episc. Tyri in caussa Ibe in concil. Chalced. act. 10. in princ. vide Nicæn. cap. 41. cap. Centemus. Thelosphor. epist. 1. cap. 4. Nicolaum ad Michael. Imperat. c. Ne inimicorum.*

#### C A P U T XLVIII.

Silvester constituit, ut nullus laicus crimen clericō audeat inferre. *Damas. in Silvest. Ludov. Imper. lib. 2. tit. 51. de testib. cap. 12. in Longobard. Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. C part. 5. cap. 264. decret. Anselm. lib. 3. cap. 23. Cæsaraug. lib. 5. cap. 33. Tarrac. lib. 2. cap. 16.*

#### C A P U T XLIX.

<sup>2. q. 7. c. 2.</sup> Ego judex datus sum, & non possum testari. *Maras presbyter in Chalced. concil. act. 16. post princ. vid. Damas. ep. 3. c. Accusatores, & judices. Fabian. epist. 2. cap. Nec ullus.*

#### C A P U T L.

Absque veris, & innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice convictos, aut sponte confessos, &c. non licet damnare. *Stephan. C alii ad Damas.*

#### T I T U L U S III.

#### DE NUMERO TESTIUM.

#### C A P U T I.

**S**i te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testimoniū stet omne verbum Christi. apud Matth. cap. 18. num. 16. v. Joann. cap. 8. Deuter. cap. 17. C 19. Paul. 2. ad Corinth. 13. ad Hebr. cap. 10.

#### C A P U T H.

*Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Paul. 1. ad Thimot. 5. num. 19.*

#### C A P U T III.

<sup>Dif. 43. c. 1.</sup> Si aliquod mortale peccatum neophytus fecisse deprehendatur, & a duobus, vel tribus testibus convincatur, cesseret a clero. Qui adversus haec veniret, & impugnans magnam synodus, de suo clero periculum subeat. *Nicæn. c. 2. Mart. Brac. cap. 22. Synod. sub Joann. IX. act. 2.*

#### C A P U T IV.

Duodecim unciis in libra probabitur censura, & in septuaginta duobus comparentibus damnabitur Praeful, &c. *Synod. contra Marcell.*

#### C A P U T V.

Non damnabitur Praeful nisi in septuaginta duobus testibus, &c. Presbyter autem Cardinalis, nisi quadraginta quatuor testibus non damnabitur. Diaconus Cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in viginti sex non damnabitur: subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius nisi in septem testibus non damnabitur. *Silvest. in epilogosyn. Rom. C in ipsa syn. Rom. CCLXXXIV. Episc. cap. 3. Hadrian. Papa cap. 68. ad Episc. Mediom. Magunt. sub Arnul. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 158. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. C part. 5. cap. 264. C part. 6. cap. 334. decret. Deusdedit. cap. 3. Capitul. lib. 1. cap. 139.*

#### C A P U T VI.

Si duo, vel tres viri consanguinitatem jurejuringo firmaverint, vel ipsimet forte confessi fuerint, conjugia dissolvantur. *Urb. II. in syn. Troi.* <sup>35. q. 6. c. 4.</sup>

#### C A P U T VII.

Contra Episcopum in testem haeticus non admittatur, ne fidelis quidem, si unus tantum sit: *In ore enim duorum, vel trium stat omne Mass. 18. verbum. Apoc. c. 75.*

#### C A P U T VIII.

Patriarcha, vel Primates accusatum discutentes Episcopum, non ante sententiam proferant Primates. finitivam, quam Apostolica fulti auctoritate, aut reum se ipsum confiteatur, aut per innocentes, & regulariter examinatos convincatur testes, qui minori non sint numero, quam illi discipuli fuerunt, quos Dominus ad adjumentum Apostolorum eligere præcepit, id est, septuaginta duo. *Zephyr. ep. 1. in princ. Fælix ep. 1. Nicæn. c. 61. apud Jul. ep. 2. c. 26. Burch. lib. 1. cap. 154. C 157. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 11. panorm. C part. 5. c. 267. decret. Anselm. lib. 3. c. 35. C c. 65. C 66. Tarracoz. lib. 2. c. 40.*

#### C A P U T IX.

Apostolus inquit, adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus, vel <sup>1. Tim. c. 5.</sup> tribus idoneis testibus. *Xyst. II. ep. 2. ante fin.* <sup>2. q. 7. c. 29.</sup> Accusatio.

#### C A P U T X.

Cum liber homo criminē fuerit appetitus, nisi jam pridem repertus est alicujus sceleris reus, aut tribus testibus convictus, poenæ succumbit, aut si convinci non potuerit, ad evangelium sacrum, quod sibi obiicitur, minime commissile jurans, absolvitur. *Nicol. ad Consult. Bulgar. c. 86.*

#### C A P U T XI.

Si Episcopus dicat aliquem, sibi soli crimen confessum, ille negat, non putet Episcopus, sibi <sup>cuit, c. ult.</sup> injuriam fieri, si soli non credatur. Et si dicat scrupulo conscientiae se non posse ei communicare, ab aliis Episcopis ei non communicabitur. Nihil igitur dicat, quod probare nequit. *Carth. c. 133. C 134. G. Carth. VII. c. 5. L. Afric. cap. 99. L. Ivo part. 5. c. 363. decret. C ep. 151. ad Olricum fratrem.*

#### C A P U T XII.

Si tantum Episcopus alieni sceleris se consci- <sup>6. q. 2. c. 2.</sup>

## 420 Juris Pontificii Veteris Epitome

um novit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus laborebatur. Quod si corrumptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiam si Episcopus in redargendo illo, quem reum judicat, probatione deficiat, indemnatus licet, ab his qui nihil sciunt, lecedere ad tempus, pro persona majoris auctoritatis jubatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanente. *Vasian.* c. 8. *Ivo* part. 5. cap. 364. *decret.* *O'epist.* 151. *ad Otriculum fratrem.*

### C A P U T XIII.

*2. q. 4. Pla-*  
*cuit, c. 1.*  
*1. Tim. 5.* Si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetrat, secundum præceptum Pauli Apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniosis approbare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat. *Brac.* II. c. 8. *Burch. lib.* 2. c. 202, *aliis* 204. *Ivo lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 13. *pa-*  
*norm.* *O'part.* 6. c. 276. *decret.* *Capitul. lib.* 5.  
*cap.* 340.

### C A P U T XIV.

*Matt. 18.* In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum, ut scriptis accepimus, a dominis manu missos coram tribus testibus eo honore fungi volumus. *Trull.* c. 85.

### C A P U T XV.

*1. ad Tim. 5.* Apostolus Timotheo præcepit, in cuius persona, ut Leo dicit, omnium Christi sacerdotum numerum erudit, ut accusatio adversus presbyterum non recipiatur, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Et sacrum Nicænum concilium Neophyti Episcopum duobus, vel tribus testibus *Daniel c. 13.* redargutum a clero abstinerat præcipit. Sed quia in historia Susannæ duo testes, qui idonei videbantur, & in historia Naboth, & in historia Passions Domini duo testes dixisse falsum testimonium legimus, &c. de numero testium idoneorum auctoritatem legum sequendam vidimus, ut septem testes idonei requirantur, & si ratio, vel causa coegerit, quatuordecim, vel viginti, & unus testis querantur, ut veritas patefacta monstretur. *Trosl.* c. 9.

### T I T U L U S IV. DE FALSI TESTIBUS.

#### C A P U T I.

**M**OX examinantur falsi testes, qui contra Ignatium juraverunt, & cum præscripta a synodo satisfactione pœnitentia, recepti sunt ad communionem Ecclesiæ. *Syn.* VIII. *sub Hadr.* II. *act.* 9. *ante fin.*

#### C A P U T II.

De falsis testibus non admittendis ad accusandum, aut ad testimonium dicendum. *Fœlia* II. *in syn.* *Rom.* ep. 1. c. 5. *Eutych.* ep. 2. *in med.* *Euseb.* ep. 3. *in princ.*

#### C A P U T III.

*Ecclesiæ 12. d.* Scriptum est: Abominatur Dominus labia mendacia, & testem fallacem proferentem *4. q. 4. Nul-*  
*lus, c. 2.* mendacia, & seminantem inter fratres scandala, atque litigia, &c. *Damas.* ep. 3. *ante med.*

*Burch. lib.* 16. c. 31. *Ivo lib.* 4. *tit.* 7. c. 26. *pa-*  
*norm.* *O'part.* 6. c. 337. *decret.*

### C A P U T IV.

Falsus testis, prout crimen est, abstinebit, si *De crim. fals.* tamen non fuerit mortis, quod objecit, & si pro. c. 1. in 1. coll. baverit, quod diu \* tacuerit, biennii tempore \* nou. abstinebit, si autem non probaverit, in conven- tu clericorum placuit per quinquennium abstine- ri. *Elib.* c. 74. *Burch. lib.* 16. c. 18.

### C A P U T V.

Falsus testis juxta scripturam impunitus non *Proverb.* 19. sit. *Arelat.* c. 14.

### C A P U T VI.

Homicidas, & falsos testes a communione Ec- 24. q. 4. c. chesiastica submovendos, nisi pœnitentia satisfa- 20. Itaque. ctione crimen diluerint. *Agath.* c. 37. *Venetum* c. 1. *Rab.* c. 13. *de pœnit.* *Burch. lib.* 6. c. 29. *Ivo* part. 10. c. 38. *O' 158. decret.*

### C A P U T VII.

Si Episcopus, presbyter, aut diaconus capita- 24. q. 4. c. le crimen commiserit, aut chariam falsaverit, Dif. 50. c. 7. aut testimonium falso dixerit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi quamdia vixerit, laicam tantummodo communio- nem accipiat. *Agath.* c. 50.

### C A P U T VIII.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censetur. *Epaun.* cap. 13.

### C A P U T IX.

Si quis clericus fortum, aut falsitatem admi- ferit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, com- munione concessa, ab ordine degradetur. *Aurel.* III. cap. 8.

### C A P U T X.

Si quis convictus fuerit, alios ad falso testi- monium, vel perjurium attraxisse, aut quacum- que corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio consensile probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur. *Matis.* cap. 17.

### C A P U T XI.

Decrevimus, ut laici homines legitime vi- vant, &c. & falsa testimonia non dicant. *Synod.* *Sueffion.* sub *Pipino.*

### C A P U T XII.

Ut comites, judices, seu reliquus populus obe- dientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justicias faciendas, & munera pro judicio non recipiant, nec falsos testes, ne per hoc pervertant judicia iustorum, &c. *Arelat.* sub *Carolo* c. 13.

### C A P U T XIII.

De vilibus, & indignis personis non admit- tendis ad testimonium, quia periculum est, ne falso testimonium dicant. *Turon.* sub *Carolo* cap. 34. *vide tit.* *Quales testes,* cap. Summo- pere.

### C A P U T XIV.

Episcopi consentientes sint comitibus, & ju- dicibus ad justicias faciendas, & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falso testimonium, neque per perjurium, aut per proœmum lex ju- stitia in aliquo depravetur. *Magunt.* sub *Carolo* c. 8. *Ma-*

8. Magunt. sub Raban. c. 7. Burch. lib. 15. c. 4.  
C A P U T XV.

*Ex corde cunctos attentius invicem diligere (Petrus Apostolus) insinuabat, non falsum testimonium dicere, &c. non jurare, ne forte perjures veritatem ex corde, & ore proferre, &c. Theodulph. ad presyb. Aurel. c. 21. ex Clem. epist. 1.*

C A P U T XVI.

*Dicendum est eis (fidelibus) ut a falso testimonio abstineant, scientes, & hoc gravissimum scelus esse, & ab ipso Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino: Non falsum testimonium dixeris, sive: Testis falsus non erit impunitus. Theodor. ad presb. Aurel. cap. 27.*

T I T U L U S V.  
COMMUNIA D E TESTIBUS.

C A P U T I.

*De accus. qualiter, & quando, c. 24. ap. Greg. IX. & in 4. coll. eod. tit. cap. 4.* **D**ebet esse præsens is, contra quem facienda sentaverit, &c. & non solum dicta, sed etiam nominia testium sunt ei, ut quid, a quo sit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per surreptionem nominum infamandi; per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia tribuatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 8.*

C A P U T II.

*De sent. ex-eomm. c. 48. apud Greg. IX. c. 5. in 4. coll.* **SInnoc. III. in concil. gener. Later. cap. 47.**

C A P U T III.

*14. q. 2. c. 2. \* eventu aliquo causæ interfuerunt.* **Q**quamquam fæcundum testimonium credibilis habeatur, tam ipsi in fæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem cruentæ caussæ aliquid viderint\*, aut audierint, ubi nullæ idoneæ fæcularium inventantur personæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus existimetur, in providentia proprii sit Episcopi, ut, aut coram se, & competentibus judicibus, aut aliter veritatem honoriſſe attollant. *Eugen. II. & Leo IV. in syn. Rom. cap. 13.*

C A P U T IV.

**C**um Episcopus accusatus ad judicium venire, congruum sibi locum eligat, quo absque timore tuos, si necessitas exposcerit, testes habere valeat, &c. *Felix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 8. Capitul. lib. 6. cap. 287. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 5. panorm.*

C A P U T V.

*2. q. 2. c. ult.* **P**receptum est in antiquis canonibus Episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos Ecclesiæ proprias recipere, &c. Judices esse decernentes Episcopos recta sapientes, & in Ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur. *Zephyr. epist. 2. in princ. Hadrian.*

*ad Episc. Mediom. cap. 13. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 1. & 2. panorm. & part. 5. c. 265. decr. Burch. lib. 1. cap. 153. Capitul. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 129. in addit.*

C A P U T VI.

**C**anonica patrum instituta non semel, sed faxissime clamant, nec accusations, nec testimonia ullum per scripta posse proferre, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub præfentia eorum aucta esse noscuntur. *Damas. epist. 6. in fin. Anselm. lib. 3. cap. 47.*

C A P U T VII.

**Q**uod dicit Episcopus (*Stephanus*) quia se absente aliqui vilissimi sint testes exhibiti: Hoc si verum est nullius esse momenti lege noscendum est. Constitutione novella, quæ de testibus loquitur, cap. 16.\* Hoc quoque sepius agnovimus, quoniam quidam aut apud locorum defensores, aut apud carissimos provinciarum judices, aut etiam, ut assolet, hic apud virum clarissimum magistrum census ingrediuntur, & queruntur tanquam ab alio passi aliquid contra leges, aut aliter laeti, aut damnificati testes volentes producere. At ne postea obliiciatur eis, quia per unam partem gesta confecta sunt, oportet, & illum, qui impetratur, in ipsa civitate constitutum, ubi testimonia dantur, admonitum a judice, sive a defensore advenire, & audire attestations; si vero noluerit advenire, sed contemplerit, ut ex hoc ab una parte testimonia adversus eum inutilia sint: Sancimus hujusmodi testimonia ita valere, ac si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso præsente fuissent facta. Si enim recusaverit, & venire noluerit, & audire, quæ deponuntur, cum utique in publico sit, & non ex inevitabili quadam necessitate venire non possit, similis advenienti erit, & nulla utilitas ex contemptu suo ei adhibebitur, sed videbuntur quidem in utriusque præsentia probationes factæ. Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes adveniat. Quod quia hic omisum est, necesse est, ut quod contra leges actum est, firmitatem non habeat, &c. *Greg. Joann. Defensori lib. XI. registr. epist. 54. ad fin. Authent. de test. §. Et hic vero. Anselm. lib. 3. cap. 90. Cæsar. lib. 5. cap. 54.*

C A P U T VIII.

**N**ovit prudentia tua, quod personis absentibus accusationem per scripta, canonica non probet auctoritas, nec absque partium disceptatione per cognita in examinatione recipiat caussas. *Greg. VII. Gozelino Burdegalem. Archiep. lib. 2. registr. epist. 2.*

C A P U T IX.

**L**ocus suspectus mutandus est in alium vicinum, ubi possit accusatus, aut accusator testes adducere, & caussam agere. *Carthag. cap. 30. G.*

C A P U T X.

**Q**ui forte in Ecclesia quamlibet caussam, iura apostolico Ecclesiæ imposito, agere voluerit, & fortasse decisio clericorum uni parti displicerit, non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor, vel præsens fuit, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur. *Carth. c. 60. G. Carth. V. cap. 1.*

## 422 Juris Pontificii Veteris Epitome

*V. cap. 1. Afric. cap. 26. Capit. lib. 7. cap. 91.  
Anselm. lib. 5. cap. 82. Ivo part. 6. cap. 230.*

### C A P U T XI.

Transmarina judicia non possunt habere necessarios testes, cum aetate, vel morbo, vel aliis rebus impediatur. *Carsh. cap. 138. G. Carsh. VI. in fin. epist. ad Cœlest. Afric. concil. in fine.*

### C A P U T XII.

*22. q. 1. c. 1.* Omne, quod testibus adstipulatur, tunc verius constat, cum id auctoratio jurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat, &c. *Tolet. VIII. cap. 2. Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 1. panorm. O' part. 12. cap. 2. decret.*

### C A P U T XIII.

Si pro culpis minimis, ut afflolet (*qui dignitatem palatini sunt consueuti*) flagellorum ictibus a Principe verberentur, non ex hoc, aut testimonium amissuri sunt, aut rebus tibi debitibus privabuntur. *Tolet. XIII. cap. 2.*

### C A P U T XIV.

Sic Gregorius decretit: Per idoneos, ut præmissimus, testes, sacramento (*Episcopus*) inquietret de malæ famæ presbytero, & qui proinde iurabunt, hoc modo singuli jurent: „ De hoc, quod me interrogabis de isto presbytero, quid inde sciam, me sciente, nec mendacium tibi dicam, nec veritatem reticebo, sic me Deus adjuvet, & isti sancti Dei “. Post illud sacramentum interrogari debet hoc modo: „ Sancti canones præcipiunt, ut presbyteri talem accessum, & frequentationem, ac cohabitationem cum fœminis non habeant, unde mala suspicio, & inconveniens sacerdoti fama possit exire, propterea dic mihi, si vidisti, aut pro certo scis, talem accessum, vel frequentiam, aut cohabitationem habere feminas cum isto presbytero, unde mala suspicio esse possit, & mala fama poterit exire, in illo sacramento, quod modo jurasti, ut veritatem inde non reticeas, & mendacium inde non dicas “. *Trostan. c. 9.*

### T I T U L U S VI.

#### DE TORMENTIS.

### C A P U T I.

*3. q. 5. c. 4. Illi.* **N**EC illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicanda est sollicite eorum veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest, hanc diversis cruciatibus & latebris suis rigorosus tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora solvuntur, quæ gesta sunt, fideliter, & veraciter exquirantur. *Euseb. epist. 1. in princ. Ennod. pro Symmach. ante med. Anselm. lib. 3. cap. 26.*

### C A P U T II.

*2. q. 1. In primis, c. 5. Testes. Greg. Joann. Defensori lib. 11. registr. epist. 54. ad fin. Authent. de testib. q. Testes. Anselm. lib. 3. cap. 90. Cæsar. lib. 5. cap. 54.*

### C A P U T III.

Si fur, vel latro deprehensus fuerit, & negaverit, quod ei impingitur, afferitis apud vos quod judex caput ejus verberibus tundat, & aliis stimulis ferreis, donec veritatem depromat, latera pun-

gat; quam rem nec divina lex, nec humana profnimiam Bulfus admittit, cum non invita, sed spontanea debat garorum se-  
esse confessio, nec sit violenter elicienda, sed vo-  
luntarie preferenda, &c. Relinquit itaque talia, &  
& quæ haecenus insipienter exerquisitis, medulli  
tus execrannini. *Nicol. ad consult. Bulgari. c. 86.*

### T I T U L U S VII.

#### DE CONFESSIONE.

### C A P U T I.

**N**Emini de se confessio credi potest super cri-  
men alienum, quoniam ejus, atque omnis  
rei confessio \* periculosa est, & admitti adversus  
quemlibet non debet. *Nicæn. c. 53. apud Julium  
epist. 2. cap. 18. Dionys. epist. 2. in med. Ivo lib.  
4. tit. 7. c. 17. panorm. O' part. 5. c. 288. decret.*

### C A P U T II.

De reo non damnando antequam confiteatur  
crimen, aut convincatur. *Nicæn. cap. 61. apud  
Jul. epist. 2.*

### C A P U T III.

Si Episcopus accusatur de aliqua re a fide di-  
gnis, vocetur ab Episcopis, si venerit, & confes-  
sus fuerit, aut convincatur, poena definiatur  
competens. *Apost. cap. 74.*

### C A P U T IV.

Est etiam & hoc ad hanc sanctam sedem perla-  
tum, quod pudet dicere, & non solum sacerdota-  
li, sed etiam omni Christiano nomini est inimi-  
cum, id est, quod nonnulli Episcopos, vel sacer-  
dotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent,  
aut fraude decipiunt aliquas confessionis suæ in  
alteram partem, quam debeant, aut pro suarum  
non requisitione rerum \*, aut quod deterius est, \* caussarum.  
pro alieni erroris secta scripturas facere, & pro-  
priis manibus roborare, & coram populis recitare,  
atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus, & er-  
gastulis recludi, ut saltem his territi insidiis de-  
vient Domini sacerdotes, & suis faveant volun-  
tatibus, &c. Si hujusmodi personis quædam scri-  
ptræ quoquo modo per metum, aut fraudem,  
aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberari pos-  
sint, quocumque ab eis conscriptæ, vel roboratæ  
fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium, aut  
nocumentum pervenire \* censemus, neque ullam \* provenire.  
eis infamiam, vel calumniam, aut a suis seque-  
strationem bonis, unquam auctore Deo, & san-  
ctis Apostolis, eorumque successoribus, sustinere  
permittimus. Confessio vero in talibus non com-  
pulsa, sed spontanea fieri debet, &c. Omnis enim  
confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est, &c.  
Confessio ergo in talibus non extorqueri debet,  
sed potius sponte profiteri, peccatum est enim de  
suspicione, aut extorta confessione quemquam  
judicare, cum magis inspecto cordis sit Domi-  
nus, quam operis, &c. Non potest autem huma-  
no condemnari examine, quem Deus suo reser-  
vavit judicio. Si omnia namque in hoc sæculo  
vindicata essent, locum divina non haberent ju-  
dicia. *Alexand. epist. 1. post princ. O' in med.  
Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 11. panorm. O' part. 5.  
cap. 241. decret.*

### C A P U T V.

Neganda est acculantibus licentia criminandi  
priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint,  
quia

quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam pericula est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio\*. Familiares vero, & sponte confessi, atque sceleribus irretiti non debent admitti, nec hi, qui hesterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. Stephan. epist. 2. c. 7. ante medium. Constit. 7. sive 12. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodos. & Anianus. ibid. & Const. 19. tit. 1. lib. 9. Cod. Justin. Hadrian. Papa cap. 31. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 164. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 15. panorm. & part. 5. cap. 274. decret. Anselm. lib. 4. cap. 71. Capitul. lib. 7. cap. 324. & 453. Cæsar. lib. 5. cap. 50. Tarrac. lib. 2. cap. 11.

## C A P U T VI.

3. 9. 9. cap. 10. Decernimus, in fin. Manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui totiens evocati, absque inevitabili causa venire distulerunt, & purgandi se voluntate non utuntur. Julius epist. 2. cap. 1.

## C A P U T VII.

3. 9. 9. cap. 20. Decernimus. Confitetur de omnibus, quisquis se subterfuge re judicium dilationibus putat, &c. nam manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato judicio purgandi se occasione non utitur, &c. Nihil enim interest, utrum praesenti examine omnia, quæ dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione, procurata toties constet absentia, &c. Bonifac. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo part. 5. cap. 271. decret. Anselm. lib. 3. cap. 34.

## C A P U T VIII.

Ideo vocatur ad judicium certe quæcumque persona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Post confessionem porro litterarum tenore depromptam, cur ad judicium vocaretur Acacius, qui se confessus est Petro, quem petiit a sedis Apostolicae præceptione damnari, communione socias. Gelas. ep. 7. ad Episc. Orientis post princ.

## C A P U T IX.

Quamquam ea, quæ vi impulsionis fiunt, canonum minime censura recipiat, & jure habeantur infirma, quia ipse ea dissolvit, qui injustum fateri, fierique compellit, sed magis illa suscipienda est, & amplectenda confessio, quæ ex spontanea voluntate monstratur procedere, sicut apud nos fecisse dignosceris, &c. Greg. Anastas. presbyt. lib. 5. ep. 64. regist.

## C A P U T X.

Si confessionem subtilitas examinis ex occultis elicet, & non afflictio vehemens extorqueret, quæ frequenter agit, ut & noxios sese fateri etiam cogantur innoxii. Nam postquam Episcopus (Pompejus,) ut dicitur, cum cruciari custodia, cremarique fame se afferit, scire debetis, si ita est, utrum noceat, si sic fuerit extorta confessio. Greg. Constantio Episc. Mediolan. lib. 8. regist. epist. 30.

## C A P U T XI.

Judex criminosum discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentest testes con-

vincatur. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 53. Anian. lib. 9. tit. 30. constit. 1. Cod. Theodos. sive 40. in integro libro, quæ est constit. 16. lib. 9. tit. 47. Cod. Justin. Burch. lib. 16. c. 6. Ivo lib. 4. tit. 11. c. 4. panorm. Anselm. lib. 3. c. 77. Capitul. lib. 7. c. 170. & lib. 5. c. 156.

## C A P U T XII.

Sicut audita mala tarde credidimus, ita tot probationibus cognita citius punire necessario procuravimus, & hoc rite, nam ad cognoscendam, & condemnandam impietatem Nestorii sancta Ephesina synodus solam epistolam ejus, quam ad Beatum Cyrrillum scriplerat, recitatam sufficere creditit. Quinta præterea synodus etiam jam mortuos Origenem, atque Theodorum, per eorum damnanda scripta non recte sapuisse reportos, anathemate perculit. Sanctus quoque Papa Gelasius de damnatione Acacii vestræ quandam urbis Episcopi ad Dardanos scribit, dicens: „ Hic si examinatio queritur, jam judicio non erat opus, postquam litteris suis ipse confessus est “. Christi præterea confessor Papa Martinus Cyrrhum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum CP. solis eorum in sua sacra synodo. scriptis. recensitis, damnationi contradicit: „ Hæc ergo, & tot prædecessorum meorum exempla sequentes solemniter nos Photium, & complices ejus damnasse manifestum est: „ præsertim cum ex vobis audierimus in scriptis, Ignatium, qui merito Christus Domini dicens est, a subjectis, & inferioribus suis sententiæ gladio transverberatum fuisse, ac detrimentum dignitatis propriæ pertulisse, quod apte secundum David in Saule, quem dicit Christum Dei, nuncupatur; abjectus tamen a Domino jam dignoscatur, exhorruisse, Regum prodit historia. Qui dum ex ore pueri 3. Reg. 2. Amalachitæ, etiam mendaciter dicentis audisset, quod occiderit Saulem, non alia certitudine requisivit, sed protinus hunc percussit, dicens: Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersus te, dicens: „ Ego interfeci Christum. Domini “. Nicol. ad Michael. Imp. in ep. quæ incipit: Quanto maiora, post med. vide Ephesinam syn. CP. c. 6. CP. II. att. ult. c. 11. Gelas. ep. 11. Mart. in Later. syn. secret. 4.

## C A P U T XIII.

Confessionem, quam non voluntas, sed vis extorsit, nequaquam pro confessione recipimus. Nicol. ad Lothar. Regem ep. 51. post princ.

## C A P U T XIV.

Non licet Episcopos, vel aliquos etiam minorum graduum clericos absque veris, & innocentibus testibus, vel nisi manifeste convictos, aut sponte confessos damnare. Stephan. & alii ad Damas.

## C A P U T XV.

Decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ conventu regiae subtilitatis astu, &c. citra manifestum, & ejusdem\* sue culpæ indicium ab honore sui ordinis, vel servitio domus regiae arceatur, &c. Repulso omni terrorre sub circumspecta, & diligenti

ti custodia habeantur, ut tempus, quo judicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus, vel propinquis, atque etiam rebus suis diuissime separati professionem suam videantur dedisse inviti. Quæ tamen, & si data fuerit, modis omnibus non valebit, sed juxta superiorum ordinem, illud tantum pro vero accipiatur, quod ex ore ejus agnatum generali fuerit judicio comprobatum. *Tolet. XIII. cap. 2.*

## C A P U T XVI.

Homicidas, &c. non prius condemnant judices, quam ipsi accusationem confessione sua confirmaverint, vel ab aliis apte convicti fuerint. *Theodoret. ad Leo post ep. 60. B. Leonis.*

## T I T U L U S VIII,

## DE EXPURGATIONE.

## C A P U T I.

*De haeret. c. 13. Gr. IX. c. 2. ead. tit. in 4. coll.*

**Q**UI inventi fuerint sola suspicione (*heresis*) notabiles, nisi juxta considerationes suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, &c. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suā convocet accusatos de hæresi, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

## C A P U T II.

*Ne cler. vol monach. c. 9. Greg. IX. c. 2. ead. tit. in 4. coll.*

Ne quisquam purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat, salvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis, siue duellis antea promulgatis. *Innocent. III. in concil. gener. Later. c. 18.*

## C A P U T III.

*z. q. s. c. 6.*

Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetrationē, Deo si bi resistente, deiicere non valet, opinionem eorum, falsa ad præsens simulando, dilacerat. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit, utrum vera essent districta diutius fecimus inquisitione perquiri, & nullam iā eo de his, quæ dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus saeramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gavisi, quod hujuscmodi experimento innocentia ejus evidenter enuit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reverentiam ei, qualem sacerdoti deceat, exhibeat, ne qua in cordibus remaneat de his, quæ sunt jam purgata, dubietas: sed ita supradicto vos Episcopo devotissime oportet in omnibus adhærere, ut congrue, decenterque Deum in ejus persona, cuius minister est, videamini honorare. *Greg. lib. 2. regist. indict. 10. ep. 23. ad Justinum Prætorem. Burch. lib. 1. c. 194. Ivo l. 5. tit. 1. c. 5. panorm. C part. 5. cap. 309. decret. Anselm. lib. 6. cap. 154. at. 162.*

## C A P U T IV.

Quia aliqua nobis de te fuerant nuntiata, quæ

officii tui propositum non leviter macularent, curæ nobis fuit, ea diu, ac subili investigatione perquirere, & quoniam nihil, quod tibi noceret, invenimus, ne qua de his, quæ dicta fuerant, suspicio remaneret, ad plenissimum te satisfactionem, si ab eis insens extiterit, ad sacratissimum corpus beati Petri Apostolorum Principis districta fecimus sacramenta præbere. Et ideo postquam nobis, ut oportuit, satisfactionem est, dilectionem tuam prævidimus modis omnibus absolvendam, &c. *Greg. Martino diacono & Abbati lib. 6. regist. ep. 18.*

## C A P U T V.

Quæ de causa Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmisimus, agnovistiſ. Sed quia qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio a præsentium latore Castorio chartulario nostro renuntiante cognovimus; ideo si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgaverit, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris, ut scripsimus, tantummodo requisitus liberum se esse respondebit, cauſam ipsius fraternali vestræ, de eo quod excommunicatus missarum solemnia agere præsumperit, judicio committimus, qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. *Gregor. lib. 7. regist. ep. 79. Mariniano Episc. Ravennati.*

## C A P U T VI.

Quanto a nobis crediti, & necessarias vides causas injungi; tanto te strenuum debes, & sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus præstito sacramento firma verit, se simoniaca hæresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxium se esse responderit, & de inobedientia sua pœnitentiam, sicut deputavimus, egerit; volumus, ut ad consolandum illum, epistolam, quam ad eum scripsimus, ubi ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signavimus, experientia tua dare debeat, quia sicut in contumacia persistentibus severos nos esse convenit, sic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniam non debemus. *Greg. lib. 7. regist. indictio ne 2. ep. 80. Castorio notario.*

## C A P U T VII.

Mennam reverendissimum fratrem, & coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri Apostoli sub jurejurando satisfaciens, ab his, quæ objecta ejus opinioni fuerant, sed demonstravit alienum; reverti illuc purgatum, absolutumque permisimus, quia sicut dignum erat, ut si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adjuvante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. *Greg. lib. 11. ep. 8. ad Brunichildam Reginam Francorum. Burch. lib. 1. c. 196. Ivo lib. 5. tit. 1. cap. 6. panorm. C part. 5. cap. 311. decret.*

## C A P U T VIII.

Presbyter, vel quilibet sacerdos, si a populo fuerit accusatus, & certi non fuerint testes, qui cri-

criminis illati approbent veritatem, jurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiae suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sive maneat in proprio gradu. *Greg. Ill. epist. 4. Bonif. post princ. Trosl. cap. 9. Burch. lib. 2. cap. 186. Ivo lib. 1. tit. 1. cap. 8. panorm. C part. 6. cap. 231. decret.*

C A P U T IX.

*Cum liber homo crimen fuerit appetitus, nisi jam pridem repertus est alicujus sceleris reus, aut tribus testibus convictus pœna succumbit, aut si convinci non potuerit, ad evangelium sacram, quod sibi obiicitur, minime commissoe jurans absolvitur, & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus Apostolus doctor gentium attestatur: Omnis, inquietus, controversiae eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 86.*

C A P U T X.

*Dif. 23. c. 5. Illud est statuendum, ut quando ad eligendum Episcopum convenerimus, si qua contradicatio fuerit oborta, non presumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres Episcopi jam; sed postulentur ad numerum supradictorum, si haberi possunt, unus, vel duo; & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradictientium: postre, etiam illa, quæ obiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit in conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestrae sanctitatis animo concordat, roboretur vestrae dignationis responsione. Ab universis Episcopis dictum est: satis placet. Carth. c. 51. G. Carth. III. cap. 40. L. Afric. cap. 17. L. Burch. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 5. cap. 60. decret. Anselm. lib. 6. cap. 55.*

C A P U T XI.

*31. q. 3. c. 36. Rursus. Constitutum est, ut quories clericis convitis, & confessis, in aliquo crimen, vel propter eorum, quorum verecundia pars sit, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum, atque gentilium, si forte Ecclesiæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant; si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur. Carth. c. 80. alias 79. G. Carth. V. cap. 12. Afric. cap. 46. Vormati. cap. 71. Anselm. lib. 12. cap. 28.*

C A P U T XII.

*17. q. 4. c. 24. de purg. vulg. c. 2. in 1. coll. ae (aliter) purget. Magunt. sub Raban. c. 24. Burch. lib. 6. cap. 7. Ivo part. 10. cap. 136. decret. Pœnitent. Rom. tit. 1. cap. 1. Greg. IX. \* al. XII.*

C A P U T XIII.

*De purg. canon. c. 4. ap. Greg. IX. & in 1. coll. ed. tit. cap. 3. Si quis, quod non optamus, de gradu Ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem, vel interventorem (loquitur de eo, qui raptori sponsæ alienæ favet) manifeste prodiderit, a gradu proprio repellatur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, & canonice nequiviter approbari, secundum sanctorum patrum statuta se purgare cogatur. Melden. cap. 68. Burch. lib. 9. cap. 32. Ivo part. 8. cap. 170. decret. Tom. VI.*

C A P U T XIV.

*De purg. ca- mine religionis degere cognoscuntur, sed potius non. c. 3. ap. juxta Apostolum in deliciis viventes, mortuæ in Greg. IX. c. 2. in 1. coll. 1. Ties. 5. divinis oculis competantur; libidinibusque & cæteris carnis voluptatibus interfiri accusantur, &c. Si manifeste detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur. Meld. cap. 70. Burch. lib. 8. cap. 50. Ivo part. 7. cap. 68. decret.*

C A P U T XV.

*Si quis in exercitu, vel infra regnum sine iustitione Dominica per vim hostilem aliquid praedari voluerit, aut fœcum tollere, aut granum, sive pecora majora, vel minoria, domosque infringere, vel incendere, haec ne fiant omnimodo prohibemus. Quod si ab aliquo presumptuose factum fuerit, sexaginta solidos, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum duodecim testibus se purget. Pist. cap. 4.*

C A P U T XVI.

*Si Episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in singulis missis celebrare, & secretam publice dicere, & communicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere: quod si non fecerit, quinquennio a liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur, sicut antiqui canones instituerunt. Vormat. c. 10. Burch. lib. 2. cap. 199. Ivo part. 6. cap. 272. decret.*

C A P U T XVII.

*Sacerdotes, qui in crimen fornicationis fuerint accusati, & crimen illis non fuerit comprobatum, aut non manifestaverint: quid aliud agendum est, nisi quod in nono Caleariensis sancti concilii capitulo legitur, ac demonstratur? Tamen si ipsi juramento se voluerint purificare, licentiam habeant. Similiter, & diaconi, si fuerint accusati, peragant. Vorm. cap. 12. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 4. panorm. vide Neocæs. cap. 9.*

C A P U T XVIII.

*Sæpe contingit, ut in monasteriis fulta perpetratur, & qui haec committunt, ignorantur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se purgare debeant, missa ab Abbatе celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic in ultima missa celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipient, Ne quibus ita inde innocentes se esse ostendant. quam. Vorm. cap. 15. Burch. lib. 11. cap. 66.*

C A P U T XIX.

*Decernimus, ut juxta divinæ legis sanctionem, & secundum ipsius sedem civitatis, in qua ratio ventilatur, unaquaque gens, & cuncta adjacens parochia subjaceat; ita ut auctoritate Episcopi, aut judicij examine, aut sacramenti protestatione se expurget. Magunt. sub Arnulpho, cap. 23.*

C A P U T XX.

*Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimonias controversias, Episcopo præcipiente, sine personarum acceptione finiatur. Et laicus per iuramentum, si necesse sit, se purget. Presbyter vero*

*vice juramenti, per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex levi causa jurare non debent; manus enim, per quam corpus & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur? ablit; cum Dominus in Evangelio discipulis suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus Ecclesiam, dicat: Nolite omnino jurare, sit autem sermo vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, a malo est.* *Tribur. cap. 21. Burch. lib. 2. cap. 182. Ivo lib. 5. tit. 1. cap. 9. panorm. C part. 6. c. 227. decret. Caesar. lib. 6. c. 6.*

## C A P U T XXI.

*2. q. 5. c. 15. Nobilis. De purgat. vulg. c. 1. in 1. coll. & de canon. apud Greg. IX.* Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimen, aut infamia deputatur, utatur jure, iuramento se excusare; si vero tanto, talique criminis publicatur, ut criminibus a populo suspicetur, & propterea superjuretur, aut confiteatur, & pœnitieat; aut Episcopo, vel suo missio discutiente, per ignem candenti ferro caute examinetur. *Tribur. cap. 22. Burch. lib. 16. cap. 19. Vide Gothor. leges lib. 6. tit. 1. cap. 3. has purgationes admittentes, hodie alio jure utimur. A.*

## C A P U T XXII.

*2. q. 5. c. 16. Tribur. cap. 22. Burch. lib. 16. cap. 19. Vide Gothor. leges lib. 6. tit. 1. cap. 3. has purgationes admittentes, hodie alio jure utimur. A.* Si mala fama ex verisimilitudine per parochiam de presbytero exierit, & accusatores, atque testes legales defuerint, ne infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, neque securiores presbyteri existentes in peccatum labantur; secundum decretum Gregorii junioris, sit iusjurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyteri in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & judicem. Et quoniam legimus in epistulis Gregorii, saepe infamatum sacerdotem in purgatione suæ malæ famæ tantum iusjurandum præbuuisse, & legalis ac Apostolica, & cano-

nica auctoritas viciniæ testimoniū recipit ad condemnationem, non ab re videtur; & recipiatur ad purgationem, &c. & Carthaginenses canones decernunt, ut in purgatione presbyteri, & diaconi testes adhibeantur; conveniens esse dicimus, ut si presbyter infamatus fuerit, & accusatores, vel testes defuerint, secundum quantitatem & qualitatem causæ, atque personæ utilitatem, ac sanationem cordium infirmorum, aut singulus, aut cum aliis duobus testibus, aut cum aliis sex testibus seipsum per sacramentum a mala opinione purget, &c. Experti sumus quosdam ad invicem conspirasse, ut se mutuo in sua purgatione adjuvarent: Ideo non incongrue videtur, cum credibili missio Episcopi, presbyteri, qui in purgatione infamati sacerdotis, & una cum eo ad iusjurandum se obtulerunt, talem examinationem per advocationem recipient, ut in sacramento se Deo non perdant, sicut quosdam hic clam revictos comperimus. *Troslejan. c. 9. ante fin. Ivo part. 6. cap. 420. decret.*

## C A P U T XXIII.

Interrogatum est, si duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset: Decretum est a sancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili iudicio se expurget. Et quoniam confessus fuerit, digne pœnitentiam agat. *Saleguntad. cap. 7. post Burch. decret. Ivo part. 5. cap. 173. decret.*

## C A P U T XXIV.

Statuit sancta synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negaverint, & orant sibi concedi, ut alter illorum utrosque divino purget iudicio: si unus in hoc deciderit, ut ambo rei habeantur. *Salegunt. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 180. decret.*

## L I B E R Q U I N T U S

### De Sententia, & Appellationibus.

## T I T U L U S I.

*NON VALET SENTENTIA PROLATA  
A NON JUDICE.*

## C A P U T I.

**N**ullus Episcopus alterius parochianum presumat retinere, aut ordinare absque ejus Episcopi voluntate, vel judicare, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate. Quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & iudicatio, quoniam censemus, nullum alterius judicis, nisi sui, sententia teneri. *Nican. cap. 26. apud Jul. epist. 2. cap. 6. vide Apoth. 35. G. 36. L. Xyst. II. epist. 2. cap. 2. Callist. epist. 2. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 16. Magunt. sub Arnulph. cap. 14. Capitul. lib. 7. cap. 308. C in addit. cap. 149.*

## C A P U T II.

*3. q. 8. c. 1. Nullum sententia a non judge dicta constringat, quia leges sæculi id ipsum fieri præcipiunt, &c. Zephyr. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 2. cap. 37.*

## C A P U T III.

Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ulla habebit, quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur dicens: Ne transgre- *Prov. 22. diaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, &c. Callist. epist. 2. post princ. Ivo part. 14. cap. 72. decret. Anselm. lib. 6. cap. 120. Capitul. lib. 7. cap. 37. Caesar. lib. 5. cap. 18.*

## C A P U T IV.

Hæc omnino in sacerdotum causâ forma servetur, ne quemquam sententia non a suo judge dicta constringat. *Fabian. epist. 3. cap. 5. Xyst. III. epist. unic. cap. 5. Gregor. lib. 11. registr. epist. 52. Burch. lib. 1. cap. 165. Ivo part. 5. c. 275. decret. Vide constit. Gratiani, & aliorum Imperator. lib. 7. tit. 48. cap. ult. Cod. Justin. C in Anian. lib. 4. tit. 14. Cod. Theodosii.*

CA-

## C A P U T V.

*Ab Apostolis, eorumque successoribus novimus constitutum, &c. Nec peregrina judicia debere fieri; nec quemquam alterius judicis, quam sui, sententia debere constringi. Euseb. epist. 3. in princ. Burch. lib. 1. cap. 165. Ivo part. 5. cap. 273. decret.*

## C A P U T VI.

*Similiter statuit praefata synodus Nicæna, ut nullum sententia nisi a suo judice dicta constringat. Jul. epist. 2. cap. 34. Anselm. lib. 3. c. 21.*

## C A P U T VII.

*Dif. 71. c. 2. De aliena Ecclesia clericum ordinare, aut judicare nullus usurpet, nisi ejus Episcopus precibus exoratus concedere voluerit: quod etiam Nicæna videtur synodus continere. Innoc. epist. 2. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 23. panorm. vide Nicæn. 16. c. 17.*

## C A P U T VIII.

*11. q. 1. c. 50. In clericorum causa hujusmodi forma servetur, ne quemquam eorum sententia, a non suo judice dicta, constringat. Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 37. Anselm. lib. 3. cap. 88. Deusd. cap. 3.*

T I T U L U S II.  
ANTE SENTENTIAM NEMO DESERATUR A SUIS.

## C A P U T I.

*HÆC sancta synodus definit, & statuit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem, & synodicam sententiam, a communione se separet proprii Patriarchæ, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse pretendat; sed neque recusat nomen ipsius referre inter divina mysteria, vel officia. Similiter autem Episcopos, & presbyteros, qui in terris, civitatibus, & regionibus sunt, erga proprios Metropolitas affectare mandamus; quod etiam circa Patriarcham suum facere Metropolitas oportet. Sin vero quis adversus hanc sanctam synodum reprehensus fuerit agere, si quidem Episcopus, aut clericus est, ab omni sacerdotali operatione decidat, & honore: monachus autem, aut laicus segregetur ab omni Ecclesiastica communione, atque collegio, quounque conversus per poenitentiam recipiatur. Synodo VIII. gener. CP. sub Hadrian. II. cap. 10.*

## C A P U T II.

*8. q. 4. c. unic. Nonne directa sunt verba canonum quicunque clericorum ab Episcopo suo ante sententiae tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram? &c. Lex Ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce objecta constiterint, exigit non relinqui. Ennod. pro Symmach. ante med. Ivo part. 6. cap. 340. c. 341. decret.*

T I T U L U S III.  
DE DISCORDIA JUDICUM.

## C A P U T I.

*6. q. 4. c. 1. 6. q. 4. c. 1. SI Episcopus de aliquibus criminibus accusatur, & de eo Episcopi ejus provinciæ discordant, aliquibus innocentem, aliis nocentem iudicantibus; de tota controversia Metropolitanus*

*ex proxima provincia, alios evocet, qui judicent simul cum ejusdem provinciæ Episcopis. Antioch. cap. 14. Mart. Brac. cap. 13. Burch. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5. cap. 263. decret. Anselm. lib. 5. cap. 77. in addit.*

## C A P U T II.

*Si quis Episcopus de aliquibus criminibus accusatus ab omnibus ejus provinciæ Episcopis judicetur, omnesque ejusdem sententiæ sint, ab aliis non judicetur, sed firma maneat sententia Episcoporum. Antioch. cap. 15. Anselm. lib. 5. c. 65.*

## C A P U T III.

*Si quis Episcopus in aliquibus causationibus 6. q. 4. c. 2. judicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se judicio discrepare, & alii videantur, eum, qui judicatur, justificare, alii condemnare; pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto concilio, ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit canone. Mart. Brac. c. 13. Antioch. cap. 14.*

## T I T U L U S IV.

## NE EPISCOPATUS ADIMATUR EPISCOPO ANTE SENTENTIAM.

## C A P U T I.

*A Dimi Episcopo Episcopatum antequam De judic. c. 1. apud Gr. IX. & in 1. coll. caussæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest. Felix cum LXX. Episc. epist. 2. ante med. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 5. Carth. cap. 88. G. Afric. c. 54. L. Burch. lib. 1. cap. 181. Ivo part. 5. cap. 297. Capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.*

## T I T U L U S V.

## DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

## C A P U T I.

*S Ineophytus Episcopus, aut presbyter, aliquod 6. q. 4. c. 1. mortale peccatum fecisse deprehendatur, & a duobus, vel tribus testibus convincatur, cesset a clero. Qui contra hæc repugnet, ut magni concilii impugnator de clero periclitetur. Nicæn. c. 2. Mart. Brac. cap. 22.*

## C A P U T II.

*Si clericus cuiuscumque honoris sit, in aliquo 21. q. 5. c. 3. crimine Episcoporum judicio sit damnatus, non licet eum, sive apud Ecclesiam, cui præterat, sive ab aliquo homine defendi, pena adjecta damni, pecunia, & honoris, ut neque ætas, neque lexus excusat. Carthag. cap. 63. G. Cartag. V. cap. 2. L. Afric. cap. 29. L. apud Aquisgr. sub Ludov. cap. 48. Deusd. part. 4.*

## C A P U T III.

*Sicut sine judicio quemquam nolumus condemnari; ita quæ definita fuerint, nulla patimur excusatione differri. Greg. Dominico Domitiano lib. 8. registr. epist. 50. Anselm. lib. 3. cap. 85. Tarrac. lib. 2. cap. 57.*

## C A P U T IV.

*Nullus contentionibus finis imponitur, si impleri ea, quæ judicata fuerunt, differantur. Filius noster Placidus questus est nobis, ea, quæ inter eum & actores Ecclesiæ Dei judicio definita sunt, fraternitatem vestram nolle complere, &c. Scriptis vos præsentibus adhortamur, ut subtiliter re-*

# 428 Juris Pontificii Veteris Epitome

quirere debeatis : & si quid minus impletum est ; si tamen nihil est , quod juste possit ob sistere , sine discordia compleatur , &c. Gregor. Dono Episco po Messanen. lib. 9. registr. epist. 46.

## T I T U L U S VI. COMMUNIA DE SENTENTIIS.

### C A P U T I.

<sup>3. q. 9. c. 2.</sup> C Aveant judices Ecclesiaz , ne absente eo , cu jus cau sa ventilatur , sententiam proferant ; quia irrita erit , quippe & rationem pro actione reddent in synodo. Nicæn. c. 59. apud Jul. epist. 2. cap. 24. Eleuth. epist. unic. ante fin. Fælix epist. 1. ante med. Hadrian. cap. 49. ad Episc. Mediomat. Carth. IV. cap. 30. Burch. lib. 16. c. 14. Ivo part. 6. cap. 319. decret. Anselm. lib. 3. cap. 28. Capitul. lib. 6. cap. 279. O lib. 7. cap. 219. Cæsar. lib. 5. cap. 65. Tarrac. lib. 2. c. 58.

### C A P U T II.

<sup>3. q. 6. c. 11.</sup> Irritam esse injustam Episcoporum damnatio nem decernimus , & idcirco a synodo retractandam. Nicæn. cap. 63. apud Jul. epist. 2. cap. 27. Fælix epist. 1. ante med. Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 54. Carth. IV. cap. 28. L.

### C A P U T III.

\* certa ju dicetur. Neque in re dubia detur \* sententia , nec ullum judicium , nisi ordinabiliter habitum teneatur. Nicæn. cap. 66. apud Jul. epist. 2. c. 28. Zephyr. epist. 1. in princ. Felix epist. 1. post princ.

### C A P U T IV.

Juxta formam judicii sententiæ quoque forma dictetur. Innoc. III. in concil. gener. Lateran. coll. 8. in fin. Ne cler. vel mon. c. 9. apud Greg. IX. c. 4. in 4. coll.

Sententiam sanguinis nullus clericus dicit , aut proferat , &c. Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 18.

### C A P U T VI.

Sive judex ordinarius , sive delegatus , aliquid comminando , vel interloquendo protulerit , quo executioni mandato alter litigantium gravaretur , & sane usas consilio ab hujusmodi comminatio nis , vel interlocutionis effectu desisterit ; libere in causa cognitione procedat ; non obstante , si a tal i comminatione , vel interlocutione fuerit appellatum ; dummodo non sit ex alia legitima parte suspectus ; ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur. Innoc. III. in concil. gener. La ter. cap. 36.

### C A P U T VII.

e. Adversus, Constitutiones , & sententiæ , quæ ab excommunicatis hujusmodi , vel de ipsorum mandato fuerint promulgatae , inanes , & irritæ habeantur , nullo unquam tempore valiturae. Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 46.

### C A P U T VIII.

Absente adversario non audiatur accusator : nec sententia , absente parte alia , a judge dicta , ullam obtinebit firmitatem. Fælix in syn. LXX. Episc. epist. 2. in med. Hadr. cap. 5. ad Episc. Mediom. them. 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 2. panorm. O part. 6. cap. 331. decret. O part. 5. cap. 248. Anselm. lib. 3. cap. 7. Cæsar. lib. 5. c. 30. Tarr. lib. 2. cap. 12.

### C A P U T IX.

Omne , quod irreprehensibile est , Catholica <sup>25. q. 1. c. 8.</sup> defendit Ecclesia. [ Non licet ergo Imperatori , Dis. 10. c. 2. vel cuiquam pietatem custodi enti , aliquid contra mandata divina præsumere , nec quidquam , quod Evangelicis , propheticisque , & Apostolicis <sup>11. q. 3. c.</sup> regulis obviat , agere. Injustum enim judicium , & <sup>89.</sup> definitio injusta Regis metu , vel iussu a judicibus <sup>25. q. 1. c. 8.</sup> ordinata non valet , nec quidquam quod contra Evangelicam , vel propheticam , aut Apostolicam doctrinam , constitutionemque eorum , sive sanctorum patrum auctum fuerit , stabit : & quod ab infidelibus , aut hereticis factum fuerit , omnino cassabitur. Symmach. in synod. Rom. VI. ante fin. Callist. epist. 1. in fine. Marcell. epist. 2. in fin. Hadrian. ad Episcop. Mediom. c. 70. Burch. lib. 15. cap. 8. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 4. panorm. O part. 4. cap. 231. decret. O part. 16. cap. 9. Deusdedit. part. 1. O 3. Capitul. lib. 5. cap. 248. O 251. Anselm. lib. 3. cap. 86. O 88. Tarrac. lib. 5. cap. 39.

### C A P U T X.

Deus omnipotens ut nos a præcipitatæ sententiæ prolatione compelceret , cum omnia nuda , & aperta sint oculis suis ; mala tamen Sodomæ noluit audita judicare , priusquam manifeste agnosceret , quæ dicebantur , &c. Non ob aliud hæc , & alia multa per se inquirere dignatus est , nisi ut nobis exemplum daret ne præcipites in discutendis , & judicandis negotiis essemus : & ne mala quorumdam prius quam præsumat credere quisquam probaret. Cujus exemplo monemur , ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus , aut temere indiligeanterque indiscreta quæque quoquo modo judicemus , &c. Evar. epist. 2. in med. Greg. lib. 9. Moral. cap. 23. apud Aquisgran. cap. 37. Tribur. cap. 22. Burch. lib. 11. cap. 9. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 9. panorm. Anselm. lib. 3. cap. 63.

### C A P U T XI.

Nec litigantibus judex prius sua velit sententia obviare , nisi quando ipsi jam peractis omnibus <sup>30. q. 5. c.</sup> nihil habeant in questione , quod proponant : & tamdiu actio ventiletur , quousque rei veritas inveniatur. Eleuth. epist. unic. in med. Nicæn. c. 59. apud Jul. epist. 2. cap. 31. Hadr. cap. 24. ad Episc. Mediom. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo part. 6. cap. 317. decret. Capit. lib. 5. cap. 246.

### C A P U T XII.

Patriarchæ , vel Primates acculatum discutentes Episcopum , non ante sententiam proferant finitivam , quam Apostolica fulti auctoritate ; aut reum le ipsum confiteatur , aut per innocentes , & regulariter examinatos convincatur LXXII. testes. Zephyr. epist. 1. in princ. Fælix ep. 1. post princ. Nicæn. cap. 61. apud Julianum epist. 2. cap. 26. Burch. lib. 1. cap. 154. O 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. O part. 5. cap. 267. decret. Anselm. lib. 3. cap. 65. O 66. Tarrac. lib. 2. cap. 40.

### C A P U T XIII.

Valde timenda est sententia Episcopi , licet <sup>11. q. 3. c.</sup> injuste liget aliquem ; quod tamen summopere <sup>27. Quibus.</sup> prævidere debet. Urbanus epist. unic. ante fin.

An-

*Anselm. lib. 6. c. 145. & lib. 12. cap. 25. Burch. lib. 11. cap. 1. Ivo part. 14. cap. 74. decret.*

## C A P U T XIV.

Episcopi per singulas Provincias obseruent, ne posteriores se prioribus suis praeferant; nec eis in consultis, nisi quantum ad propriam pertinet patrochiam, aliquid agant, sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant, & determinent; quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec Ecclesiastica reputabuntur. *Lucius epist. 1. post princ. Burch. lib. 1. c. 54. Ivo part. 5. cap. 164. decret.*

## C A P U T XV.

*2. q. 1. c. 13. \* charitate, al.* Primo semper ante omnia diligenter inquirite, ut cum justitia, & veritate \* definiatis. Neminem condemnatis ante verum, & justum judicium. Nullum suspicionis arbitrio judicetis: sed primum probate, & postea charitativam proferte sententiam. Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. *Miltiad. epist. 1. in princ. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 5. pmorm.*

## C A P U T XVI.

*35. q. 9. c. 5. Veniamus.* Fuerat de Photino quoquo pacto aliquid utique gravius constitutum. Verum quoniam id per rumorem fallum, ut asseritis, subreptum huic sedi, & elicitum per insidias demonstratis; quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc in tantum, vobis annitentibus, post condemnationem more Apostolico subrogamus, tantisque vestris assertioibus, vobisque tam bonis, tam caris non dare consensum, omnibus rebus duris durior arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres carissimi, & sententia, ac postulatione Episcopum Photinum habetote, licitum ita constituere, ut deprecamini, & nostram in melius conversam sententiam, labore, vel testimonio vestro compotes voti suscipite. *Innoc. epist. 23. cap. 7.*

## C A P U T XVII.

*1. q. 7. c. 13.* Quoniam quidquid ab alterutra parte est judicatum, omni videmus perversitate confusum. temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est, ut nihil deinceps contra pracepta beati Apostoli, nihil contra Nicenorum canonum constituta temptetur, &c. *Hilarius epist. 1. in princ.*

## C A P U T XVIII.

*11. q. 3. c. 6. 64.* Non debetis prenam sustinere canoniam, in cuius damnatione non est canonica probata sententia. *Greg. lib. 2. epist. 9. Antonio subdiacono.*

## C A P U T XIX.

*De sent. & re jud. c. 2. apud Greg. IX. & in 1. gori. Greg. lib. 2. epist. 28. reg. Joanni Episcop. coll. cap. 3. Ravenn.* Jurgantium controversias eeleri sententia terminare, & æquitati proculdubio convenit, & rigori. *Greg. lib. 2. epist. 28. reg. Joanni Episcop. coll. cap. 3. Ravenn.*

## C A P U T XX.

*De sent. & re jud. c. 1.* Fraternitas tua, nescio quo mentis motu, di-

vino, humanoque jure contempto, abruptam *apud Greg. IX. in 1. coll. cap. 2.* protulit in ejus (*Hadriani Thebanorum Episcopi*) damnatione sententiam, quæ licet non esset appellatione suspensa, contra leges tamen, canonique prolata ipso non poterat jure subsistere. *Greg. Joann. Episc. Primæ Justinianæ lib. 2. reg. indict. 11. epist. 6. vel cap. 45.*

## C A P U T XXI.

Grave satis est, & indecens, ut in re dubia *11. q. 3. c.* certa dicatur sententia. *Gregorius lib. 4. ep. 30. 74. Constantio Episcopo Mediolanensi.*

## C A P U T XXII.

Quarrendum est, &c. si scriptis judicatum est, & partibus praesentibus sententia recitata est. *Greg. lib. 11. epist. 50. Joanni Defensori.*

## C A P U T XXIII.

Quod dicitur, quia nihil scriptis judicatum *2. q. 1. c. 7. In primis.* est; legendus est titulus XLIV. libri VII. Codicis, quia scriptis debuit judicari: nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut sententia, quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiae habere mereatur. *Gregor. Joanni Defensori lib. XI. reg. epist. 54. in fine. Vide l. Statutis, tit. XLIV. Cod. de Sententiis ex periculo recitandis.*

## C A P U T XXIV.

Prælati judicium semper inferioribus formandum est, ne si ei non obedierint, licet ab eo fortassis injuste ligentur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa, id est inobedientia mereantur, &c. *Nicol. in epist. ad Michael. Imper. Incipit. Quanto majora, in med. & in epist. ad Archiep. CP. & suffrag. post med.*

## C A P U T XXV.

Judicium, & sententia ab inimico lata nullius est momenti, &c. *Nicol. in epist. ad Michael. Imperat. que incipit. Proposueramus, post princ.*

## C A P U T XXVI.

Judicium, & sententia ab hereticis, vel excommunicatis data, vel a schismaticis nulla est. *Nicol. supra. Carth. III. cap. 21.*

## C A P U T XXVII.

Irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum *15. q. 7. c. 6.* prælentia confirmetur. *Carth. IV. cap. 23. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo part. 5. cap. 214. decret.*

## C A P U T XXVIII.

Qui accusatur, vel qui excommunicatur reconciliatus per scripturam accusari, vel reconciliatus commendari jubetur. Et sic in ceteris hujusmodi in tantum scriptura depositur, ut sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Joannem Defensem ex Romanis legibus sumens, scribit: *Sententia, quæ sine scriptura profertur, nec nomen sententiae habere meretur. Hincmarus in synod. apud S. Medardum. Greg. lib. 11. epist. 50. & 54. Burch. lib. 2. cap. 197. Ivo part. 6. cap. 269. decret.*

## LIBER SEXTUS

## Pars posterior de Appellationibus.

## TITULUS I.

## A QUIBUS APPELLARE NON LICEAT.

## CAPUT I.

*c. Cum in cunctis, 7. de elect. Gr. IX. c. 6. in 1. coll.*

**S**i Archidiaconus in diaconum & Decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo a canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, qui & velit, & possit convenienter illud implere; nec pro sit illis appellationis diffugium, si forte in transgressionem constitutionis istius per appellationem voluerint se tueri. *Alexand. III. in concil. gener. Later. cap. 3.*

## CAPUT II.

*De appell. c. 26. Greg. IX. c. 24. in 1. coll.*

Reprehensibilis valde consuetudo inolevit, &c. alii dum superioris seatentiam, & disciplinam canonicam reformidant, sine ullo gravamine appellationem obiciunt, & ad defensionem iniquitatis usurpant, quod ad subsidium innocentium dignoscitur institutum, &c. Statuimus, ut nec subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quisquam pro sua necessitate creditur appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur: infra *\* prosequi,* quem si forte persequi\* neglexerit, libere tunc Episcopus sua auctoritate utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit, si proprium quid habuit, competentem ei recompensationem faciat expensarum: ut hoc saltem timore perterritus in gravamen alterius non facile quis appellat. Præcipue vero in locis religiosis hoc volumus observari, ne monachi, sive quicunque religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati sui & capituli disciplinam appellare præsumant, &c. *Alex. III. in concil. gener. Later. cap. 6.*

## CAPUT III.

*c. 1. de his, que fiunt a major. pars. cap. Gr. IX. & in 1. coll. \* capituli.*

Statuimus, ut nisi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit ostensum; appellatione remota, semper prævaleat, &c. quod a maioris, vel senioris parte concilii\* fuerit constitutum. *Alex. III. in concil. Lateranen. cap. 16.*

## CAPUT IV.

*c. Irrefragabil. 13. de off. judic. ord. Greg. IX. & 1. in 4. coll.*

Sancimus, ut Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessum prudenter, & diligenter intendant, &c. Ut autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere; decernimus, ut executionem ipsius nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam excederint in talibus observandis. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 7.*

## CAPUT V.

*e. In singulis, 7. de stat. monach. Gr. IX. c. 2. in 4. coll.*

Præsint quatuor Abbates capitulis monachorum, & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiliter obseretur, omni excusatione, & contradictione, ac appellatione remotis, &c. Præcipimustam dice-

cesanis Episcopis, quam personis, quæ prærerunt capitulis celebrandis, ut per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compescant advocatos, patronos, &c. seu alios, ne monasteria præsumant offendere in personis, ac rebus, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 12.*

## CAPUT VI.

Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, *c. Quia propter, 42. De election. Gr. IX. c. 9. in 4. coll.* presentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreto singulatim voces eundorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communione, nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto, ut is collatione adhibita eligatur, in quem omnes, vel major, vel senior pars capituli consentit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 24. vide c. 35. tit. V. c. 1.*

## CAPUT VII.

Si ex consensu paruum judices electi fuerint, *2. q. 6. c. 33. Sane.* etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat provocari. *Carth. cap. 15. G. Carth. III. cap. 10. L. Ivo part. 6. cap. 363. decret. Cœsar. lib. 5. cap. 64.*

## CAPUT VIII.

Abelectis judicibus appellare non licet. *Si ap-2. q. 6. Si autem, 38. pelletur, & eligat appellans judices, & cum eo is, contra quem appellatur, ab his non liceat appellare. Carth. cap. 98. al. 96. G. Afric. cap. 63. L. decret. Cœsar. lib. 5. cap. 24.*

## CAPUT IX.

Ab electis judicibus non appetetur. *Carth. c. 123. G. Milev. cap. 24. L. Afric. cap. 89. L. Ivo A Judicibus. lib. 4. tit. 12. cap. 8. panorm. Cœsar. lib. 5. cap. 24.*

TITULUS II.  
APPELLATUR AB OMNIBUS AD PONTIFICEM MAXIMUM.

Vide in Part. I. Lib. I. de Pont. Max. Tit. XV.

## TITULUS III.

## DE APPELLATIONE AD SYNODUM.

Vide in Part. I. Lib. V. Tit. XXXIX.

## TITULUS IV.

## DE APPELLATIONE AD PATRIARCHAS, ET PRIMATES.

Vide in Part. I. Lib. II. Tit. XVIII.

## TITULUS V.

## DE APPELLATIONE AD ARCHIEPISCOPOS.

Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XII.

## TITULUS VI.

## DE APPELLATIONE AD EPISCOPOS, ET ALIOS JUDICES.

## CAPUT I.

**P**lacuit, ut a quibuscumque judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos, ubi est auctoritas major, fuerit provocatum, audiencia non negetur. *Nicæn. cap. 57. apud Jul. ep. 2. cap. 22. Lucius epist. 1. post princ. Hadrian. cap. 42. ad Episcop. Mediom. Carth. c. 15. G. Carth. III. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 9. panorm. Cœsar. lib. 5. tit. 12. cap. 9. panorm. Cœsar. part. 6.*

*part. 6. cap. 363. decret. Capitul. lib. 5. c. 250.  
C lib. 7. cap. 121. C in additis c. 141. Tarr.  
lib. 6. cap. 151.*

## C A P U T II.

Nullus sacerdotum caussam suam alieno committat judicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum: sed unusquisque comprovinciales judices, & notos habeat; nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit; aut infestos, aut suspectos judices habuerit: pro quibus caussis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias Provincias appellare, & venire concessum est. *Cornel. epist. 2. in fin. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 3. panorm.*

## C A P U T III.

*z. q. 6. c. 9.  
Placuit, G.  
c. 26. Hoc  
etiam.  
2. q. 6. c. 33.  
Sane.* Si a judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos, qui habent majorem auctoritatem, appellatio fiat, non lèdantur hi quorum sententia revocatur; nisi convinci possint per inimicitiam, vel affectionem judicasse, aut gratia fuisse corruptos. Si pauciores judices sint definitis, qui ex consensu partium electi sunt judices, non licet appellare. *Carth. cap. 15. G. Carth. III. cap. 10. L. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 9. panorm. C part. 6. c. 363. decret. Cæsaraug. lib. 5. cap. 64.*

## C A P U T IV.

Constantinus ubique administrantium sententias imperfectas esse voluit, & ad Episcopos per appellationem refugiendum esse facavit; si qui vellent civiles judices refutare. Firmam vero illorum lententiam judicans, potioremque judicum aliorum: & tamquam ab Imperatore prolatam, ab omnibus observandam, & inconvertibiles esse terminos synodales. *Tripart. lib. 1. cap. 9.*

## T I T U L U S VII.

## COMMUNIA DE APPELLATIONIBUS.

## C A P U T I.

*De appell. e.  
59. Greg. IX.  
c. 3. in 4. coll.* UT debitus honor deferatur judicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus, & expensis; statuimus, ut ubi quis coram idoneo judice convenerit adversarium: ille ante sententiam ad superiorum judicem absque rationabili caussa non provocet, sed coram illo suam justitiam prosequatur, non obstante, si dicat, quod ad superiorum judicem nuntium destinaverit, aut etiam litteras impetraverit ab eodem, priusquam de legato fuerint designatae. Cum autem ex rationabili caussa putaverit appellandum, coram eodem judice caussa probabili appellationis exposita, tali videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari; superior de appellatione cognoscat; & si minus eum rationabiliter appellasse cognoverit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet. Alioquin ipse procedat, salvis constitutionibus de majoribus caussis ad sedem Apostolicam preferendis. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 35.*

## C A P U T II.

*De appell. e.  
60. Greg. IX.  
c. 4. in 4. coll.* Cum cessante caussa cesset effectus; statuimus, ut si judex ordinarius, sive delegatus aliquid, communando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur; & sano usus consilio ab hujus communianis, vel interlocutionis effectu desisterit, libere in causæ cognitione procedat, non obstante, si

a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum: dummodo non sit ex alia legitima causa suspectus, ne processus negotii frivolis occasiobus retardetur. *Innoc. III. in concil. gener. Lateranen. cap. 36.*

## C A P U T III.

Judex semper adhibeat, aut publicam (*si prob. e. Quoniam test habere*) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicij acta conscribant, vide licet citationes, &c. interrogations, & appellations, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 38.*

## C A P U T IV.

*De sent. ex-  
comm. c. Sa-  
cro, 48. Gr.  
IX. c. 5. in 4.  
coll.* Si requisitus humiliter (*judex, qui aliquem sine justa caussa excommunicavit*) processum hujusmodi non curaverit absque gravamine revocare, gravatus apud superiorem deponat de iusta excommunicatione querelam, &c. Si vero judex suum recognoscens errorem, paratus sit talis revocare sententiam, & is, pro quo lata fuerit, ne absque satisfactione revocet illam, appellat, appellationi non deferat in hac parte: nisi talis sit error, de quo merito possit \* dubitari; & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, vel de legato ab ipso iuri paret, excommunicatum absolvat, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 47.*

## C A P U T V.

*De appell. e.  
62. Gr. IX.  
c. 5. in 4.  
coll.* Cum speciali sit prohibitione provisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissa, promulgare præsumat; volentes eriam providere, ne forte commonitis frustratoria recusationis, vel appellationis objectu monentis declinare possit examen, statuimus, quod si alligaverit se judicem habere suspectum, coram eodem caussam justæ suspicionis assignet, &c. Porro commonito ad appellationem convolante, si ejus excessus evidenter rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitime fuerit manifestatus: cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed in presidium innocentia institutum; non est provocationi hujusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne frivole appellationis diffugio appellans judicis processum impeditat, coram eodem probabilem caussam appellationis exponat, talem videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari. Et tunc si habuerit adversarium, infra terminum secundum locorum distantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eodem judice moderandum, appellationem interpositam prosequatur; quam si prosequi non curaverit, ex tunc ipse judex, non obstante appellatione, procedat. Nullo autem adversario comparente, tunc ex suo judex procedat officio. Appellationis caussa coram superiore probata, superior suæ jurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in ejus probatione defecerit, ad eum, a quo ipsum malitiose appellasse contitterit, remittatur, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 48.*

## C A P U T VI.

Si de cætero quocumque prætextu Judæi a Christianis graves, & immoderatas usuras extor-

*De usur. e.  
Quanto, 18.  
Greg. IX. c.  
3. in 4. coll.*

se.

serint, Christianorum eis participium subtrahatur, &c. Christiani quoque, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum commerciis abstinere. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 67.*

## C A P U T VII.

*Deregul. jur. & in 1. coll.* Illi, qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. *Eleuther. ep. 1. c. 3. vid. Nicen. c. 60. apud Jul. ep. 2. c. 25. Fel. ep. 1. ad Patern. Episc. Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 8. Anian. Cod. Theodos. novell. Valentin. & Marciān. tit. Neminem exhiberi. Ivo part. 6. cap. 318. 329. & 330. Anselm. lib. 3. c. 28. & 88.*

## C A P U T VIII.

*3. q. 6. c. 8.* Neminem exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut auctor semper rei forum sequatur. Si quis autem judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. *Fælin in syn. LXX. Episc. epist. 2. in med. Fabian. ep. 3. c. 2. Xyst. III. ep. unic. c. 3. Hadr. c. 5. them. 8. & cap. 32. ad Episcop. Mediom. Ivo part. 5. cap. 248. & part. 6. c. 331. decret. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.*

## C A P U T IX.

*2. q. 6. c. 21.* Peregrina judicia, salva in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est ab externis, ut judicetur, qui provinciales, & a se electos debet habere judges, nisi fuerit appellatum, &c. [ Si quis vero judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. [ Appellantem autem non debet affligi ulla, aut detentionis injuriare custodia. Sed liceat appellatori, vitiatam caussam appellationis *& c. Liceat, 20. 3. q. 6. c. 3.* remedio sublevare. Liceat etiam in caussis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sententia destinavit. [ Pulsatus ante suum judicem caussam dicat, & ante non suum judicem pulsatus, si voluerit, taceat. Et ut pulsatis, quotiens appellaverint, induciantur, &c. Placuit etiam, ut si Episcopus accusatus appellaverit ad Apostolicam sedem, id statuendum, quod ejusdem sedis Pontifex censuerit, &c. *Fabian. ep. 3. in princ. Xyst. III. epist. unic. in med. Nicen. c. 41. apud Jul. ep. 2. c. 16. Fælin in syn. LXX. Episc. epist. 2. in med. Hadr. cap. 8. 32. 34. 35. 56. ad Episc. Mediom.*

*Burch. lib. 1. c. 148. & lib. 16. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 1. panorm. & part. 5. c. 261. decret. & ep. 239. ad Gunibald. Antifiod. Episc. Anselm. lib. 2. c. 10. & lib. 3. c. 73. & 88. Caesar. lib. 5. c. 30. Tarrac. lib. 1. c. 279. Capitul. lib. 7. c. 251. 333. 367. & c. 106. in addit.*

## C A P U T X.

Nec ulla carceris custodia appellantem arceri permittunt leges. *Dimal. epist. 3. ante medium.*

## C A P U T XI.

Scitote, certam provinciam esse, quæ habet *6. q. 3. c. 2.* decem, vel undecim civitates, & unum Regem, & totidem potestates sub se, & unum Episcopum, aliosque suffragatores x. vel xi. Episcopos judices, ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum fæderorum, ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus justæ consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab iis, qui judicandi sunt, appellatum, &c. Et quicumque causam habuerit, a suis judicibus judicetur, & non ab alienis; id est, a suis justis judicibus provincie & non ab externis, nisi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag. II. ep. 1. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 2. panorm. Anselm. lib. 6. c. 107. Tarrac. lib. 2. c. 21.*

## C A P U T XII.

Placuit, ut accusato, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare; quia non oportet negare audientiam roganti. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 30. Capitul. lib. 7. c. 323. & c. 137. in addit. Anselm. lib. 3. c. 88.*

## C A P U T XIII.

*2. q. 6. c. 21.* Si quis judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat; ut cum ei concessum fuerit integro negotio, apud alium judicem, amotis dilationibus, possit audiri. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 32. Anselm. lib. 3. c. 88.*

## C A P U T XIV.

*2. q. 6. c. 39.* Si quando in caussa capitali, vel in caussa statutus interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum. *Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 41. Anian. in addit. ad Paul. lib. 5. sent. tit. 37. sive 39. de reddendis caussis appell. Anselm. lib. 3. c. 88.*

## C A P U T XV.

*2. q. 6. Pla.* Qui ad Ultramarina appellaverint, a nomine cuius, c. 34. in communione recipiantur. *Garth. c. 28. G. Mile. 11. q. 3. Presbit. c. 22. L. Afric. c. 92. L. byt. c. 34.*

## L I B E R S E P T I M U S.

## De criminibus contra Deum.

T I T U L U S I.  
DE PECCATIS, EORUMQUE  
GRAVITATE.

## C A P U T I.

*I*N multis offendimus omnes. *Jacob. Apost. epist. canon. cap. 3. num. 2. Urban. epist. 1. in princ.*

## C A P U T II.

Qui scit fratrem suum peccatum non

ad mortem petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem, &c. *Joann. ep. 1. c. 5. n. 16. Evarist. ep. 1. in fin.*

## C A P U T III.

Peccatum ad mortem est, cum peccator incorrigibilis est, hoc pejus est cum contentiose insurgent adversus pietatem, & veritatem, & vene-

ran-

rantes mammona, obedientia Dei, & canoniarum constitutionum contradicentes sunt: in his non est Deus, nisi humiliati ab errore resurgent, &c. Nicæn. II. c. 5.

C A P U T IV.

*a. Tim. 5. 6.* Paulus ait: Peccata manifesta sunt, aliquos vero sequuntur: peccatis enim prævenientibus alii peccata sequuntur, &c. Nicæn. II. c. 7.

C A P U T V.

*Desim. c. 9.* Ne sub obtentuali cuius confuetudinis reatum suum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccata, sed auget. Alex. III. in concil. Turon. c. 6.

C A P U T VI.

*De sim. c. 9.* Tanto graviora sunt crimina, quanto diutius animam infeliciem tenuerint alligatam. Alex. III. in concil. Later. c. 7.

C A P U T VII.

*Matt. 12.* Dixit Dominus: quod in Spiritum sanctum peccantibus, nec hic esset, nec in futuro sæculo remittendum. Quantos autem cognoscimus in Spiritum sanctum delinquentes, sicut hæreticos diversos, Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem Catholicam revertentes, & hic remissionem suæ percepisse blasphemæ, & in futurum spem indulgentæ consequendæ? Nec ideo non vera est Domini sententia, aut putabitur esse ulterius resoluta, cum circa tales, si hoc esse permaneant, numquā omnino solvenda persistat: effectis autem non talibus, non irrogata. Sicut etiam est consequenter & illud beati Joannis Apo-

*i. Joann. 9.* stoli: Est peccatum ad mortem: non dico, ut oretur pro eo. Et est peccatum non ad mortem: dico, ut oretur pro eo. Est peccatum ad mortem, in eodem peccato manentibus: est peccatum non ad mortem: ab eodem peccato recedentibus. Nullum est quippe peccatum, pro quo aut non oret Ecclesia remittendo: aut quod, data sibi divinitus potestate, delinentibus ab eodem non possit absolvere, vel pénitentibus relaxare, cui dicitur:

*Matt. 16.* Quæcumque dimiseritis super terram, dimis- erunt *O* in cælis: *O* quæcumque solveritis su- per terram, erunt soluta *O* in cælis. In quibus- cumque omnia sunt, quantacumque sint, & qua- liacumque sint: veraci nihilominus eorum ma- nente sententia, quæ nunquam solvenda esse de- nunciantur, in eorum tenore consistens, non etiam ab hoc eodem post recedens. Gelas. de ana- themat. post princ.

C A P U T VIII.

*De consang.* Cum jam usque ad quartum gradum prohibi- *O affin. c. 8.* tio conjugalis copulae sit restricta, eam volumus esse perpetuam, &c. Si qui contra prohibitionem hujusmodi præsumperint copulari, nulla longin- quitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, sed augeat, tantoque graviora sint crimina, quanto diutius infeliciem detinent animam alligatam. Innoc. III. in conc. gener. Lateran. c. 50. in fin.

C A P U T IX.

*Dif. 40. c.* Qualibet occulta loca sine Dei gratia animam salvare non possunt, quod aliquando in ipsis quo- que conspicimus erratis electorum. Nam Loth in perversa civitate justus fuit, in monte pec- Tom. VI.

cavit, sed ista cur dicimus, cum majora novimus? Quid enim paradiso jucundius? quid cælo securius; tamen homo ex paradiso, peccando, & angelus cecidit e cælo. Gregor. lib. 6. ep. 5. Cy- riaco Episcopo CP.

C A P U T X.

Deprecatio pro peccatis, recedere ab iniusti- *Ecclesi. 17.* tia. Pelag. II. ep. 2. in fine.

C A P U T XI.

Tribus modis impletur omne peccatum; sug- *Dif. 6. c. 2.* gestione, delectatione, consensu; suggestio per diabolum fit, delectatio per carnem, consensus per spiritum, &c. In suggestione peccati semen est, in delectatione nutrimentum, in consensu perfatio, &c. Gregor. ad August. interrog. 11. Burch. lib. 5. c. 43. Ivo part. 2. c. 52. decret.

C A P U T XII.

Antiquus hostis mox ut otiosam mentem in- *Psalm. 37.* venerit, ad eam sub quibusdam occasionibus lo- cuturus accedit, & quadam ei de gestis præteri- tis ad memoriam reducit; audita quandam verba indecenter cogitationi resonat, & si qua dum turpiter acta sunt, eorum species oculis cor- dis apponit, ut quem de presentibus non valet inquinare, de malis transactis violet, & decepta mens saepe inde delectatione reparat, unde diu- jam se per pénitentiam affixit, ita ut vere cum Psalmista dicat: Computruerunt, *O* deteriora- tæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Cicatrix quippe figura est vulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad pœniteniem reddit, quando pec- cati vulnus, quod jam per pœnitentiam sanatum est, in delectatione sui animum concitat. Gr. ep. 4. ad Secundinum in princ. lib. 7. c. 53. regist.

C A P U T XIII.

Manifesta peccata non sunt occulta correctio- ne purganda, sed palam sunt arguendi, qui pa- lam nocent, ut dum aperta objurgatione sanan- tur hi, qui eos imitando deliquerant, corrigan- tur; dum enim unus corripitur, plurimi emen- dantur, & melius est, ut pro multorum salute, unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Gregor. ad Felic. Sicilia Episc. lib. 12. regist. ep. 31. alias 37.

C A P U T XIV.

Dominus, ac Deus noster Jesus Christus cum velit nos non jam de cætero peccare, ne per pec- catum deterius quid nobis contingat, & trada- mur æternō supplicio, cui traditur, qui hic disciplina emendatus non fuerit, &c. ex humanitate immensa non ea solum, quæ a nobis per scientiam, sed etiam quæ ex ignorantia peccantur, conde- mnat, quæque ex obliuione, aut nuda cogita- tione, aut cupiditate inutili, ne per ea, quæ le- viora esse videntur, malitiæ viam, ac semitam fa- cientes ex contemptu ad majora, pejorative pec- cata adducamus, &c. Martin. Paulo Thessalon. Episc. epist. 2.

C A P U T XV.

Omnis homines etiam justi aliquando pec- cant. Carth. cap. 115. 116. 117. G. Milev. 6. 7. 8. L. Afric. 81. 82. 83.

C A P U T XVI.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quan-

quando id agunt, quod Deo displaceat. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati, quamvis volentes agant, quod agunt illorum jus tamen voluntas est, a quo præparatur, & obitur, quod volunt. *Araus. II. cap. 23.*

## C A P U T XVII.

*Ex. q. i. Pla-  
cuit.* Episcopi doceant plebem, ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod non lunt sibi, alteri non faciant, &c. *Brac. II. cap. 1.*

## C A P U T XVIII.

*In lib. En-  
ebir. ad Lau-  
rent. ultra  
medium.* Augustinus dicit: „De quotidianis autem, brevibusque peccatis, sine quibus vita hæc non durat, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere, *Pater noster, qui es in celis,* qui jam Patri tales regenerati suat ex aqua, & Spiritu sancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima, & quotidiana peccata, delet & illa, a quibus vita fidelium, etiam scelerate gesta, pœnitendo, in melius discedit mutata. Ergo sic ut Christus præcepit, sicut Apostolus monuit & quemadmodum Doctores Ecclesiastici institerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie & hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus“. *Tolet. IV. cap. 9.*

## C A P U T XIX.

*Dif. 45. Cum beatus.* Qui gradus jam Ecclesiasticos meruerunt, id est, Presbyteri, Abbates, & Levitæ, qui exceptis gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere; non est dignum ut paucim uniusquisque prælatus honorabilia membra sua, &c. verberibus subiiciat, & dolori. *Brac. III. c. 6.*

## C A P U T XX.

\* aliis. Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, ut unusquisque diversitatem illorum sciret, & ab illis \* Domino auxiliante se intelligerent custodire, & aliis prædicare. *Remen. cap. 13. Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 18. Burch. lib. 19. cap. 97. Ivo part. 15. cap. 109. decret.*

## C A P U T XXI.

Quanam ætate a Deo judicantur peccata? Respondeo, ex uniuscujusque cognitione, & prudenter; illi quidem a decennio, hi vero a majori ætate. *Timoth. Episcop. Alexand. cap. 18.*

## C A P U T XXII.

Ostro sunt principalia vitia, sine quibus vix ullus inveniri potest; est enim gastrimargia, hoc est ventris ingluvies; secundo, fornicatio; tertio, acedia, sive tristitia; quarto, avaritia; quinto vana gloria; sexto, invidia; septimo, ira; octavo, superbia, &c. *Theodulph. ad Presbyt. Aurel. cap. 31. Beda cap. 5. de remed. peccat. Cassian. lib. 5. cap. 1. de inst. cœnobior. & collat. 5. c. 2. & 16. Pœnitent. Rem. tit. 9. cap. 16. Burch. lib. 19. cap. 6.*

## C A P U T XXIII.

Septem modis peccata dimitti scripturæ sanctorum demonstrant. Primo in baptismo, qui propter remissionem peccatorum datus est. Secundo per martyrium, juxta illud quod ait Psalmista: *Beatus, cui non imputabit Dominus peccatum;* &c. quia juxta eisdem David sententiam: *Beati*

*quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum rectæ sunt peccata: remittuntur peccata per baptismum, teguntur per pœnitentiam, non imputantur per martyrium. Tertio per eleemosynam, *Dan. 4. f. juxta Danielem, qui prophano Nabuchodonosor Regi ait: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum;* & illud: *Ignem ardente extinguit aqua, Luc. 11. f. & eleemosyna extinguit peccata;* & Dominus in Evangelio: *Verum tamen date eleemosynam, Luc. 6. f. & ecce omnia munda sunt vobis.* Quarto si remittat quis peccanti in se peccata sua, juxta illud: *Dimitte, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis;* & illud: *Sic & pater vester dimittet vobis peccata vestra, si remiseritis unicuique de cordibus vestris.* Quinto si per prædicationem suam quis, & per bonorum exercitium alios ab errore convertat, juxta illud, quod ait Apostolus: *Quoniam si convertifecerit quis peccatores ab errore viae sue, salvabit animam ejus a morte,* & cooperiet multitudinem peccatorum. Sexto per charitatem juxta illud: *Charitas Dei cooperit multitudinem peccatorum, per Jesum Christum Dominum nostrum.* Septimo per pœnitentiam, juxta illud quod ait David: *Conversus sum in ærumnæ meæ dum configitur spina.* *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 36.**

## T I T U L U S II.

## DE IDOLOLATRIA, ET APOSTASIA.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. IV. & Lib. XII. Tit. III. quibus addit:

## C A P U T I.

**N**E commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri; si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. *Paul. I. epist. ad Cor. cap. 5. num. 9.*

## C A P U T II.

Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, &c. regnum Dei possidebunt. *Paul. I. epist. ad Cor. cap. 6. num. 9.*

## C A P U T III.

Deiis, qui Christianitatis bonum suscipere renunt, & idolis immolant, vel genua curvant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi ut eos ad fidem rectam, monitis, exhortationibus, & ratione illos potius, quam vi, quod vane sapient, convincatis; opera manuum suarum, & insensibilis elementa, cum sint homines intellectuabiles, adorantes, immo dæmoniis suam cervicem flecentes, & immolantes. Nam ut Apostolus docet: *Scimus, quoniam nihil est idolum, sed que immolant gentes, dæmoniis immolant.* Jam vero, si vos non audierint, cum eis nec cibos sumere, nec ullam penitus communionem habere, sed eos tanquam alienos, atque pollutos a vestris obsequiis, & familiaritate removere debetis; ut tali forte confusione compungendi convertantur, inspirante Deo, ad ipsum, qui est verus, & non falsus Deus, &c. Nulla igitur cum iis, qui non credunt,

- Psalm. 53.* dunt, idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia, ut credant, nullatenus inferenda est. Nam omne, quod ex voto non est, bonum esse non potest, scriptum est enim: *Voluntarie sacrificabo tibi*, &c. Propter conscientiam magnopere idola colentium cavenda est omnino communio: nam qui idololatris communicant, ipsis idolis, immo dæmoniis communicate videntur: *Omnes enim Dii gentium dæmonia*. *Nicol. ad consultum Bulgar. cap. 41. Ivo part. 1. cap. 181. 182. C part. 11. cap. 85. 86. decret.*

## C A P U T IV.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in fine impariendam esse illi communionem. *Eliber. cap. 6.*

## C A P U T V.

Admonere placuit fideles, ut quantum possunt, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant; si vero vim metuant servorum, vel seipso puros conservent; si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur. *Eliber. cap. 41.*

## C A P U T VI.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; quia in Evangelio non est scriptum, neque inventitur ab Apostolis umquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

## C A P U T VII.

Si in alicujus Presbyterio, praedio, vel Episcopi territorio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel faxa venerentur; si haec eruere neglexerit, sacrilegii se esse reum cognoscat. Dominus autem, vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione privetur. *Arelat. II. c. 23.*

## C A P U T VIII.

Idolorum reliquiae per totam Africam delean-  
tut, nam in multis locis maritimis, & possessio-  
nibus diversis hic error manet. Et tempa eorum,  
quaे in agris, & oceulis locis cum dedecore sunt,  
destruantur de voluntate Imperatoris. *Carth. c.  
59. G. Carth. V. c. 15. L. Afric. c. 25. L.*

## C A P U T IX.

Petatur ab Imperatoribus, ut reliquiae idolola-  
triae non solum in simulacris, sed in quibuscum-  
que locis, vel lucis, vel arboribus omnino delean-  
tut. *Carthag. cap. 85. G. Carthag. V. cap. 15. E.  
Afric. c. 15. L.*

## C A P U T X.

Placuit, & illud adversus hæreticos, vel pa-  
ganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi  
de hoc gloriose concilio quidquid utile provide-  
rint, a glorioissimis Principibus impetrarent. *Mi-  
leu. cap. 11.*

## C A P U T XI.

Si neglexerint sacerdotes, & judices in loco  
sui territorii idololatras perquirere, & extermina-  
re, excommunicentur. Si domini extirpare hoc  
malum de possessione sua neglexerint, & a fami-  
lia prohibere, ab Episcopo communione pellan-  
tur. *Tolet. III. c. 16.*

## C A P U T XII.

Si forsitan Episcopus, aut Presbyter, seu etiam  
judex, ad quem locus ille pertinuerit, manife-

stissimum, ac probatissimum cujuspiam sacrilegii  
facinus prænolens (*loquitur de iis, qui idola  
cotunt, fonteisque, & arbores venerantur*) hoc  
ardenti voto emendare neglexerit, loci sui digni-  
tate privatus, anni unius spatio erit sub pœni-  
tentia constitutus, loco suo in postmodum redi-  
turus, &c. Si qui vero pro talium defensione ob-  
stiterint sacerdotibus aut judicibus, ut ea nec  
emendent, ut debent, nec extirpent, ut conde-  
cet, & non potius cum eis exquisitores, ultores,  
seu extirpatores tanti criminis extirpant, sint  
anathema in conspectu individuæ Trinitatis: &  
insuper si nobilis persona fuerit, auri libras tres  
fisco exsolvat; si inferior, centenis verberibus  
flagellabitur, ac turpiter decalveretur, & medie-  
tas rerum suarum fisci juribus applicabitur. *To-  
let. XVI. c. 2.*

## C A P U T XIII.

Unusquisque Episcopus in sua parochia folli-  
tudinem habeat, &c. ut populus Dei paganas  
non faciat, sed ut omnes spurcias gentilitatis ab-  
hiciat, & respuat, sive prophana sacrificia mortuo-  
rū, &c. sive hostias immolatias, quas stulti homi-  
nes juxta Ecclesiæ ritu pagano faciunt, &c. sive  
omnes, quæcumque sunt paganorum observatio-  
nes, diligenter prohibeant. *Franc. syn.*

## C A P U T XIV.

Unusquisque Episcopus in sua parochia folli-  
tudinem habeat, ut populus Christianus paga-  
nismum non faciat. *Sueffion. sub Pipino.*

## C A P U T XV.

Summo decertare debent studio Episcopi, &  
eorum ministri, ut arbores dæmonibus consecra-  
tæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione ha-  
bet, ut nec ramum, vel surculum inde audeat  
amputare, radicis exscindantur, atque com-  
burantur. Lapidés quoque, quos in ruinosis lo-  
cis, & silvestribus dæmoniorum ludificationibus  
decepti venerantur, ubi vota vovent, & defe-  
rent, funditus effodianter, atque in tali loco  
proiiciantur, ubi nunquam a cultoribus suis vene-  
rari possint. Omnibusque annuntietur, quantum  
scelus sit idolatria, & qui haec (*lapides, & arbo-  
res*) venerantur, & colit, quasi Deum suum ne-  
gat, & Christianitati abrenuntiat, & talem pœ-  
nitentiam inde debet suscipere, quasi idola ado-  
rasset; omnibusque interdicatur, ut nullus vo-  
tum faciat, aut candelam, vel aliquod munus  
pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad Ec-  
clesiam domino Deo suo; scriptum est enim: *Vo-  
lute, & reddite Domino Deo vestro.* Novimus  
siquidem, quanta Dominus antiquo populo per  
prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacri-  
ficabant, & in excelsis immolabant. Si quis hoc  
transgressus fuerit, fidem perdidit, & est infideli  
deterior; & idcirco omnimodo a sanctæ Ecclesiæ  
confortio abscondatur, & non nisi digne pœni-  
tuerit, recipiatur. *Nanner. cap. 20. Burch. lib.  
10. cap. 10.*

## C A P U T XVI.

Qui gravem necessitatem ex tormentis susti-  
nuerunt, & non ferentes labores ad negationem  
tracti sunt, tribus annis sint non recipiendi, & in  
duobus audiant, & cum tribus annis substracti  
fue-

fuerint; sic ad communionem admittantur. Qui autem sine magna necessitate fidem in Christo prodiderunt, & dæmoniorum mensam attigerunt, & græca sacramenta jurarunt, tribus quidem annis eiificantur, duobus audiant: postquam autem in substratione tribus annis oraverint, & in aliis tribus fidelibus ad orationem se substraverint, sic admittantur ad boni communionem. *Basil. ad Amphiloch. c. 80.*

## C A P U T XVII.

Quicumque Antistes hujusmodi nefas agi (*hoc est idolis cultum exhiberi*) permiserit, vel peractum in sua diœcesi protinus abolere distulerit, a loci sui officio pulsus unius anni excursu sub pœnitentia maneat religatus lamento. *Tolet. XVI. in Tom. Regis.*

*De excommunicatione, & aliis censuris in hæc virtutem; vide lib. XXXVII. & seq.*

## T I T U L U S III.

**DE PENIS, QUÆ SUNT HÆRETICIS CONSTITUTÆ.**

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. V. & Tit. LIII. potissimum.

## C A P U T I.

**I**Nfames esse censemus omnes, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut canoniam postponunt auctoritatem. *Nicæn. cap. 49. apud Jul. ep. 2. c. 13.*

## C A P U T II.

Qui per universam Provinciam hæretici Mefaliani, & Enthusiastæ sunt, vel de ejus hæreleos morbo suspecti, sive clerici, sive laici sint, convenientur, & si quidem anathematizaverint juxta ea, quæ in prædicta synodo scripto pronuntiata sunt in scriptis, si clerici fuerint, maneat clerici; si laici ad communionem admittantur. Quod si renuerint anathematizare, si Presbyteri, vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu Ecclesiæ, excidant & a clero, & a gradu, & a communione: laici vero anathematizentur: convicti quoque non permittantur habere monasteria, ut ne zizania diffundantur, & crescant. *Synod. Ephes. in definitione contra Euchetas, sive Enthusiastas. Refert VII. synod. action. I. post princ.*

## C A P U T III.

Hæreticos & docere, & discere interdicimus. *Syn. VIII. sub Hadr. II. c. 9.*

## C A P U T IV.

*De heret. c. 10. in 1. coll.* In partibus Tolosanis damnanda hæresis dum emersit, quæ more cancri paulatim ad vicina loca diffundens per Vasconiam, & alias Provincias quamplurimos jam infecit, quæ dum in modum serpentis infra suas revolutiones absconditur, quanto serpit occultius, tanto gravius dominicam \*in simplicibus demolitur. Unde contra eam Episcopos, & omnes Domini sacerdotes in illis partibus commorantes vigilare præcipimus, & sub interminatione anathematis prohibere, ne ubi cogniti fuerint illius hæresis sectatores, receptaculum quisquam eis in terra sua præbere, aut præsidium impartiri præsumat. Sed nec in venditione, aut emptione aliqua cum eis communionio habeatur, ut solatio saltem humanitatis

amisso, ab errore vitæ suæ resipiscere compellantur. Quisquis autem contra hoc venire pertinet, tamquam particeps iniquitatis eorum, anathemate feriatur. Illi vero, si deprehensi fuerint, per Catholicos Principes custodiæ mancipati, omnium bonorum amissione multentur. Et quoniam de diversis partibus in unum latibulum crebro convenient, & præter consensum erroris nullam cohabitandi caussam habentes, in uno domicilio commorantur, talia conventicula & investigantur attentius, & si inventa fuerint, canonica severitate vetentur. *Alex. III. in concil. Turon. c. 4.*

## C A P U T V.

Quia in Galconia, Allegesio, & partibus Tolosanis, & aliis locis ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patarenos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas, &c. eos, & defensores eorum, & receptores anathemati decernimus subjacere. Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fovere vel negotiatione cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserint, neque sub nostrorum privilegiorum cuiilibet indultorum obtentu, neque sub alia quacumque occasione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipient sepulturam. *De Brebantionibus, & Arrogenum Navariis, Balculis, Coterellis, & Triaverdinis, &c. similiter constituimus, ut qui eos conduixerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debachantur, in Dominicis, & aliis solemnis diebus per Ecclesiæ publicè denuntientur, & eadem omnino sententia, & pena cum prædictis hæreticis habeantur adstricti: nec ad communionem recipiant Ecclesiæ, nisi societate illa pestifera, & hæresi abjuratis. Relaxatos autem se noverint a debito fidelitatis, & dominii, ac totius obscurii, donec in tanta iniquitate permanerint, quicunque illis aliquo pacto tenentur annexi. Ipsis autem, cunctisque fidelibus in remissionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus se viriliter opponant, & contra eos armis populum Christianum tueantur, confisceturque eorum bona, & liberum sit Principibus, hujusmodi homines subiictere servituti, &c. Alex. III. in concil. Later. c. 27.*

## C A P U T VI.

Excommunicamus, & anathematizamus omnem hæresim extollentem se adversus hanc sanctam, orthodoxam, Catholicam fidem, quam superius exposuimus; condemnantes universos hæreticos, quibuscumque nominibus censeantur; facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate convenient in idipsum. Damnati vero præsentibus sæcularibus potestatibus, aut eorum balivis relinquuntur animadversione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis, ita quod bona hujusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur; si vero clerici, applicentur Ecclesiis, a quibus stipendia perceperunt. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propria

*De heret. c. 8. Greg. IX. & in 1. coll. cap. 6.*

*cap. 7. de heret. ret. in 1. coll.*

*De heret. c. 13. Greg. IX. & c. 3. eod. tit. in 4. coll.*

priam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur; ita quod si per annum in excommunicatione persistirint, ex tunc velut hæretici condemnantur. Moneantur autem, & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur sacerdotes, quibuscumque fungantur officiis, ut sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei praestant publice juramentum, quod de terris sua juri scilicet universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt; ita quodammodo quandocumque quis \*perpetuum fuerit in potestatem sive spiritualem\*, sive temporalem assumptus, hoc teneatur capitulo jure firmare. Si vero Dominus temporalis requiritus, & monitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & cœteros, comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contemplerit infra annum, significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse vassallos ab ejus fidélitate denuntiet absolutos; & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminalis hæreticis sine ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure Domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum praestet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege servata circa eos, qui non habeant Dominos principales. Catholici vero, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto privilegio lict muniti, quod accedentibus in terra sanctæ subsidiūn conceditur. Credentes vero, præterea receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decenimus subjecere, firmiter statuentes; ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contemplerit infra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intefabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex exiterit, ejus sententia nullam oblineat firmitatem; nec causæ aliquæ ad ejus audientiam proferantur. Si fuerit advocatus ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales postquam ab Ecclesia denotati fuerint, evitare contemplerint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ presumant tradere sepultoræ, nec eleemosynas, aut oblationes eorum accipiant;

aliоqui suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiam infligatur, ut eorum privilegia in illa diœcesi non serventur, in qua tales exceſſus præsumperint perpetrare, &c. Adiicimus insuper, ut quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se, aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas, idoneasque personas, bis, aut saltē se nel in anno propriam parochiam, in qua fauna fuerit hæreticos habitare, circu neat; & ibi tres, vel plures boni testimonii viri, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat. Quod si quos ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communione conversatione fidelium vita, & moribus disidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitan, in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hæretici reputentur. Volumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ difficile præcepimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopū p̄ r diœceses suas diligenter invigilant, si canonicam effugere voluerint ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certi indiciis apparuerit, & ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere pravitatem. *Inn. III. in concil. gener. Later. cap. 3.*

#### C A P U T VII.

Hæretici omnes, & suspecti, &c. nullatenus ad accusationem sunt admittendi, &c. Omnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem neglexerint. *Eutych. epist. 2. in med.*

#### C A P U T VIII.

Quod ab infidelibus, aut hæreticis factum fuerit, omnino castabitur. *Marcell. epist. 2. in fin.*

#### C A P U T IX.

Alianti Manichæi, qui ita se demiserunt, ut nullum his auxiliantis remedium posset subvenire, subditi legibus secundum Christianorum Principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exilio relegati, & omnia, quæ tam in scripturis\*, quam in occultis traditionibus suis \*scriptis. habent prophana, vel turpia, ut nosset populus quid fugeret, aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione propalavimus\*. *Anast. probavit. epist. 1. cap. 3. Leo epist. 2. ad Episcopos Italie, mus. in princ.*

#### C A P U T X.

Si quis ab Episcopo Nestorio, aut ab aliis, qui 24. q. 1. c. eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, 35. Aut Cælestinus. vel excommunicatus, vel exutus est, seu Antistitis, seu clericis dignitate, hunc in nostra communiōne, & durasse, & durare manifestum est; nec ju-

## 438 Juris Pontificii Veteris Epitome

judicamus eum remotum, quia non poterat quemquam ejus removere sententia, qui se jam præbuerat ipse removendum. *Cœlestin. epist. ad Joann. Antioch. refert Nicol. ep. ad Michaelens Imper. ante med. Ivo part. 14. cap. 53. decret. C lib. 5. tit. 5. cap. 11. panorm.*

### C A P U T XI.

<sup>24. q. 1. c.</sup> <sup>36.</sup> Aperte sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum, sive Episcopum, sive clericum, seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio, vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri, sed hi omnes in nostra communione, & fuerunt, & hoc usque perdurant: quia neminem vel deiicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat. *Cœlestin. epist. ad clerum Constantinopolitan. infin. refert Nicol. epist. ad Mich. Imper. ante med. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 12. panorm. C part. 14. cap. 59. decret.*

### C A P U T XII.

Clerici hæretici non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur. *Leo epist. 73. in fine. ad Leonem Imperat.*

### C A P U T XIII.

Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis Priscilliani nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur; quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus, ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosterrent, &c. Et profuit diu ista districtio Ecclesiastica: lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta judicio cruentas refugit ultiōes, severis tamen Christianorum Principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale nonnumquam recurrent remedium, qui timent corporale supplicium. *Leo epist. 91. ad Tauribium Episcopum, in princ.*

### C A P U T XIV.

Hæretici non possunt esse judices. *Gelas. in tomo de anathemate, cuius initium est: Ne forte, in fine.*

### C A P U T XV.

Præcipimus, ut præfatum hæreticum (*loquitur de quodam Armenio hæretico*) qui manus nostras, judicium suæ perfidiae formidans, suffudit, diligenter exquiras, & solerter examines. Si igitur illum resipuisse, & ad Catholicam fidem rediisse intelligentia tuae constiterit, sane edestum, & confirmatum, ac in nullo lassum dimittas in columem. Si vero nondum ad matris Ecclesiæ gremium, & rectam fidem, de sui erroris gravitate conversus fuerit, ad sanæ doctrinæ consilium per pœnitentiæ tramitem eum redire commonendo procures. Quod si veris rationibus, & salubribus monitis tuis Diabolico spiritu induratus acquiescere, & sinceris intellectibus fidei consentire noluerit, ne rabies illius ignatos latere, & sic incertos valeat ladedere, jubemus, ut eum facias perfidiae nota in aperto signari; & deinde ex toto Archiepiscopatu tuo ipsum expulsum, hæresim ejus cunctis deregendo, ubique quantum potes, ut apostamat, & Christianæ unitatis ini-

micum non desinas persequi. *Greg. VII. lib. 7. registr. epist. 27.*

### C A P U T XVI.

Non concedendum hæreticis ingressum domus Dei in hæresi permanentibus. *Laod. cap. 6.*

### C A P U T XVII.

Petendum, ut illam legem, quæ a religiosæ memorie eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias Catholici provocati, contestationem deposuerunt, ut hoc saltē terrore a schismatica, vel hæretica pravitate defistant, qui consideratione æterni supplicii emendari, corrigique dissimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis, vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate haec tenus repetatur, ut eis relinquendi, vel sumendi jus adimat, qui pertinaci furore cœcati in Donatistarum errore perseverare volverint. *Afric. cap. 60. vide Theodos. cod. lib. XVI. tit. V. l. Si qui. 7. C seq. Cod. Justin. lib. 1. tit. V. l. Manichæi. 4.*

### C A P U T XVIII.

Syricus constitutum fecit de omni Ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per universum mundum, ac per omnes provincias, ut in omni archivio Ecclesiæ conservaretur ob oppugnationem contra omnes hæreses, &c. Hic inventit Manichæos, quos in exilio deportavit, & hoc constituit, ut non participarent cum fidelibus communionem: quia ore polluto non licet sanctum corpus Domini convexari \*. Hic quoque \* verare. constituit, ut si quis conversus de Manichæis, rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterii diebus vitæ teneretur obnoxius, ut jejunis, & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione, usque ad ultimum diem transitus sui humanitate Ecclesiæ viaticum ei largiretur. *Ex Pontif. in Syric.*

### C A P U T XIX.

Innocentius multos Cataphrygas invenit, quos in exilio monasterii \* relegavit. *Ex Pontif. \* monasterii. in Innocen.*

### C A P U T XX.

Gelasii temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorumcumque codices ante fores basilicæ sanctæ Mariæ incendio concremavit. *Ex Pontif.*

### C A P U T XXI.

Hormisda invenit Manichæos, quos etiam discussos cum examinatione plagarum exilio deportavit, quorum codices ante fores Basilicæ Constantianæ incendio concremavit. *Ex Pontif.*

*De excommunicatione, aliisque censuris in hæreticos, eorumque fautores, vide lib. XXXVIII. C sequent.*

### T I T U L U S IV.

*DE SERVANTIBUS TRADITIONES GENERATIONUM, ET DE SUPERSTITIOSIS.*

### C A P U T I.

*Si quis Kal. Januarias, & bromam \* colere præsumat, f.*

*26. 9. 7. c.*

*14.*

*f.*

sumpserit, aut mensas cum dapibus in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantiones, & choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo, anathema sit. *Zach. in syn. Rom. cap. 9. Burch. lib. 10. cap. 16. Ivo part. 11. cap. 43. decret.*

### C A P U T II.

Gentilitatis ritum abiicite, & populum vobis a Deo commissum piis admonitionibus edocete, & a sacrificiis mortuorum omnino devitate. *Greg. III. ep. 3. in med.*

### C A P U T III.

De auguriis, & phylacteriis in urbe Roma prohibitis. *Zachar. ep. 6. post med.*

### C A P U T IV.

Porro dicitis, quod affirment Græci, dicentes, quod nullo modo in quarta, & sexta balneari debeat: de quo id nos e contra vobis consulenti bus respondemus, quod beatus Papa Gregorius, & Anglorum gentis Apostolus, Romanis de Dominico die sermone quodam habitu prædicasse legitur; ait enim: „Ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lavari“. Et quidem si pro luxu animi, atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus; si autem pro necessitate corporis, hoc nec Dominico die prohibemus. Scriptum quippe est: *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet*

*De conf. d. 3. c. 12. Per-*  
*venit.*

*Ad Ephes. 5. Ad Rom. c. 13.* *eam, & rursus scriptum. Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si Dominico die corpus lavare peccatum est, lavari ergo die eodem nec facies debet; si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc, exigente necessitate, toto corpori negetur? Itaque quod hic præful eximius, & suavissimus Doctor in Dominico die, qui cæteris diebus venerabilior est, concessit, nos quoque in quarta, & sexta feria non negamus: hanc videlicet discretionem servantes, ut si quidem pro luxu animi, atque voluptate quis lavari appetat, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedamus, si autem pro necessitate corporis, hoc nec quarta, nec sexta feria prohibemus. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 6. Greg. lib. 11. cp. 3. civibus Romæ.*

### C A P U T V.

Nosse cupitis, si licet alicui sabbato, vel dominico laborationem aliquam exercere. De hoc sanctus Papa Gregorius Romanos alloquens ait: „[Pervenit ad me, quosdā perversi spiritus homines prava inter vos aliqua, & sancte fidei adversari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores dixerim, qui veniens diem sabbatum, atque dominicum, ab omni faciet opore stodiri, quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem, & quia Judaizare populu compellit, ut exterio- rē ritum legis revocet, & sibi Judæorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim quod per Prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati, tamdiu teneri

*De conf. d. 3. cap. 22.*

*Jer. 17. 6.*

„potuit, quamdiu legem licuit juxta litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis Dei Domini nostri Jesu Christi apparuit, præcepta legis, quæ per figuram dicta sunt, juxta litteram servari non possunt“. *Nicol. ad consult. Bulg. cap. 10. Greg. lib. 11. registr. epist. 3.*

### C A P U T VI.

Consulitis, si debeatis, quando nuntius venerit, ut ad præliandum pergatur, mox profici, an sit aliqua dies, in qua non oporteat ad præliandum exire. In quo respondemus: Non est ulla dies in quibuscumque negotiis incipiendis, vel exercendis penitus observanda, præter, si nimia non urgeat necessitas, supra memoratos dies celeberrimos, & omnibus venerabiles christianis, non quo vel in his tale quid fieri prohibetur, cum non sit in diebus spes nostra ponenda, nec a diebus, sed a Deo solo vivo, & vero salus omnis penitus expectanda; sed quod, si inevitabilis necessitas non est, vacandum est in his solito studiis orationi, & tantæ festivitatis mysteria frequentanda. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 34.*

### C A P U T VII.

Sidie dominico, vel cæteris festis diebus, quando necessitas urget, liceat ambulare, vel ad bellandum procedere, ex trigesimo quarto capitulo harum responsionum nostrarum potestis adverte. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 36.*

### C A P U T VIII.

Gracos vetare, perhibetis, eunuchos animalia vestra macrare, ita ut, eum, qui ex animalibus ab illis occisis comederit, grave commisso peccatum affirment. Sed nobis valde absolum est, & adhuc frivolum sonat, quod dicitur. Porro quia rationationem ista dicentium non audimus, nihil interim de assertione nondum plene cognita decernoere definitive valemus. Unum tamen scimus, quoniam si eunuchi præcepta Dei custodierint, ad regnum cœlestis percipiendum, nihil eis obesse poterit membrorum detruncatio. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 57.*

### C A P U T IX.

Refertis, quod lapis inventus sit apud vos, antequam Christianitatem suscepissetis, de quo si quis ob aliquam infirmitatem quid accipiat, soleat aliquotiens remedium corpori suo præbere, aliquotiens vero sine profectu remanere. Quod utique etiam de illo lapide, quid nunquam sumentibus, quotidie certum est evenire: videlicet, ut alii quidem ab ægritudine sua remedium sanitatis accipiant, alii vero infirmitate tabescant. Quamobrem nos vobis consulentiibus, utrum de cætero sit agendum, an respuendum, respondeamus, & decernimus: quatenus omnis ejusdem lapidis sumptus penitus prohibetur, & omnimodie refutetur, & in solo illo lapide Domino nostro *Psalm. 117.* Iesu Christo, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput angoli, spes totius salutis humanæ ponatur. *Nicol. ad consult. Bulg. cap. 62.*

### C A P U T X.

Refertis, quod Græcorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum, unus ex eis accipiens parvissimam particulam ligni, hanc intra ipsum

## 440 Juris Pontificii Veteris Epitome

*ipsum codicem condat, & si undecumque aliqua  
vertitur ambiguitas, per hoc affirmet, scire se  
posse, quod cupiunt. Vos vero consulitis, si sit  
hoc tenendum, an respuendum? Utique respuen-  
dum, scriptum est enim: Beatus vir cuius est no-  
men Domini spes eius, & non respernit in vani-  
tates, & insanias falsas. Nicol. ad cons. Bulgar.  
cap. 77.*

### C A P U T XI.

Perhibetis, quod moris sit apud vos, infirmis  
ligaturam quandam ob sanitatem recipiendam  
ferre pendentem sub gurture; requiritis, si hoc  
agi nos de cætero jubeamus. Quod non solum agi  
non jubemus, verum etiam, ne fiat, modis omni-  
bus inhibemus hujusmodi quippe ligaturæ; phy-  
laæteria dæmoniacis sunt inventa versutiis, & ani-  
marum hominum esse vincula comprobantur, ac  
ideo his utentes, anathemate, Apostolica decreta  
percusso ab Ecclesia pelli præcipiunt. Nicol. ad  
consult. Bulg. c. 79.

### C A P U T XII.

*Paganorum  
fortasse su-  
perstitionem  
coerct.* Qui cereos per diem in cœmatorio incenderit,  
arceatur ab Ecclesiæ communione. Elib. c. 34.

### C A P U T XIII.

Non oportet cum paganis festa celebrare,  
& communicare impietati eorum. Laodicen.  
cap. 39.

### C A P U T XIV.

*De conf. d. 3.  
cap. 15.* Ne quis jejunet die dominica, causa tempo-  
ris, aut persuasionis, aut superstitionis. Cæsar.  
cap. 2.

### C A P U T XV.

Si quis Christianus, ut est gentilium consue-  
tudo, apud cuiuscumque feræ, vel pecudis exta,  
invocatis insuper nominibus paganorum, fortasse  
juraverit, si se ab hac superstitione commoni-  
tus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a  
confutatio fidelium, vel Ecclesiæ communione  
pellatur. Aurel. IV. c. 16.

### C A P U T XVI.

Sunt qui Kal. Januarii colunt; cum Janus ho-  
mo gentilis, & Rex fuerit, Deus esse non potuit,  
&c. Sunt etiam, qui in festivitate cathedrae Do-  
mini Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, &  
post missas redeuntes ad domos proprias, ad gen-  
tilium revertuntur errores, & post corpus Domini,  
sacratas dæmoni escas accipiunt, &c. Quem-  
cumque in hac fatuitate pastores, atque presbyteri  
persistere viderint, vel nescio quas ad petras, aut  
arbores, aut ad fontes, designata loca gentiliū per-  
petrare, quæ ad Ecclesiæ ratione non pertinent, eos  
ab Ecclesia sancta (hac) auctoritate expellant,  
nec participare sancto altario permittant, qui gen-  
tilium observationes custodiunt: *Quid enim Dæ-  
monibus cum Christo communè? cum magis su-  
mendo judicium\*, delicta videatur addere, quam  
purgare? Turon. II. c. 23.*

### C A P U T XVII.

Ad nos pervenit, quosdam de populis catholi-  
cæ fidei, execribili ritu, die quinta, feria, quæ  
dicitur Jovis, excolere, & operationem non fa-  
cere; quam rem pro Dei timore execrantes, &  
blasphemantes, quicumque ab hac die præter fe-  
stivitates in eo die venientes, ausus, vel ausa fue-

rit vacare, & operam non facere; si ingenuus est,  
aut ingenua, de Ecclesia repellendus, & sub pœni-  
tentia mittendus anno uno, & eleemosyna, &  
fletu satisfaciat, ut ei Dominus ignoscat. Si  
servus, aut ancilla fuerit, contenta\* flagella cor-  
recti Domino consignentur, & ultra talia, eos ob-  
servare non præsumant. Narbon. c. 15.

### C A P U T XVIII.

Non licet Kal. Januarii vecculo\*, aut cervo-  
lo facere, vel sternas diabolicas observare. Sed in  
ipsa die sic omnia beneficia tribuentur, sicut &  
reliquis diebus. Antifiod. c. 1.

### C A P U T XIX.

Non licet compensas\* in domibus propriis,  
nec vigilias in festivitates sanctorum facere, nec  
inter sentes, aut arbores sacri vos, vel ad fontes vo-  
ta exsolvere; sed quicumque votum habuerit, in  
Ecclesia vigilet, & matricolæ ipsum votum, aut  
pauperibus reddat, nec subtilia, aur pede, aut ho-  
minem lineo fieri penitus præsumat. Antifiod.  
cap. 3.

### C A P U T XX.

Kalend. vota, & brumalia, & Kalendarum  
Martii\* conventum ex christianorum republica  
tollimus: item mulierum publicas saltationes,  
& quæ nomine falsorum Deorum gentilium ex  
viris vel mulieribus sunt choreæ, & festa. Quæ  
omnia aliena sunt christianis. Nemo etiam vir  
mulieris stolam induat, nec mulier viri, neque  
personas canonicas, vel satyricas, vel tragicas in-  
duat, neque, Dionysii nomine exclamato, uvas  
exprimant, neque dum vinum in cappis diffundant,  
risum moveant ignorantiae, vel stultitiae  
prætextu, dæmoniaco modo operantes. Qui fe-  
rent clerici deponantur, laici excommunicentur.  
Trull. c. 62.

### C A P U T XXI.

Incendia, quæ ante domos, vel officinas in  
Neomeniis quidam ponunt, & super ea veteri  
more transiliunt, cessare jubemus. Quisquis tale  
fecerit, clericus deponatur, laicus excommuni-  
cetur. Scribitur enim quarto Regum Manaf-  
sem altare ædificasse militiæ cæli, &c. Trull.  
cap. 65.

### C A P U T XXII.

Qui jurant, ut gentiles, pœnitentia canon co-  
ercent, nos excommunicatione. Trull. c. 95.

### C A P U T XXIII.

Unausquisque Episcopus in sua parochia solici-  
tudinem habeat, adjuvante Graphione, qui de-  
fensor Ecclesiæ est, ut populus Dei paganias non  
faciat; sed ut omnes ipurcitas gentilitatis abiici-  
at, & respuat, sive prophana sacrificia mortuorum,  
sive fortilegos, vel divinos, sive phylacteria, &  
auguria, sive incantationes, sive hostias immo-  
latitias, quas stulti homines juxta Ecclesiæ, ritu  
pagano faciunt, sub nomine sanctorum marty-  
rum, vel confessorum, Deum, & suos sanctos  
ad iracundiam provocantes, sive illos sacrilegos i-  
gnes, quos nedri vocant, sive omnes, quæcumque  
sunt paganorum observations, diligenter pro-  
hibeant. Franc. syn.

### C A P U T XXIV.

Admoneant sacerdotes fideles populos, ut no-  
ve-

26. q. 7. c.  
15.